

DISPUNCTIO
NOTARUM QUADRAGINTA,
QUAS
SCRIPTOR ANONYMUS
EMINENTISSIMI
CARD. CÆLESTINI
SFONDRATI LIBRO,
Cui Titulus:
NODUS PRÆDESTINATIONIS,
Quantum homini licet, dissolutus,
INUSSIT.



COLONIAE
Apud SERVATIUM NOETHEN.
Anno 1699.

AD BEATISSIMVM PATREM
INNOCENTIUM XII.
SVMMVM PONTIFICEM
SVPPLICATIO AVTHORIS

Verbis S. Bernardi Abbatis ad Innocentium II. Romanum Episcopum descriptis

CONTEXTA.

PAtrem pro filio, & INNOCENTIUM pro innocente postulamus. Quàm fideliter (Cælestinus Cardinalis Sfondratus) Apostolicæ Sedis honorem, & quietem Romanæ Ecclesiæ dilexerit, quàm

immobiliter, & sollicitè in tempore tribulationis ei adhæserit,& aliis in umbra sedentibus pondus diei, & æstus cum ea portaverit, quàm constanter, & intrepidè (pro ea) locutus sit, non necesse habetis scribi à nobis, ipsi enim certissimè scitis, qui, 4. ut probabilis res ac digna planè vestro Apostolatu fuit, posuistis in lumine lumē absconditum, ne sibi soli viveret, qui & alios ad vitam trahere posset. Vsquequò namque latebat, & ardebat tantummodò, qui & lucere valebat? 5. Erat quippè ille illustris non minus mentis generositate, quàm sanguinis, erat scientiâ, erat vitæ honestate, & famæ ejus integritas nec inimici quidem dentem verebatur, 6. tam diligenter, & circumspectè integritatem famæ suæ custodivit à labiis iniquis, & à lingua dolosa 7. Attende, Amantissime Pater, gratiæ Dei, quæ in te est, quanta fecit animæ tuæ, quanta per te Ecclesiæ suæ, quanta in agro Dominico, cælo, & terra testibus, tam potenter, quàm salubriter evulsa sunt, & destructa, quanta rursùm benè ædificata, plantata, & propagata. 8. Nulla autem meo judicio in corona nostra pretiosior gemma Zelo illo vestro, quo æmulari consuevistis oppressos (quibus accenseri potest ipse Sfondratus) 9. devotissi-

tissimus filius vester, & Ecclesiasticæ libertatis amator, & defensor (ob librum de Prædestinationis nodo editum), 10. ubi sal est in omni sermone, aures mulcet, dulcorat ora, corda recreat, & inflammat, colloquia condit, impinguat preces, ad orandum sollicitat 11. Folia (quadraginta notis annonymi Censoris adversùs eundem librum onusta) utinam adhuc laterent in scriniis, & non in triviis legerentur 12. Proh pudor! quos cachinnos res ista movit, & movet Ecclesiæ inimicis, eis etiam ipsis, quorum fortasse metu, aut favore à recto tramite abducti sunt 13. Vsquequò autem innocentia tanta vexatur, & hoc vivo INNOCENTIO? satis utraque res venit in lucem, & manifestationem. 14. Si verò res ipsa habeat diligentem inspectorem, & prudenter examinetur ad commodum causæ, & ejus confirmationem, omnia coöperantur in bonum, persona, negotium, author operis, impugnator. Si enim ad personam respicias, hîc est filius tuus dilectus, in quo tibi complacuit. 15. Verùm hoc sollicitudinem vestram attendere velim, creaturæ injuriam respicere ad creantem, 16. usquequò, Domine, clypeus protectionis vestræ non opponitur? 17. Plenissimè hic ad omnia postulata respondetur. 18. Veritatem dico, non mentior,

tior, nihil à me hic dictum (Censoris) odio, sed solo veritatis amore veraciter omnia posita, teste ipsa veritate, 19. Si inventum fuerit in ore meo mendacium, ipsum os meum condemnabit me, 20. Quod ergò de tali, & tali modo factum est, dignum profectò est, Beatissime Pater, ut favor Apostolicæ gratiæ prosequatur, 21. pro quo supplico, & ad Pedes Domini mei eâ, qua possum, mente anxia descendo.

Ex S. Bernardi Abbatis ad Innocentium II. juxta novissimam editionem Parisiensem operum ejusdem S. Patris an. 1690. (1. ep. 191.) 2. ib. (3. ep. 323.) 4. ep. 155. (5. Epist. 371.) 6. epist. 323. (7. epist. 189) 8. epist. 198. (9. epist. 217.) 10. epist. 250. (11. epist. 189.) 12. ep. 178. (13. epist. 199.) 14. epist. 348. (15. epist. 177.) 16. epist. 318. (17. epist. 218.) 18. epist. epist. 164. (19. epist. 218.) 20. epist. 371. (21. epist. 199.)

PROLOQVIVM,

Vix prælo emerſerat liber ab Eminentiſſ. Cardinali Sfondrato de Nodo Prædeſtinationis conſcriptus, cùm ſtatim plures Theologi pro ſuo quique privato ſtudio in varias extremaſq; opiniones ab ejus operis themate, & Authoris ſcopo maximè diſſentaneas diſtracti ſunt. Qui enim fruuntur ſententiarum liberâ licentiâ, quæ uni ſe Eccleſiæ Catholicæ, uni fidei orthodoxæ regulæ aſtringi ſinit, idque ad pacem, animorumque concordiam alendam, atq; ad veritatem, ubi latet, adhuc explorandam, ubi caligat, elucidandam perquam accommodatum exiſtimant, nihil ſpongiâ dignum, nihil non eximiam commendationem promeritum eo in volumine compererunt, ac propterea Scriptorem nedum pietate, & doctrina, dignitateque Eminentiſſimum, verùm etiam nominis ſplendore, pluribus editis omnigenæ eruditionis, diſertiſſimæque facundiæ operibus, atq; immortalibus in Romanam Eccleſiam meritis comparato præclariſſimum condignis laudibus proſecuti ſunt.

In eandem de hoc libro ſententiam deſcenderunt graviores Theologi particularibus ſcholis addicti, præter nonnullos, quos diverſimodè de eo volumine conqueſtos accepi. Aliqui opponebant, ſcholaſticam methodum non eſſe ab Authore rigidè ſervatam; atq; adeò formam argumentandi ſimilibus in controverſiis adhiberi ſolitam inconſultò neglectam. Verùm hujuſcemodi argumentum à compluribus magni nominis Doctoribus, etiam poſt evocatam ad ſcholas Theologiam, ſtylo oratorio à ſcholaſticis tricis libero pro dignitate pertractatum fuiſſe ea-

ſe eorundem Scriptorum monumenta publici juris facta locupletiſſimè teſtantur. Non quidem vitio, ſed potiùs laudi vertendum Sfondrato; quod huic Nazianzeni monito auſcultans orat. 26. *pulchrum ac divinum eſt per divinarum rerum commemorationem ad Dei amorem perpetuò extimulari*, hoc de dogmate, non ſcholaſtico ſtylo, id eſt, jejuno, arido, & ſucco ſuo, ac guſtu deſtituto, ſed oratorio, & parænetico, ſeu potiùs aſcetico egerit. Hocce ſcribendi genus in iſto volumine Authorem amplexum fuiſſe, ad oculum demonſtrat totius operis textura, ubi perquam rara occurrit diſtinctionum, & terminorum ſcholaſticorum mentio, frequentes verò ſeſe offerunt aſpirationes animæ in Deum, hortamenta ad virtutes, & excitationes ad pœnitentiam, idque perſpicuè evincunt ipſi Aphoriſmi, ſeu regulæ aſceticæ de Prædeſtinationis myſterio, quib. Authoris ſcopus dilucidè pateſcit: alio enim modo veritates ex ſuggeſto, alio ex cathedrs alio in libris aſceticis, alio in ſcholaſticis promuntur, & explanantur. Hoc ſi attētè ut pareṙat, perpensū eſſet, nō tā facilè, uti reor, ab aliquibus in eundē librū cenſoria virga arrepta fuiſſet. Alienum quippe eſt ab inſtituto Viri Theologi dictata pietatis infringere, ac ſubſannare, defæcatiſſima in Chriſtum Dominum pietatis documenta ſuperſtitioſarum animacularum deliramentis accenſere, & argumenta, quibus mens eruditur, & illuſtratur, cor emollitur, & incenditur, affectus ad divina dirigitur, & rapitur, cavillis infirmare, & technis, ac ambagibus obvolvere. *Quid hac voluptate jucundiùs*, jugi experimento edoctus S. Hier. epiſt. 155. ediſſerit, *quī cibi, qua mella ſunt dulciora, quam Dei ſcire prudentiam, atque in abdita ejus intrare, &*

† 5 ſcru-

ſenſum Creatoris inſpicere, & ſermones Domini Dei ſui, qui ab hujuſmodi ſapientibus deridentur, plenos docere ſapientia ſpiritali?

Alii querimonias ultrò citròque jactabant de Sententia prædeſtinationis poſt meritorum præviſionem perperam attributa SS. Auguſtino, & Thomæ. Aſt ſcrupulum iſtum jam præcidit Author in Corollario Doctorum calci operis adnexo. Profectò quæſtio de Prædeſtinatione ad gloriam antè vel poſt prævisa merita eſt de re adiaphora, neque ad dogma pertinet, cùm nondum ſit ab Eccleſia definita. Enim verò de SS. Auguſtini, & Thomæ mente circa præjactam difficultatem variè à Theologis ſentiri modice ferendum eſt, cùm & ipſa Scriptura à Catholicis etiam ſectatoribus ſuis diverſos in ſenſus ducatur, colatur tamen ab omnibus. S. Auguſtino, & S. Thomæ potiſſimum aſſurgit Sfondratus, eo maximè nomine, quod nemo Catholicus, nemo inter Catholicos, qui Theologiam ſaltem à limine ſalutarit, eorum doctrinam præſertim in controverſiis de Prædeſtinatione & Gratia ſummo in pretio habendam inficiabitur. Sed cum illorum Theologorum modeſtia, atque humanitas doctrinæ & pietati non concedat, haud moleſtè ferent, in re quæſtionis, non dogmatis ſuo quemque abundare ſenſu, & tributa à Paulo Apoſtolo licentia uti.

Hinc Ludovicus Abelly Epiſcopus Ruthenenſis in Gallia prima parte ſuæ Medullæ Theologicæ novies editæ cap. 5. de Deo ſect. 3. unà cum Epiſcopo Ebroicenſi Auguſtiniani Ordinis ornamenta, Pariſienſis Academiæ decore, & naſcentis Calvinianæ hæreſis terrore fatetur: Divum Au„guſtinum circa ea, quæ myſterium Prædeſtinationis,

,,tionis, & reprobationis ſpectant, mentem ſuam ,,nunquam aperte declaraſſe, aut explicaſſe, ex ,,quo factum eſt, ut de illa inter Doctores Catho- ,,licos nunquam plane conſtiterit, cum ab ipſis in ,,diverſos, & contrarios ſenſus accipiatur. Quam ,,ob cauſam Petrus Lombardus Epiſcopus Pari- ,,ſienſis non dubitavit dicere lib. I. Sentent. diſt. ,,41. D.Auguſtinum tam variè, & obſcurè de Præ- ,,deſtinatione locutum fuiſſe, uti quid intelligere ,,voluerit, ignoretur, eandemque ob cauſam Clau- ,,dius de Xaintes Epiſcopus Ebroicenſis in lib. A- ,,theiſmorum Calvini tract,7. aſſeruit, D.Auguſti- ,,num non eandem ſemper Sententiam, ſed plu- ,,res, ac planè diverſas circa myſterium Præ- ,, deſtinationis tenuiſſe, nec unquam ſatis ,, mentem ſuam aperuiſſe, quod ibi fuſiùs de- clarat.

Quorundam præterea genio non arridebat pro- penſio Cardinalis Authoris in aliquas opiniones Societatis Jeſu de auxiliis Divinæ gratiæ. Veruntamen Henricus Spondanus Epiſcopus Apamienſis in Gallia in Auctar. an. 1605. palam teſtatur, Pau- ,,lum V. Pontificem Maximum confertim de gra- ,,vi illa controverſia, quæ ſub Clemente agitata li- ,,berat de Gratiæ divinæ auxiliis, & libero arbitrio ,,inter Religioſos S.Dominici,& ſocietatis Jeſu ita ſanxiſſe, ut utriſque, dum aliud decerneretur; liberum eſſet ſua in ſcholis modeſte tueri, ſed ſine damnatione alterius partis. Hæc eadem Spondani verba commendat Ludovicus Bail Doctor Theologus, & Propænitentiarius Pariſienſis in lib. de beneficio Crucis par. 3. art. 28. adverteus: ,,nec Clementem VIII. Pontificem de contro-

ver-

„verſiis ea de re ejus tempore motis, ejuſq; juſſu in
„famoſis illis Congregationibus agitatis ullum de-
„cretum tuliſſe, nec quicquam contra Molinam ſta-
„tuiſſe; ex quibus, ait, non leviter conjici poſſe, o-
„pinionem Molinæ non fuiſſe damnatam, nec fidei
„adverſari, cùm poſt tam diuturnum examen, ac
„concertationes tam prolixas de ejus opinionibus
„diſſimulare non debuiſſet Summus Pontifex, ſi à
„fide Catholica alienæ, aut Pelagianæ fuiſſent.

Propterea Eminent. Sfondratus in nullius particularis ſcholæ verba juratus, & opinionum ſive ſervitute, ſive neceſſitate abſolutus, illa, quam Theologis omnibus indulget in rebus quæſtionis, non dogmatis Eccleſia, libertate eam iniit in hac materia viam, eaſque ſectatus eſt ſententias, quæ ſuo inſtituto aptiores, & adverſariis confutandis accommodatiores ſibi viſæ ſunt, neque ob id ulli injurius fuit. Tamdiu eſt, quod ſcholas theologicas PP. Prædicatorum & ſocietatis Jeſu ſententiarum alterutra univerſas ferè occupat, ſuis utraque commodis, ſuis etiam difficultatibus inſignis. Mihi autem in iſtis vindiciis quam ſanctè Apoſtolicæ Sedis Decretis hac de re editis obtemperaturo præfixum eſt, nulli inter Catholicos receptæ doctrinæ, & utcumque pervagatæ invidiam conflare, neque in hiſce ſpinoſiſſimis controverſiis, in quas ſe illuſtriſſimæ ſcholæ Theologorum ſciderunt, ullatenùs immiſceri, ſed in id unicè incumbere, ut pro modulo meo oſtendam, nihil in libro de nodo Prædeſtinationis à Cardinali Sfondrato niſi citra læſæ fidei periculum edoceri, nihil novum, & antea in Eccleſia Dei inauditum, nihil cenſurâ Theologicâ dignum, ut ei gratis, & arbitrariè imponitur, tradi.

Non

Non autem omnia prorsùs dicta, cunctæque, ut ita dicã, quiſquiliæ, quæ in eo volumine impunè, & liberè in utramq; partẽ diſputari poſſunt, & quæſtionẽ, non dogma reſpiciunt, mihi æquè probãtur, iiſq; non pauca diſſentanea, dum theologicam ſcholam regerem, auditoribus meis tradidi. Neque ſapientiſſimus, & conſultiſſimus Sfondratus cenſendus eſt, eam ſentiendi de rebus inter Catholicos licite controverſis libertatem, qua ipſemet frui voluit, aliis invidiſſe. Porrò *inquiſitio illa*, ut prudenter monuit Euphæmius Antiochenus apud Photium cod. 228. pag. 418. *quæ de rebus fidei ſuſcipitur, ſi aberret à veritate, ingens animæ naufragium affert, quare vel minimam, quæ quidem eò pertineat, excutere ſyllabam oportet. At verò diſputatio illa, quæ de quæſtionibus habetur ad fidem minimè ſpectantibus, rectè quidem res habet, ſi optatum veritatis finem aſſequatur; ſin autem ab eo excidat, id quidem non benè ſucceſſerit, non tamen in exitium animæ vergit.* Proinde ut propoſitio aliqua ſit theologicè damnabilis, debet juxta receptiſſimam Theologorum ſententiam continere ultra communem gradum falſitatis ignominioſum aliquid, & noxium alioqui propoſitio, quam alteri injuſtè infligit, reflectit in ſe cenſuram. Pauca quippe ad fidei regulam pertinent, plurima ad ejus illuſtrationem. In illa conſentimus omnes, in his non rarò diſſonamus, aut diſſonare nobis videmur. Verborum magis nonnunquam, quam rerum diſſonantia eſt, aut ſi rerum eſt diſcrepantia, non tam adverſa ſæpè, quam diverſa ſunt, quæ dicuntur.

Quamobrem demirari ſatis nequeo, quo Pontificiarum Conſtitutionum contemptu Eminentiſſimi Nominis injuriâ, & chriſtianæ charitatis neglectu

gle&u nonnulli furtivas quasdam scriptiunculas insidiosa calliditate elaboratas eundem in librum Cardinalis Sfondrati adornarint, quæ potius exulcerati animi satyræ, quam integræ, & ab omni passionum æstu liberæ mentis fætus visæ sunt. Principio enim non aperto marte volumen illud aggrediebantur, cum vis patens faciliùs retundatur; sed cuniculis rem agebant tecti larvâ pietatis, & zeli pro catholica veritate. Pietatem quippe & Religionem obtendi commune omnibus fallere volentibus esse artificium, ut videlicet, honesta prætexant, jam olim observavit S. Leo magnus epist. 25. ad Theodosium Imperatorem: *Privatæ causæ*, inquit, *pietatis aguntur obtentu*, *& cupiditatum quisque suarum religionem habet veluti pedissequam.* Ut autem natura omni colore pupillam nudavit, quò omnes colores caperet, ita deponenda omnis offensi animi commotio de alienis lucubrationibus judicanti: *Soli sæpè nubes offundunt tenebras, rationem affectus obscurant*, ut ex Plutarcho tempestivè protulit S. Maximus Martyr, tom. 2. serm. 59. per excerpt.

Quinimò desiderati non sunt, qui illotis ut dici assolet, manibus hoc volumen judicare aggressi tam procul à scopo aberrarunt, ut nequidem ipsiusmet causæ statum intellexerint, vel quod verosimilius est, id subfesta fide dissimularint. Siquidem in Prædestinationis arcano non unicus tantùm implicatur nodus inscrutabilia Dei trahentis unum, non alium judicia involvens. Hunc enim nexum esse ab humana mente inexplicabilem nemo rationis compos ambigere potest, idque Eminentiss. Author in ipsa prima pagina ex scriptura comprobat,

& vel

& vel in ipsa prima periodo manifestè declarat, ac dilucidè, & luculenter in secunda pagina exponit, quem nodum in Prædestinationis mysterio explicandum assumat, eumque velut intento digito demonstrat; Complures namque difficultates intricatissimæ, & insuperabiles tum in hac materia, tum in aliis christianæ Religionis abditissimis arcanis involvuntur, quibus tamen illuminandis, & explicandis SS. Patres insudarunt, præcipui Scriptores catholici summo studio invigilarunt, iisque schola theologica jam inde à cunabulis suis tota virium contentione lucem aliquam affundere certavit, & certat etiam nunc indefessa, avitarum traditionum, Conciliorum, & Patrum monumenta excutiens, magno sacræ etiam eruditionis, & divinarum litterarum incremento. Inexhaustum quippe est penu Theologiæ Patrum, & exinde in dies effodiuntur abstrusarum rerum elucidamenta nova, & vetera, nec ob id charitas inter Catholicos Magistros, & doctores vel tantillum deferbuit, aut defervescit.

Hinc pluribus cordatis viris partium affectu liberis cupido incessit solerter investigandi causam, & originem tot turbarum, quæ in ejusdem operis innocentissimam, & saluberrimam doctrinam excitatæ sunt, quandoquidem crassæ allucinationes, dicteria, gerræ, offuciæ, dolosæ artes, & innumeri astus, quibus in hoc Cardinalis Sfondrati volumen classicum canebatur, nec vulgi aures oculosque præterierunt. Alii propterea attendentes istud Velleij Paterculi pronunciatum lib. 2. hist. Rom. *Nunquā Eminētia invidiâ carent*, & rectè memores, in Cardinali

dinali Sfondrato colligata ſimul, & conſerta mirum in modum ſupereminuiſſe omnia, quæ ſparſim diffuſèque apud quamplures alios ſunt inchoatæ præſidia felicitatis, hujuſcemodi obtrectatores florentiſſimæ tanti Principis famæ livore conflagrantes, ac penè diruptos ad inhumanas illas accuſationes, quæ in ſolam nec profuturam mortui ignominiam redundant, compulſos fuiſſe ſuſpicati ſunt.

Nonnulli verò haud ignari, Sfondratum editis pluribus voluminibus ſingulari eloquentiâ, profunda eruditione, peremptorio authoritatum robore, & graviſſimo argumentorum pondere præſtantiſſimis Regale Sacerdotium Romano Pontifici aſſeruiſſe, & tam glorioſam Nominis ſui celebritatem poſteris commendaſſe, adeò ut aliis præclaris Scriptoribus eodem in argumento verſatis adverſæ partis ſectatores reſponſa quidem qualiacumque reddiderint, at nemo in Sfondratum, ejuſque opera hiſcere, aut mutire auſus fuerit; idcircò ab iſtis putatum eſt, quod exinde tranſverſa quædam de eodem Authore quæſita fuerit vindicta. Undè non defuit, qui commiſeratione erga hujuſce tincturæ Cenſores commotus eos his verbis S. Bernardi epiſt. 36. in defuncti cujuſdam Epiſcopi oblocutores prolatis ab incepto revocandos duxerit: *Modeſtiæ veſtræ fraterna præſumptione conſulo, quatenus* (Cardinalem pium) *& doctum, quem quietè vivere permiſiſtis, mortuum inquietare deſinatis, ne dum non valentem pro ſe reſpondere reprehenditis, magis hoc ex charitatis inopiâ, quam veritatis fiduciâ deſcendere* oſtendatis.

Alii demùm ſedulò admirati, iſtud Sfondrati opus aliud ſanè non continere, quam inſtructiſſimam Apologiam pro Divina Bonitate, & Miſericordia,

cordiâ, ac morte Christi Domini pro omnibus per-
pessa adversùm Jansenii errores, istosque ab Autho-
re ad internecionem usque debellari, & victrici
triumphantique calamo confodi, arbitrati sunt, ali-
quos Jansenianis partibus plus æquo proclives im-
moderatam hanc tempestatem, turbidasque pro-
cellas in eundem librum exsuscitasse, atque impo-
tenti animo in ipsum grassatos fuisse. Rationes ve-
rò, momenta, quibus hanc in opinionem se impul-
sos fatebantur, hujuscemodi erant: anno proximè
superiori elegantibus typis prodiisse volumen justæ
molis inscriptum: *Michaelis Baij celeberrimi in Lova-
niensi Academiâ Theologi Opera cum Bullis Pontificum,
& aliis ipsius causam spectantibus jam primùm ad Ro-
manam Ecclesiam ab convitiis Protestantium simul ac ab
Arminianorum cæterorumque hujusce temporis Pelagia-
norum imposturis vindicandam collecta, expurgata, &
plurimis, quæ hactenùs delituerant, opusculis aucta.* Quæ
omnia eò collimant, ut propositiones Michaelis
Baij nequaquam à Romanis Pontificibus prædam-
natæ sint, eæque nil aliud, quam puram, & meram
doctrinam S. Augustini contineant; undè in præfa-
tione ad Lectorem eidem operi præfixa hæc verba
inter cætera adnotanda sunt: *Interim his utere, Le-
ctor, nec falsa te decipi patiaris eorum opinione, qui sibi
imaginantur, ac contra omne verum spargunt,
Libros Michaelis Baij à Summis Pontificibus fuisse prohi-
bitos. Eos liberè, libenterque lege, & quo plus
eos legeris, eò pluris facies, & plus in germa-
na Sanctorum Patrum, & maximè Augustini do-
ctrina proficies.* Tanto huic volumini auxilia-
riæ hoc labente anno accesserunt manus satis
suppetiis alterius liberculi, cui titulus; *Dis-*

quisitiones duæ de gratuita Prædestinatione, & de Gratiâ se ipsa efficaci, quæ ad fidem pertinere asseruntur. Huic quoq; opinioni de Jansenianis factionibus usque in hanc diem gliscentibus suffragium affereba-tur testis omni exceptione majoris, nimirùm moderni Archiepiscopi Parisiensis, qui in sua Ordinatione, & Instructione Pastorali die 20. Mensis Augusti Anno 1696. proximè elapsi promulgata circa proscriptionem libri inscripti, *Expositio fidei de Gratiâ, & Prædestinatione* in hæc gravissima verba pro-„rumpit: Nous voyons avec un sensible dèplaisir, „qu' il ya encore parmy nous des esprits inquiets, „& ennemis de la paix, & qu on répand dans le pu-„blic des livres qui pourrorent troubler le repos de „l' Eglise, & renouveller les longues, & fâcheuses „disputes qu' elle a eu tant de peine d' arrêter. Tel „est le Livre intitulè *Exposition de la Foy touchant la* „*Grace, & la Prèdestination &c.* ou' il Nous a été fa-„cile de reconnoitre tout le venin du dogme de „Jansenius &c. & contenant des propositions re-„spectivement fausses, téméraires, scandaleuses, „impies, blasphématoires, injurieuses a Dieu, & „dérogeantes à se bontè, frapées d' anathême, & „hérétiques; en fin, comme renovelleant la Do-„ctrine des cinq. Propositions de Jansenius &c.

Idem quoque Doctores alia suæ opinionis de Jansenii fautoribus in librum Eminentiss. Sfondrati turbas, & tumultus cientibus testimonia prorsùs invicta se producturos spondebant, nempe, varias scriptiunculas in idem volumen disseminatas Jansenianorum errorum fuligine tinctas, & præcipue quandam prolixiorem diuturnio, ut ajebat, plu-rium

rium Criticorum studio, insidiosaque industriâ consarcinatam cum hac inscriptione : *Propositiones excerptæ ex libro, cui titulus,* NODVS PRAEDESTINATIONIS *&c. cum adjunctis quibusdam notis.* Propositiones nigro theta inustæ quadragenarii numeri monstrorium quoddam explere videntur, singulisque singulæ subjiciuntur notæ. Cùm autem in hac censura, quæ ex insperato meas in manus incidit, omnes fere objectiones, & argutiæ contra librum Cardinalis Sfondrati in aliis dispersæ conglomerentur, propterea, ut unico ictu universæ illæ cavillationes & technæ eliderentur, funditùsque dissiparentur, non abs re fore putavi, si quadraginta notas in ea censura adversum totidem propositiones præfati voluminis de Prædestinatione illatas dispungerem, ac profligarem; Quod an ex voto mihi cesserit, æquus, & incorruptus Lector partium præjudiciis minimè implicatus judicabit. Cæteros privatis studiis abreptos nihil moror. *An non quibusdam interdum hominibus mel amarum est* (notanter scripsit Nazianzenus orat.27.) *nempè, morbo laborantibus, malèque affectis? At non propterea res ita se habet, ut hi arbitrantur.* Interea nonnulla circa eas notas Censoris in antecessum observanda delibare visum est.

In primis sedulò animadvertendum, quòd plerasque ex illis propositionibus Eminentiss. Authoris Censor producit compositis arbitrio suo verbis ad instar musivi operis reticendo, truncando, dimidiando, interpolando, ut ex iis contortis, concisis, mutilatis, interpolatis, in sensum invidiosum coactis errores, hæreses, & absurditates constet, singulasque fermè propositiones grandio-

ribus tibiis canat, & creberrimè versu quodam intercalari inculcet, esse novas, inauditas, contra omnes SS. Patres universosque Theologos excogitatas, atque per κακοήθειαν sensum opinionemque Authoris obscurè & præposterè concipiat, ac plerumque contra id, quòd falsò dici à Scriptore suspicatus erat, non adversus hoc, quod re ipsa dixerat, declamare instituat. Quò has calumnias, & imposturas evidenter, & apodictice refellerem, me necessariò ad duo compulsum agnovi; primò ut integros textus Cardinalis Authoris exscriberem, verbaque immediatè antecedentia, & consequentia attexerem, causasque, cur ea Scriptor protulerit, paucis aperirem. Ambigua namque est plerumque ad utrumlibet, & versatilis textura mera verborum, & calumnia ex iis conflata in plenissima sui imagine solerter considerata, & expensa contuitum acriorem non sustinet, sed ipsa attentiori reflexione compressa tenues rumpitur in auras. Alterum est, ut ad retundendam immodicam Notatoris audaciam, qua omnimodæ novitatis censuram illis propositionibus affingit frequentissimas Patrum, & Theologorum authoritates, ac testimonia coacervarem, & ad nauseam usque catervatim congererem, quamvis id futurum prænoscam (quod equidem ingenuè fateor) cum cruce, & fastidio Lectoris, cujus quoque humanitati, & solertiæ cõplura ratiocinia, & momentosas illationes, quæ in defensionem doctrinæ Cardinalis Sfondrati, & expunctionem censuræ ei oppositæ ex illis authoritatibus spõte, & è re nata clarissimè dimanãt, relinquere statui, ut etiam in hoc indulgeam genio Censoris, qui ex eo hominum genere est,

qui

qui argumentationes , & discursus vehementer aversantur, nihilque aliud, quàm Scripturas, Traditiones, Concilia, & Patres in ore habent.

Postremò pro ferendo in librum Eminentiss. Sfondrati recto & justo judicio hoc æquissimum Jurisperitorum axioma ante oculos candidi Lectoris præstitutum velim, videlicet, *uti jura cum juribus, ita testimonia cum testimoniis concilianda sunt:* Exploratissimum plane est, nullam illius libri propositionem dubium fortè sensum ingenerare posse, quin ei respondeant plures contextus omne prorsùs nubilum abstergentes, eamque optimo in lumine collocantes longe procul ab omni censura. Unde jure Sfondratus cum S. Ilario sub initium libri de Synodis Lectores suos his verbis obtestari potest: *Oro vos per Dei misericordiam, ne quisquam de me ante sermonis consummationem per litterarum exordia existimet judicandum. Iniquum est enim, nisi comperta usque ad finem ratione dictorum, prajudicatam sententiam, quorum causa adhuc ignoratur, ex initiis afferre, cùm non de inchoatis ad cognoscendum, sed de absolutis ad cognitionem est judicandum.* Hinc testem advoco eundem Lectorem in dispunctione harum quadraginta notarum, ubi vix unam ipse deprehendet propositionem à Censore notatam, cui ex eodem libro, & plerumque ex eadem pagina locupletissima non suppetat illius explicatio, & oppositæ notæ explosio ac excidium, quod est optimum, & compendiarium defensionis genus ex ipsis causæ visceribus erutum, cuivis cordato, & justo Judici superabundans ad absolvendam ab omni reatu delatam doctrinam, & è contra ad talionis pœnam exigendam ab infido accusatore. Interim,

rim, dum id unum exoratos velim Lectores, præjudicatas, ut paululùm ſeponant diverſas ſententias, & in ancipiti tantiſper ſuſpenſum librent judicii ſui examen, donec integras has vindicias imperturbato mentis oculo percurrerint, & rem ſuis ponderibus expenderint. Cenſores his verbis Philippi Abbatis Bonæ-ſpei epiſt. 5. commonefactos dimittam: *Miror ſummopere, quare hujus libri lectionem eſſe inutilem exiſtimatis, imò reſpuendam tanquam fidei contrariam judicaſtis, quod nequaquam, ut æſtimo, tam liberè feciſſetis, ſi ei paulò diligentiorem operam dediſſetis. Etſi enim ibi aliquid invenitur, quod per ſe conſideratum debet forſitan accuſari, poteſt, ni fallor, conſideratis præcedentibus, vel conſequentibus excuſari, & ad condemnandum quemvis librum non eſt prætendenda duarum vel unius ſcrupuloſitas dictionis, ſed conſideranda totius ſeries lectionis. Nuſquam enim ſimul omnia poſſunt dici, & ſunt nonnulla, quibus ſingularibus poteſt meritò contradici, ſed cùm omnia pariter attenduntur, quæ videbantur reſpuenda, plerumque ſtudio circumjacentium muniuntur.*

IN

INDEX
PROPOSITIONVM QVADRAGINTA,
QUAS
CENSOR ANONYMVS
In Libro inſcripto
NODVS PRÆDESTINATIONIS &c.
NIGRO THETA NOTAVIT.

De peccato originali, & ſtatu Puerórum ſine Baptiſmo decedentium.

Parvuli non damnantur, & innocentiam personalem, quæ, scilicet, peccatis actualibus opponitur, illibatam servant. Pag.164.ver.5.

PROPOSITIO V. 41.

Qui sub peccato originali tenetur, dici non potest Deum deserere ..... Prius ergo, quàm peccata hominum (actualia) prævidērentur, sicque quantum ex parte Dei fuit, nemo desertus, nemo exclusus, nemo reprobus, ergo nemo non electus. Pag. 98. ver. 29.

PROPOSITIO VI. 45

Nos dicimus exhiberi parvulis (sine Baptismo decedentibus) si non gratiam sufficientem, qua vitam æternam consequi possint, exhiberi tamen beneficium longè præstantius, quodque infinitis partibus ipsam gratiam sufficientem antecellat, eo enim beneficio priùs è medio tolluntur, quàm peccatis se obstringant, & non damnantur &c. Pag.164.ver.1.

Certum est etiam, in parvulos maximam Dei misericordiam elucere: quamvis enim Dei visione, æternaque gloria priventur, at præservantur, ne peccent, hoc est, ne Deum ipsi offendant, ne jacturam innocentiæ faciant, ne perpetuis ignibus crucientur, quæ omnia, & maxima beneficia esse, & cælesti gloriæ certa ratione præferri, & consequenter ad Christi merita, & redemptionem pertinere jam supra ostendimus. Pag. 164.ver.9.

PROPOSITIO VII. 74

Infantes Baptismo non tincti ad aliquid, quod ipsâ vitâ æterna melius sit, destinantur. Pag.14. ver.22.

PROPOSITIO VIII. 74

Licet Deus parvulos sine Baptismo decedentes ad cælestem gloriam admiserit, alio tamen multoque majori bene-

ficio

ficio affecit, quod illi ipsi longè cælo prætulissent, & nos quoque, si electio daretur multò majoris pretij, quàm cælum duceremus. Quid ergo conqueri de Deo possunt, aut quid ipsis mali fecit, si non quidem cælo, sed alio beneficio donavit, quod multò præstantius cælo est, quodque & ipsi, & omnes sapientes, si potestas eligendi daretur, longè cœlo præferrent? Pag. 120. ver. 3.

PROPOSITIO IX. 114

Qui solo originali tenetur, dici non potest Deum deserere.... si ergo Deus neminem deserit, nisi desertus; quomodo in illo prædestinationis decretorio momento, in quo summa rerum incommutabiliter vertitur, tot hominum myriades deseruit ab iis non desertus, hoc est, nullo eorum peccato demeritoq́ue prævisо? Pag. 98. ver. 29.

PROPOSITIO X. 124

Constat, parvulos (sine Baptismo decedentes) sensibilis pœnæ immunes fore, id enim ratio, omniumque Theologorum authoritas convincit. Pag. 119. ver. 12.

De voluntate Dei omnes salvandi, & de Christo pro omnibus mortuo.

PROPOSITIO XI. 132

Duæ sunt in Deo Voluntates: prima absoluta, efficax, independensque ab omni hominum merito, qua Deus naturaliter, meroque suæ bonitatis instinctu, atque ut ita dicam, motu proprio vult omnium hominum salutem, æternamque felicitatem......, & hanc vocamus voluntatem antecedentem. Pag. 4. ver. ult.

Altera voluntas est hypothetica, & conditionata, & hanc vocamus voluntatem consequentem. Pag. 6. ver. 30.

Deus seriò, impensissimè, ac quantum in se est, efficacissimè omnium hominum salutem vult. Pag. 2. ver. penult.

PROPOSITIO XIII. 147

Hanc Dei voluntatem omnes salvandi, quantum ex parte Dei est, efficacem esse, dubitari non potest. Pag. 43. ver. 32. Superiori propositione eandem voluntatem absolutam vocat.

PROPOSITIO XIV. 156

Manifestum est, Deum non tantùm seriò omnium salutem velle, verùm etiam ad hanc consequendam non avarè, non parcè, sed effusissimè, quantùm est de se, omnia media suppeditare, quæ non modò sufficiant, imò abundent. Pag. 128. ver. 25.

PROPOSITIO XV. 168

Palam est nullum omninò hominem esse . . . . quem Christus nolit efficaciter, quantum est de se, salvum esse. Pag. 17. ver. 20.

Quod si nihil scriptura, nihil Patres de hoc Dei omnes homines salvandi proposito loquerentur, id ipsum apertissima ratio convinceret, cui nemo, nisi expers rationis repugnare possit. Pag. 18. ver. 18.

PROPOSITIO XVI 177

Vnus est Deus, unus est mediator, inquit Apostolus . . . . ergo qui omnium Deus, & mediator est, aut oportet officio suo desit, aut omnium salutem, & vitam efficaciter velit. Pag. 10. ver. 15.

PROPOSITIO XVII. 172

Cùm sacræ scripturæ toties ac tam enixis verbis Christum pro omnibus mortuum esse testentur, nullibi verò & nunquam pro aliquibus tantùm, planè temerarius sit, qui id dicat . . . . si quis Princeps moriturus ultimis tabulis disponat, ut ex regio immensoque thesau-

ſauro, quem hæredi relinquit, omnes totius regni captivi redimantur, qui triremibus & ſervituti addicti ſunt, hæres verò non de ſingulis generum, ſed de generibus ſingulorum; hoc eſt, non de omnibus, ſed de paucis tantùm id intelligi vellet, quis non infidelem prævaricatorem, hoſtemque paternæ voluntatis diceret? Pag. 15. v. 25.

De Gratia, quæ omnibus datur, ſeu de gratia orandi.

PRO-

PROPOSITIO XXII. 221

Sine gratia orandi in statu naturæ corruptæ nulla potestas est observandæ legis divinæ. Pag. 184. ver. 15.

PROPOSITIO XXIII. 221

Nullo peccato .... gratia petendi amittitur, sine qua omnem quoque libertatem tolli necesse est. Pag. 184. ver. 20.

De Gratia Sufficienti, & Efficaci.

PROPOSITIO XXIV. 244

Quòd Nabuchodonosor, non Pharao punientem Deum agnoverit, id juxta Augustinum lib. de Prædest. & Grat. non ad Dei præscientiam referendum est, non ad disparem causam, non ad conditionem, & dignitatem inæqualem, non ad defectum externæ aut internæ vocationis, sed ad solum merumque arbitrium. Pag. 136. ver. 9.

PROPOSITIO XXV. 253

Eam gratiam sufficientem agnoscimus, & docemus, quæ subinde impletur, subinde repugnante libero arbitrio non impletur, effectuque suo culpâ voluntatis caret, quamque S. Augustin. clarißimè & frequentissimè docuit .... & quam tota Societas Jesu amplectitur, gravissimique alij Doctores. Pag. 129. ver. 7.

PROPOSITIO XXVI 259

Qui gratiam sufficientem statuunt, quæ nunquam effectum suum completum assequitur, talem mihi videntur statuere gratiam, quæ non est gratia. Pag. 129. ver. 13. *Ut silentio prætercam, quod illi dicunt, bujusmodi sufficientes gratias potentiam quidem agendi dare, sed nunquam actum. Deindè post allata quædam exempla rerum naturalium ad probandum quod hic proponit, statim addit* ver. 28. *Planè tamen nova hæc sunt, tam inaudita, ut nec dici debeant, cum careant ratione,*

ratione, nec credi possint, cum careant exemplo. Ibid.

PROPOSITIO XXVII. 267

*Observandum est, non omnem à nobis gratiam sufficientem excludi, quod Jansenius docuit, quodque Summi Pontifices damnarunt. Pag.*129.*ver.*3.

PROPOSITIO XXVIII. 269

*Fixum ergo ratumque sit, nihil aliud esse ex sententia Augustini gratiam effectricem, quàm cognitionem congruam, hoc est, quæ tale tamque proportionatum objectum, talique modo proponat, ut ad illud amplectendum voluntas Magnetismo, & Symphatiâ quadam certissimè moveatur. Pag.*217.*v.*4.

PROPOSITIO XXIX 274

*Plane voluntatem à nullo alio, quàm à se ipsa determinari..... apertissimè docet S.Thomas. Pag.*220.*ver.*17.

PROPOSITIO XXX. 276

*Quis novit, cum ea gratia, quæ Petro ac Magdalenæ data est, Judam conversum iri, cum fortè plures ac majores gratias utroq; acceperit? Pag.*67.*ver.* 29.

*Comparet aliquis ex una parte gratias Zachæo, ex altera Judæ datas videbitq; lõgè plures, & majores fuisse, quibus hic reprobus ad pœnitētiã vocat9 est. Pag.*106.*v.*32

*Negari non potest plura Judæ reprobo auxilia, quàm prædestinato Zachæo impensa esse. Pag.*107.*ver.*4.

*Ideò plura remedia Judæ reprobo adhibita, quàm Petro electo, quia illi gravior morbus. Ibid.ver.*29.

*Si ergò reprobis aut æqualis, aut etiam major gratia, quàm prædestinatis datur, non potest &c. Ibid.ver.*34.

PROPOSITIO XXXI. 295

Deus quamvis desertus nunquam tamen ita hominem licèt obstinatissimum deserit, ut non ei gratiam tribuat, qua & possit pœnitere, imò & qua actu pœniteat, si velit, ut Pharaonis exemplo patuit, qui Deo flagellante

lente jam in Mosen exarsit, eique mortem minatus est, jam pœnituit, suumque peccatum & agnovit, & palam confessus est: Dominus, *inquit*, justus est, ego autem & populus meus impii. *Quem ergo peccatorem deserat Deus, si non deseruit Pharaonem? aut quis tam obduratus, qui non possit, quod Pharao & potuit, & fecit? Pag. 99. ver. 5.*

PROPOSITIO XXXII. 308

Quis unquam pejor, impurior, magis flagitiis assuetus Tiberio & Nerone? ..... si ergo ne istis quidem defuit Deus, quin per conscientiam moneret, cui ergò defuturus est? Pag. 162. ver. 23. & 28.

Planè tam portentosa Tiberii flagitia, tam diuturna fuere .... ut nullus æquè deseri à Deo mereretur, & tamen tantùm abfuit desertum esse, ut maximis argumentis ad Dei cognitionem, & scelerum pœnitentiam vocaretur. Pag. 195. ver. 18.

Quis suspicari possit, Deum alicui defuisse, qui non defuit Neroni? nemo isto pejor, nemo indignior, nec tamen desertus. Nullus ergo timendi, aut desperandi locus etiam Nerone adjuto. Pag. 197. ver. 31.

De Prædestinatione, & Reprobatione.

PROPOSITIO XXXIII. 317

In illa prædestinationis causa, quæ omnium maxima est, & ex qua reliqua omnia pendent, nullum omninò deseruit (Deus) nullumque ab efficaci salvandi proposito exclusit. Pag. 12. ver. 31.

PROPOSITIO XXXIV. 318

Deus in illo Prædestinationis negotio, quantum in se est inter Cain & Abel, inter Paulum, & Judam non distinxit, sed omnibus æqualiter salutem voluit. Pag. 13. ver. 18.

Vult ergò Deus, & Petrum, & Judam, & reprobos, & electos,

electos, omnesque homines salvos esse : vult omnibus media dare, non solum quæ sufficiant, sed etiam quæ abundent. Pag.67.ver.35.

Si prædestinati, & reprobi ideò conditi à Deo, ideò redempti sunt, ut æterna vita potiantur, sequitur, Deum voluisse efficaciter, quantum est ex se, utrosque salvari, Pag.109.ver. 25.

Deus quantum ex se est & voluntate antecedenti, per certa & destinata media voluit, & paravit omnibus vitam æternam. Pag.111.ver.9.

Deus reprobos æquè ac Prædestinatos salvare vult. Ibid. vers.15.

PROPOSITIO XXXV. 333

In arbitrio operantium est, ut eligantur, Deo quidem gratiam ad opus offerente, sed homine oblatam acceptante. Pag.41.ver.7.

Falsissima est hominum persuasio, non esse amplius in eorum potestate, ut inter electos numerentur: sicut enim cum gratia Dei, quæ nemini volenti deest, in eorum potestate est, ut benè vivant, & in bono perseverent, ita in eorum potestate est, ut ad electos pertineant. Pag.47.ver.2.

De Peccatis ignorantiæ, ignorantiâ Dei, peccato Philosophico, & salute Gentilium Philosophorum.

PROPOSITIO XXXVI. 341

Sicut nullum peccatum est non contra rationem, ita nullum non contra conscientiam, quæ nihil aliud est, quàm ratio practica dictans in particulari, quid non liceat, liceatque. Et quemadmodum omne peccatum est contra conscientiam, & tamen aliqui magnique peccatores vix eò percelluntur, non quod non pulset, & moneat, sed quia confestim animum ad alia, & placentia convertunt. Pag.161.ver.12.

PRO-

Cùm peccatum sit essentialiter offensio, & injuria Dei, sublata Dei cognitione, necessariò sequitur, nec injuriam, nec peccatum, nec æternam pœnam esse. Pag. 152. ver. 34.

PROPOSITIO XXXVIII. 372

Demus Brasiliæ populos Deum ita (invincibiliter) ignorasse, id quoque magna beneficij, & gratiæ pars fuit. Pag. 152. ver. 31.

PROPOSITIO XXXIX. 372

Cum (Barbari) hac (Dei) ignorantiâ impeccabiles redderentur, alioquin certissimò peccaturi, si agnoscerent, sequitur, hoc ipsum beneficium esse. Pag. 152. ver. 36.

Ergò sive Barbari agnoscant (Deum) sicque invocare illum, & salutem consequi possint, sivè penitus ignorent, & ideò nec possint peccare, semper verum erit, nec illis quidem misericordiam deesse. Pag. 153. ver. 2.

PROPOSITIO XXXX. 387

B. Justinus Martyr Socratem Philosophum non tantùm salvum, verùm etiam Martyrem esse docet ...... & insigniores Philosophos, & quotquot de Gentilibus cum ratione vixerunt Christianos appellat. Pag. 155. ver. ult.

Idem de Platone alii dicunt. Pag. 156. ver. 5.

Omnibus hominibus etiam incultissimis ac planè Barbaris auxilium gratia datur, quo legem naturalem observent, qua observatâ, & nisi obicem ponant, Deus curaturus est, ut eis quoque Evangelium innotescat, ut de Sybillis, Cornelio, Eunucho Candacis Reginæ, & Platone Philosopho constat. Pag. 169. ver. 35.

PROPOSITIONES EXCERPTÆ EX LIBRO, CUI TITULUS

NODUS PRÆDESTINATIONIS &c.

Cum adjunctis quibusdam notis.

De Peccato originali, & statu Puerorum sine Baptismo decedentium.

PROPOSITIO PRIMA.

Parvuli, qui sinè Baptismo decedunt, licèt culpâ propriâ careant; non tamen carent alienâ, & paternâ. pag. 144. lin. 20.

NOTA.

HOc loco tradit Author, parvulos, antequam baptismo abluantur, culpâ propriâ carere, hoc est, nullâ peccati labe infici, nulloque intùs in animâ reatu ipsis inhærente teneri, sed solùm ob alienam, ac paternam culpam ipsis extrinsecùs imputatam, donis Dei gratuitis, omnique jure ad cæleste Regnum privari.

DISPUNCTIO.

INepta & injuriosa argutia. Quem enim ex Dialecticæ tyronibus non puderet tam miseræ argumentationis à particulari ad universale negativè? Porrò culpa alia est actualis, & personalis; a-

lia aliena, paterna, & originalis, seu naturæ. Quisnam autem vel primis Logicæ elementis imbutus hunc in modum discurreret ex particularis negatione ducendo argumentum ad negationem universalis? Parvuli, antequam baptismate abluantur, culpâ personali carent; ergo nullâ peccati labe inficiuntur! Igitur S. Cyprianus epist. 59. & Concilium Africanũ ibidem, ac S. Augustinus lib. 1. cont. Julian. cap 6. cùm dixerunt: *Infans recens natus nihil peccavit; & ei remittuntur non propria, sed aliena peccata*; Ipsemet Augustinus dum protulit lib. 2. oper. imperf. cap. 185. *sua propria parvuli peccata non habent, & ideo de illis etiam hoc veraciter dici potuit, quòd non peccaverunt*; & S. Gelasius Papa, cùm scripsit epist. 7. ad Episcopos per Picenum: *Parvuli propria non habent ulla peccata*: Item Cornelius Mussus Episcopus Bitontinus Vir incomparabilis penè ingenii felicitate, & pietate, omnibusque tam divinis, quàm humanis disciplinis excultissimus, cùm super hæc verba Apostoli ad Rom. 5. ver. 19. *Peccatores constituti sunt multi*, pronunciavit, *hoc est, sine proprio, & particulari peccato*; Item; *alieno peccato infecti sumus, alienâ justitiâ resanamur*. Isti, inquam, Doctores redarguentur à Censore tanquam affirmantes, parvulos baptismo non tinctos nullâ peccati labe infici.

Unde in adversarium bellè cadit hæc S. Augustini lib. 1. de peccat. merit. & remiss. cap. 35. exprobratio. „ An verò, inquit, & hoc quæsituri, & „ de hoc disputaturi, & tempus ad hoc impensuri „ sumus, ut probemus, atque doceamus, quomo„ dò per propriam voluntatem, sine qua nullum „ vitæ

vitæ propriæ poteſt eſſe peccatum , nihil mali" commiſerint infantes qui propter hoc vocantur" AB OMNIBUS INNOCENTES? Nonne tanta infir-" mitas animi, & corporis, tanta rerum ignoran-" tia, tam nulla omnino præcepti capacitas, nullus" vel naturalis, vel conſcriptæ legis ſenſus, aut mo-" tus , nullus in alterutram partem rationis uſus" hoc multo teſtatiore ſilentio , quàm ſermo no-" ſter proclamat, atque indicat? Valeat aliquid ad" ſe ipſam perſuadendam ipſa evidentia, nam nuſ-" quam ſic non invenio quid dicam , quàm ubi res" de qua dicitur, manifeſtior eſt, quàm omne, quod" dicitur. Vellem tamen quiſquis hoc ſapit, dice-" ret, quod peccatum viderit, vel putarit infantis" naſcentis ab utero , cui redimendo fatetur, jam" baptiſmum neceſſarium , quid mali in hac pro-" priâ ſuâ vitâ per animum proprium , corpuſve" commiſerit? "

Quid ſi dixiſſet Sfondratus cum S. Gregorio Nazianzeno Ser. in ſac. lavac. *Parvuli, licet baptiſmo conſignati non fuerint , improbitate tamen carent*, aut cum S. Joan. Chryſoſtomo homil. 5. ad Neophytos vocaſſet *eos infantes non coinquinatos peccato?* Non ne ſtatim conclamaretur Scriptor tanquam negati originalis peccati reus ? Abuſus fuerat eâ Chryſoſtomi ſententiâ Julianus Pelagianus , ſed Sanctum Antiſtitem ſatis ab ea calumniâ purgatum Auguſtinus putâvit dicens lib. 1. cont. eundem Julian. cap. 6. „ Vides certè , non eſſe dictum à S. Joanne, parvulos non coinquinatos eſſe peccato," ſive peccatis, ſed non habere peccata , intellige," *propria*, & nulla contentio eſt.„ Dixit Sfondratus,

 illos

illos parvulos carere culpâ propriâ, non tamen alienâ, & paternâ; & ex hinc ei litem intentat Censor, quem ita compellare libet verbis ejusdem S. Augustini. „Ingredere (Sfondrate), & confide „cùm fratribus tuis, à quibus nulla ratio, nulla „tentatio te separavit. Opus est & tuâ, & maximè „tuâ sententiâ, quoniam in tuis litteris iste juvenis „invenisse se putat, unde tuam se arbitratur percel-„lere, & evacuare doctrinam &c. Sed absit, ut tu „aliud saperes, & in Catholicâ Ecclesiâ tam praeci-„puus *Emineres*. Dic ergò & tu aliquid, unde iste „juvenis confundatur, & revereatur &c. Audis jam (Censor) quid etiam (Sfondratus) cùm caeteris Catholicis Doctoribus dicat. Asserit enim pag. 52. *Adam omnes perdidit*, pag. 48. & 98. iterùm, iterumque ait: *nemo peccato originali caret*, & pag. 184. *homines quales in mũdo sunt, peccato originali, multisq; actualibus obstricti sunt.* pag. 118. *peccatum originale vitare nemo potuit*: vocat pag. 120. parvulos *culpâ originali aspersos*, idque pluries repetit cum Doctore Angelico. Edisserit pag 164. *illi parvuli innocentiam personalem, quae scilicet, peccatis actualibus opponitur, conservant illibatam*, quibus luculenter ostendit, culpam illorum infantium esse alienam, & paternam, non propriam, id est, originalem, & naturae, non actualem, & personae. Rursus Eminentiss. Author pag. 26. appellat naturam humanam *propriâ conditione sordidam, ac peccatricem, divinique amoris indignam.* Numquid verba ista tam clara, & directa sonant in naturâ humanâ extrinsecam tantùm imputationem alienae culpae, an potiùs intrinsecum peccatum, intrinsecam sordem, seu maculam, & intrinsecam indigni-

gnita-

gnitatem divini amoris ex intrinsecâ ratione naturæ humanæ in Adamo vitiatæ? Qui hìc non videt peccatum originale proprium, & intrinsecum unicuique homini, is nec in Sole quidquam videt. Insuper pag. 98. habet Sfondratus. *Ille, qui solo originali tenetur, peccatum hoc non facit, sed ab alio factum contrahit potius quàm committit.* Hæc verba sunt adeò evidentia, & prorsus peremptoria, ut ipsemet Censor eorum nitidissimos radios sustinere non valens referat quidem in propositione 5. & 9. verba immediatè antecedentia, & consequentia, de medio tamen sustulerit illas voces, quæ rectâ petunt jugulum immanis accusationis in Authorem confictæ, & quæ si solæ in toto libro adessent, perpetuum hac de re silentium imponere deberent.

Profectò nil luculentius, & castigatius ad normam Patrum, & Conciliorum præcipuè Tridentini sess. 5. decreto de peccato originali proferri poterat. S. Cyprianus epist. 59. *Infans recens natus*, inquit, *nihil peccavit, nisi quod secundùm Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ primâ nativitate contraxit.* S. Thomas quæst. 5. de malo art. 1. ad 11. *Puer*, ait, *laboravit vitio alieno quantùm ad causam, quia peccatum ab alio traxit, laboravit tamen vitio proprio, in quantùm à primo parente culpam contraxit.* Comparet, quæso, benignus Lector hæc verba SS. Cypriani, & Thomæ cum aliis modo relatis Sfondrati, & nec ovum ovo tam simile dicet, reperietque utrobique eadem verba pro explicando, quomodo peccatum originale sit alienum, & simul proprium unicuique.

 Unde

Unde Eminentiss. Author pag. 39. advertens, Pelagianos affirmasse, parvulos originali peccato non teneri, sed tamen, si absque peccato decedant, cælestis Regni expertes esse, in hunc errorem unà cum S. Augustino serm. 14. de verbis Apostoli sic invehitur. „ Ecce existit, nescio, quis, & dicit, parvu-„ lus non habens ullum omninò peccatũ, nec quod „ vitâ suâ contraxit : nec quod de vitâ primi pa-„ rentis traxit, habebit & Regnum cælorum, & „ vitam æternam ? „ &c. Ex his perspicuum prorsus est, in quo sensu Author dixerit in loco à Censore notato, peccatum originale esse alienum, non proprium, id est, illud non esse actuale, & personale, non fieri, non committi, sed ab alio factum, & commissum contrahi; quo genuina phrasis declarativa peccati originalis enucleatè exprimitur. Quinimò non dixit ibi Sfondratus, peccatum originale esse duntaxat alienum, sed addidit *paternum*, quid autem hæc vox importet, ita explicat magnus Augustinus lib. 1. contra secundam responsionem Juliani cap. 48. *Aliena sunt*, ait, *sed paterna sunt, & per hoc jure seminationis atque germinationis, & nostra sunt.* In ipsâ ergo primâ propositione à Censore accusatâ conceptis terminis exprimitur, etiam juxta S. Augustinum, peccatum originale esse alienum simul, & nostrum, seu proprium, cùm ibi dicatur à Sfondrato, culpam originalem esse *alienam, & paternam.*

NOTA.

NOTA

EUm esse sensum Authoris patet ex verbis, quæ statim sequuntur: „ Quamvis enim, inquit, damnari nemo possit paterna culpa, potest tamen iis bonis privari, quæ liberaliter accepturus erat, patre in- „ noxio, nec in Principem delinquente. „ Siquidem clarum est, ejusmodi reorum filiis parentum culpam propriè non inesse, aut inhærere, tametsi ad eos ex humana justitia legibus ob publicum exemplum aliqua saltem delicti paterni pœna perveniat. Id ipsum secunda quam mox afferemus, propositio confirmat, multaque alia legentibus occurrunt, quæ hunc esse Authoris sensum demonstrant.

DISPUNCTIO.

QUo ad exemplum illud à Censore pravum in sensum detortum adnotari debebat, tum hoc S. Gregorii Theologi monitum orat. 37. *fieri non potest, ut similitudo ulla, & exemplum rei veritatem planè, perfectèque assequatur*; tum opportuna Theologorum Salmanticensium Carmelitarum tract. 13. de vitiis, & peccatis disput. 14. num. 50. animadversio, ex qua inferunt, quòd „ Exempla, „ quæ pro explicando peccato originali adduci so- „ lent, non afferuntur ut omninò adæquata rei, de „ qua agitur, quia modus voluntarii in peccato ori- „ ginali repertus adeò est specialis, & sibi proprius, „ ut nusquam alibi inveniatur; deserviunt tamen „ similia exempla ad aliquam ejus explicationem, & „ ut, supposita Fide de existentiâ talis peccati, sua- „ deant, non esse impossibile, aut inintelligibile.

Expoſcit à nobis Cenſor, ut apud Authorem aliquem extare conſimile exemplum à Sfondrato allatum indicemus. Æqua planè, & facilis exauditu poſtulatio. Johannes Viguerius ex inclyto Ordine Prædicatorum in Inſtitutionibus Theologicis, tract. de pec. orig. c.18. §.5. „ Deus, ait, nobis, qui nihil „ actualiter egimus, non facit injuriam, aut inju„ ſtitiam reputando filios iræ, & indignationis & „ condemnationis, quia per iram, indignationem, & „ condemnationem accipitur *ſola excluſio à gratia,* „ *& originali juſtitia, ac etiam à Regno cælorum*, & „ reſtitutio naturæ ad conditionem ſuam, à qua e„ ramus exempti per juſtitiam originalem, & jure „ hæreditario omnibus filiis & poſteris ab eo per „ propagationem ſeminalẽ procreatis, dummodò „ Adam, & filii ejus præcepta Domini ſervarent. „ Et quia Adam non ſervavit, per inobedientiam „ ipſe, & poſteri jure illo privati ſunt. *Exemplum* „ *communiter datur* de Rege, qui gratis ex liberali„ tate ſuâ dedit cuidam nobili caſtrum pro ſe, & to„ tâ poſteritate ſuâ eâ lege, ut fidelitatem ei ſerva„ ret, quòd ſi non faceret, auferet ab eo, & filiis e„ jus. Si ille infidelis eſſet, nullam injuriam faceret „ Rex ipſi, nec filiis ejus, ſi privaret eos caſtro eâ le„ ge & conditione dato.„ Exemplum ergo ab Eminentiſſ. Authore productum aſſeritur à Viguerio communiter dari ſolitum, ex quo Cornelius Muſſus loc. cit. ita in contradictores invehitur. „ Vos, „ inquit, qui jura cùm Pontificia, tùm Cæſarea „ profitemini, convenio. Quod ergo perdidit A„ dam, juſtiſſimè dicimur, & nos perdidiſſe, ſicut „ quod obtinuiſſet ipſe, ſi ſtetiſſet, diceremur &

nos

nos justissimè obtin uisse. Intelligis mysterium„ Alphonsus Salmeron disputat. 48. in cap. 5. epist. ad Rom. his verbis vot o Notatoris respondet. „Ita enim ex peccato pat ris dicitur quis damnatus , " non simpliciter, sed quod attinet ad bona paterna " hæreditate consequenda, si Pater non deliquisset " in Rempublicam, propter quod delictum bonis " *omnibus* spoliatus est. Ita etiam in proposito vi- " tâ cælesti, & supernaturali in Adam vivebamus, " qua tamen per peccatum Adæ privati sumus. "

Consule, si vacat, Andream Duvallium Doctorem Sorbonicum, & Regium Theologiæ in Academiâ Parisiensi Professorem tractatu de peccatis quæst. 1. att. 5. ubi huic vulgatissimæ doctrinæ omninò consentaneus est. „Si Adamus non peccas- " set, ait, transfusa fuisset justitia originalis veluti " naturaliter, seu per naturalem generationem in " posteros, ex quo sequitur, totam naturam Adamo " peccante ab ipsâ originali justitiâ excidisse: sicuti " si Rex castrum munitissimum concederet alicui, " tam pro se, quàm pro omnibus suis posteris, e[illegible] le- " ge, ut fidelitatem sibi debitam servaret, & si non " servaret, tam ipse, quam ipsi posteri eo privaren- " tur, non est dubium , quin eo fidelitatem non " servante, à dominio hujus castri, non solùm ipse, " sed etiam omnes ejus posteri exciderent, quod in " judiciis humanis, quotidiè videre est : Filii enim " propter scelera parentum , quæ bonorum con- " fiscationem includunt, omnibus bonis paternis in " perpetuum privantur , & in crimine perduellio- " nis non tantùm privantur hæreditate patris per- " duellis, sed etiam perpetuò, carceri mancipantur. "

Et cùm dixisset Duvallius hujusmodi exempla non perfectè, & exactè peccati originalis traductionem exprimere, subdit. „Ideo hæc peccati originalis „traductio magnum est, & reconditum fidei nostræ „mysterium, adeò ut Augustinus libenter hac in re „suam ignorantiam, & se ad argumenta omnia Pe„lagianorum respondere non posse fateatur: *Scri„ptura tamen authoritati, quæ in parvulis pecca„tum originale agnoscit, indubitanter credere ma„gis, quàm intelligere.* Et epist. 29. ad Hierony„mum faceto Apologo terminat disputationem. „Cùm, inquit, aliquis ruisset in puteum, ubi aqua „tantùm erat, quæ eum magis exciperet, ne mo„reretur, quàm suffocaret, ne loqueretur, accessit „alius, & dixit ei, quomodò huc cecidisti? at ille „dixit, obsecro, cogita, quomodò hinc me libe„res, & non quomodò huc ceciderim, quæras. „Ita quoniam, pergit Duvallius „ex fide Catholicâ „constat de peccato originali tanquam de puteo „infantis animam Christi gratiâ liberari, satis nobis „esse debet, quòd modum, quo salva fiat, nove„rimus, etiamsi nunquam quomodò in malum il„lud devenerit, cognoscamus.

NOTA

ATquì hæc doctrina, quæ nullam propriam culpam in parvulis sine Baptismo decedentibus agnoscit, apertè repugnat Concilio Tridentino, in quo definitur. „Adæ peccatum, quod origine unum est, & propaga„tione, non imitatione transfusum, omnibus inesse „unicuique proprium. sess. 5. can. 3. id, quod confir-

matur,

matur seſſ 6. cap. 3. ubi „homines ex ſemine Ada propagati dicuntur naſci injuſti, cùm eâ propaga-„ tione, per ipſum, dum concipiuntur, propriam inju-" ſtitiam contrahant. Unde idem Concilium ſeſſ. 5." can. 4. & can. 5. anathemate ferit eos. „Qui for-" mam baptiſmatis in remiſſionem peccatorum in" parvulis non veram, ſed falſam intelligerent, aut" qui negarent per gratiam, quæ in baptiſmate con-" fertur, reatum originalis peccati non remitti, aut" etiam aſſererent, non tolli totum id, quod veram," & propriam peccati rationem habet. Hac fuit" ſemper antiqua, & fundatiſſima Eccleſiæ doctrina," quam cùm impugnaret Pelagius obijciens „nulla ra- tione concedi, ut Deus, qui propria peccata di-" mittit, imputet aliena. Reſpondit ei Auguſtinus," non imputare Deum aliena peccata, ſed propria;" aliena quippe erant, inquit, quando ii, qui propa-" gata portarent, nondum erant, nunc verò carnali" generatione jam eorum ſunt, quibus nondum ſpiri-" tuali generatione dimiſſa ſunt; lib 3. de pecc. mer. &" rem. cap. 8.

DISPUNCTIO.

LIquidò conſtat ex dictis, Eminentiſſimum Sfondratum propriam culpam in parvulis ſine baptiſmo decedentibus agnoſcere, atque adeò apertè concinere Concilio Tridentino in locis à Cenſore allegatis, & perfectè conſonare antiquæ, & fundatiſſimæ Eccleſiæ doctrinæ, quamvis de peccato originali egerit Author tantùm obiter, & per tranſennam, atque occaſione ſolvendæ cujuſdam objectio-

jectionis, ut accuratiùs patebit ex responsione ad notam sequentis propositionis, in quâ germana, & solidissima explicatio Concilii Tridentini à Scriptore tradita afferetur. Unde Censor in eodem capite octavo libri tertii S. Augustini de pecc. merit. & remiss. quod ipsemet adducit, notare debuisset, S. Patrem meritò conqueri, quòd „inde plerumque convalescit error, cùm homines idonei sunt „his verbis interrogandis, quibus intelligendis non „sunt idonei, & quorum tardiusculam mentem „impedit, & suæ sententiæ præjudicium, & per„vicaciæ gravissimæ vinculum.

At quoniam suam in primam propositionem censuram verbis S. Augustini conclusit Notator, mihi quoque fas sit verbis ejusdem S. Doctoris post commodatam S. Chrysostomo advocationem prolatis lib. 1. contra Julianum cap. 6. ipsum Censorem alloqui. „Jam verò cohibe te ipsum, & ali„quando intellige, quomodo potuerit dicere (Car„dinalis Sfondratus) parvulos non habere pecca„tum (actuale, & personale); Non quòd peccato „primorum hominum non teneantur obstricti, sed „quòd nulla sua commiserint. Et hoc quidem in „eodem (libro) si totum legisses, invenire potui„sti, aut si legisti, nescio quemadmodum te potuit „præterire. Aut si præterire non potuit, miror, „cur te non correxerit; si tamen aliquid apud te „valet (Cardinalis Sfondrati) authoritas..... Ecce „cui Viro, quàm magno Christianæ Fidei, atque „hujus Catholici dogmatis defensori voluisti (fal„sum) dogma supponere, quasi dixerit, parvulos „primi hominis non esse (intrinsecè) inquinatos

pecca-

peccato, cùm dixerit, eos non habere (culpam, "
propriam) quæ non eum intelligi, nisi (personalem) voluisse, ejus tàm multa testimonia, tamque manifesta declarant. Quid te igitur adjuvit, "
quòd (Cardinalis Sfondrati) tanquam (Hæreticis) suffragetur, testimonium posuisti? An ut unum verbum quasi ab eo prætermissum velut acutâ calliditate captares, & tot verborum ejus, quibus obrueris, tàm ingentem nobis aggerem commoveres? in tantùm improvidus, & incautus, ut nec in (ipso libro) ubi vix unum, de quo malè intellecto decipereris, testimonium reperire potuisti, advertes (Cardinalem Sfondratum) satis evidenter expressisse, omnes homines exceptis debitis propriis paterni esse chirographi debitores. "

PROPOSITIO SECUNDA.

Adamo infeliciter peccante, tota quoque Posteritas, quippe ex Patre rebelli nata, omni jure ad cæleste Regnum spoliata est, quod peccatum originale vocamus pag. 48. lin. 8.

NOTA.

Totam peccati originalis rationem ponit Author in privatione juris ad celeste Regnum, quæ quidem privatio pœna est, & effectus peccati originalis, non verò ipsum originale peccatum, unde patet, Authorem nihil agnoscere in parvulis; quod veram, & propriè dictam peccati rationem habet.

DIS-

PRivatio juris ad cæleste Regnum idem est, ac privatio justitiæ originalis, seu gratiæ sanctificantis, ut ipsemet Author explicat pag. 114. „ Adamo „ peccante, inquit, non is solùm, sed tota ejus po- „ steritas justissimè Dei donis, gratiâ videlicet, & „ gloriâ, aliisque dotibus innocentiæ privata est.

Rationem formalem verò constitutivam peccati originalis consistere in privatione justitiæ originalis, vel gratiæ sanctificantis relatè ad actuale Adami peccatum, testatur Pater Gonetus disp. 7. de pec. originali art. 5. §. 4. *esse sententiam menti, & doctrinæ D. Thomæ conformiorem*; Bartholomæus Mastrius de Meldula in 2. disp. 4. quæst. 5. art. 5. docet, „ eandem sententiam ad hæc usque tempora com- „ munem esse in omni scholâ præcipuè Thomista- „ rum, & Scotistarum, illamque præcipuos So- „ cietatis Jesu Authores tradidisse, & quod majo- „ ris est momenti, hujus sententiæ Authorem fuis- „ se S. Anselmum lib. de concept. Virg. cap. 27. di- „ centem, *hoc peccatum, quod originale dico, aliud* „ *intelligere nequeo in ipsis infantibus, nisi ipsam,* „ *quam suprà posui, factam per inobedientiam Adæ* „ *justitiæ debitæ nuditatem*. „ S. Bonaventura in Breviloquio part. 3. cap. 5. conceptis verbis asseverat. „ *privationem originalis justitiæ* vocamus origina- „ lem culpam. Ergò per Censorem SS. Anselmus, Thomas, Bonaventura, & omnis schola Thomistarum, Scotistarum, ac præcipui Societatis Authores nihil agnoscunt in parvulis, quod veram, & propriè dictam peccati rationem habet.

Non poterat certè Notator criticum jecur ostendere contra eam propositionem, nisi dimicaret contra omnem scholam Theologorum, qui tritissimam illam objectionem ab ipso adductam multiplici responsione diluunt. *Idem* namque, ut docet Præceptor Angelicus quæst. 1. de malo art. 4. ad 1. *secundùm diversa potest esse culpa, & pœna, non tamen secundùm idem.* Etenim illa privatio justitiæ originalis, ut declarat Scotus distin. 37. ad 4. lit. Cc. unà cum Magistro sententiarum, quatenùs est à voluntate deficiente est culpa, quatenùs in ipsâ voluntate passivè recipitur, est pœna. Item eadem privatio justitiæ originalis physicè considerata ut est à Deo non dante justitiam posteris Adæ est pœna, ut verò est moraliter, seu demeritoriè ex actu peccaminoso Adæ, fuit in ipso peccatum habituale personale, in nobis autem est originale.

NOTA.

Certè Augustinus ex ejusmodi privatione, aliisque miseriis, quibus parvuli etiam recens nati obnoxii sunt, originale peccatum eis inesse probat, cùm alioqui injustum foret, eos tantis malis affici, si omni culpa, ac reatu peccati carerent.

DISPUNCTIO.

THeologi quidem valdè discrepant in exponenda mente S. Augustini circa constitutivum formale peccati originalis, qua de controversiâ S. Doctorem non fuisse sollicitum scribit Eminentiss. Bellarmi-

PRivatio juris ad cæleste Regnum idem est, ac privatio justitiæ originalis, seu gratiæ sanctificantis, ut ipsemet Authot explicat pag. 114. „ Adamo „ peccante, inquit, non is solùm, sed tota ejus po- „ steritas justissimè Dei donis, gratiâ videlicet, & „ gloriâ, aliisque dotibus innocentiæ privata est.

Rationem formalem verò constitutivam peccati originalis consistere in privatione justitiæ originalis, vel gratiæ sanctificantis relatè ad actuale Adami peccatum, testatur Pater Gonetus disp. 7. de pec. originali art. 5. §. 4. *esse sententiam menti, & doctrinæ D. Thomæ conformiorem*; Bartholomæus Mastrius de Meldula in 2. disp. 4. quæst. 5. art. 5. docet, „ eandem sententiam ad hæc usque tempora com- „ munem esse in omni scholâ præcipuè Thomista- „ rum, & Scotistarum, illamque præcipuos So- „ cietatis Jesu Authores tradidisse, & quod majo- „ ris est momenti, hujus sententiæ Authorem fuis- „ se S. Anselmum lib. de concept. Virg. cap. 27. di- „ centem, *hoc peccatum, quod originale dico, aliud* „ *intelligere nequeo in ipsis infantibus, nisi ipsam,* „ *quam suprà posui, factam per inobedientiam Adæ* „ *justitiæ debitæ nuditatem.* „ S. Bonaventura in Breviloquio part. 3. cap. 5. conceptis verbis asseverat. „ *privationem originalis justitiæ* vocamus origina- „ lem culpam. Ergò per Censorem SS. Anselmus, Thomas, Bonaventura, & omnis schola Thomistarum, Scotistarum, ac præcipui Societatis Authores nihil agnoscunt in parvulis, quod veram, & propriè dictam peccati rationem habet.

Non

Non poterat certè Notator criticum jecur ostendere contra eam propositionem, nisi dimicaret contra omnem scholam Theologorum, qui tritissimam illam objectionem ab ipso adductam multiplici responsione diluunt. *Idem* namque, ut docet Præceptor Angelicus quæst. 1 de malo art. 4. ad 1. *secundùm diversa potest esse culpa, & pœna, non tamen secundùm idem.* Etenim illa privatio justitiæ originalis, ut declarat Scotus distin. 37. ad 4. lit. Cc. unà cum Magistro sententiarum, quatenùs est à voluntate deficiente est culpa, quatenùs in ipsâ voluntate passivè recipitur, est pœna. Item eadem privatio justitiæ originalis physicè considerata ut est à Deo non dante justitiam posteris Adæ est pœna, ut verò est moraliter, seu demeritoriè ex actu peccaminoso Adæ, fuit in ipso peccatum habituale personale, in nobis autem est originale.

NOTA.

CErtè Augustinus ex ejusmodi privatione, aliisque miseriis, quibus parvuli etiam recens nati obnoxii sunt, originale peccatum eis inesse probat, cùm alioqui injustum foret, eos tantis malis affici, si omni culpa, ac reatu peccati carerent.

DISPUNCTIO.

THeologi quidem valdè discrepant in exponenda mente S. Augustini circa constitutivum formale peccati originalis, qua de controversiâ S. Doctorem non fuisse sollicitum scribit Eminentiss. Bellarmi-

larminus l. 5. de amiss. grat. & stat. pecc. cap. 20. Ex illa autem privatione gratiæ, seu justitiæ originalis tanquam à radice dimanare alias deordinationes ex peccato Adæ ad nos transfusas per generationem, egregiè demonstrat S. Thomas loc. cit. opusc. 3. cap. 192. & S. Bonaventura in Breviloquio loc. cit. Unde Carolus ab Assumptione Carmelita discalceatus in Collegio Duaceno S. Theologiæ Lector in prœmio ad funiculum triplicem advertit. „Plurimos à vero deviasse, non aliâ ratione, quàm „quòd S. Augustinum in S. Thoma non didicerint, „plus fidentes humano studio, quàm infuso desursùm Angelici Solis lumini. idem sentit Martinus de Ezparsa lib. 5. de justificat. quæst. 6. art. 2. ad 1. inquiens „quod eadem Sententia est D. Thomæ in „propriis terminis, & nihil differt à D. Augustino „quoad rem ipsam, quoad modum verò illi solùm „superaddit majorem claritatem minùs subjectam „æquivocationibus, quas nonnulli passi sunt valde magnas in intelligentiâ Augustini, nolentes se „accommodare interpretationi S. Thomæ.

NOTA.

Tridentinum etiam Concilium sess. 5. can. 2. de hac re sic decernit „Si quis. . . . inquinatum illum „(Adamum) per inobedientiæ peccatum mortem „& pœnas corporis tantùm in omne genus humanum „transfudisse, non autem, & peccatum, quod mors „est animæ, anathema sit. „Quæ quidem Patres Tridentini ex Synodo Arausicana can. 2. mutuati sunt, ubi hæc leguntur „si quis soli Adæ prævaricationem suam,

suam, & non ejus propagini asserit nocuisse, aut certè " *mortem tantùm corporis, quæ pœna peccati est, non au-* " *tem, & peccatum, quod mors est animæ per unum homi-* " *nem in omne genus humanum transisse testatur, injustiti-* " *am Deo dabit,, Postremò Bellarmin. lib. 5. de amissione gratiæ, & statu peccati cap. 16. hanc sententiam, quæ peccatum originale non aliud esse, nisi primam Adæ transgressionem actualem posteris ejus imputatam, & nihil esse in parvulis unicuique proprium, & inhærens, quod habeat veri peccati rationem, falsam, hæreticam, & sac. Concilio Tridentino contrarium pronuntiare non dubitavit.*

DISPUNCTIO.

MAstrius loc. cit. art. 7. num. 144. apertè pro- " fitetur, quòd ponendo originale peccatum in ea privatione meliùs salvatur modus loquendi Patrum, & Conciliorum: ,, nam sic verè pueris in- " est, non per denominationem extrinsecam tan- " tùm, sed realiter privatio justitiæ originalis, qua " dicuntur nasci filii iræ, & peccatores, quamvis " non dicantur peccantes, cum non habeant pro- " priè, & intrinsecè peccatum actuale, sed dumta- " xat originale, quod est peccatum habituale ,, E- " minent. Cardinalis Sfortia Pallavicinus lib. 7. de sacram. pœnit. cap. 15. tuetur eandem sententiam de constitutivo formali peccati originalis, & in fine sic concludit,, ex his patet veritas definitionis, " quæ habetur ex Tridentino sess. 5. peccatum illud " esse origine unum, propagatione multiplex, & " inesse unicuique proprium. Illæ enim privatio- "

„nes justitiæ originalis multiplicantur pro multitudine subjectorum, Contensonus disput. 2. de peccatis cap. 2. speculat. 1. probat, peccatum originale esse unicuique proprium, & intrinsecè inhærere, quia hoc est privatio justitiæ originalis, ac per consequens macula. Ezparsa loco laudato appositè advertit, quod privatio gratiæ est ultimò „completiva peccati originalis, & ratione hujus „intrinsecè afficientis unumquemque posterorum, „atque multiplicis pro multitudine ipsorum dici- „tur à Tridentino peccatum originale inesse uni- „cuique proprium, id est, afficere intrinsecè unum- „quemque, & esse numero distinctum absolutè in „singulis, quia peccatum est formaliter privatio, „& privationes numerantur juxta numerum for- „marum, quibus privant, insuntq; suo modo intrin- „secè subjectis, quibus eædem formæ forent intrin- „secæ, cùm idem sit subjectū privationis, & formæ.

Ecce dogma à Tridentino traditum de peccato originali unicuique homini intrinseco, & proprio à Cardinali Sfondrato per locum maximè ab intrinseco, ut cum schola loquar, seu ex ipsa peccati originalis definitione clarissimè expressum, non quidem probatione longè arcessitâ, sed prædicatione definitionis de definito, quæ procul dubio dicuntur ad convertentiam, & est prædicatio verè, & propriè scientifica.

Verba Eminentiss. Bellarmini à Censore objecta aliò certè spectant, & non nisi per summum nefas contra receptissimam illam scholæ Theologicæ Columinum sententiam de constitutivo formali peccati originalis, & contra ipsam Bellarmini mentem

tem obtrudi possunt. Imò idem Eminentiss. Theologus in eodem tractatu à Censore allegato lib. 4. cap.9. rotundis verbis asseverat, *ideò parvuli peccatum* habere dicuntur, quia carent *justitiâ &c.* Con-„cinit Cornelius Mussus loco laudato, Ista, in-„quit, donorum privatio non absolutè, sed ut di-„gnè nobis à divinâ justitiâ imputatur ad culpam, „peccatum originale est.... Ita ergò privatio il-„lorum donorum ad culpam imputata, & impu-„tanda transfunditur per generationem &c. Demùm hanc privationem gratiæ, seu justitiæ originalis Scriptura, Concilia, Patres, & Theologiæ Proceres, nuncupant verè, & propriè, ac in toto rigore mortem animæ inimicitiam Dei, aversionem ab ultimo fine, constanterque docent, nos ratione illius privationis verè esse, & in toto sermonis rigore dici inimicos, infensos Deo, aversos ab ipso, filios iræ, & injustos.

Ex ea autem privatione gratiæ, seu justitiæ originalis ceu à fonte effluere alios defectus ex peccato Adæ ad nos trásfusos, luculenter explanat Eminent. Auth. pag. 123. recensens dotes, ac dona supernaturalia Angeli, & hominis innocentis ex una parte, in-„quit, in Lucifero, & Adamo nihil erat, quo possent „ad malũ inclinari, nón appetitus cũ ratione certa-„mé, non indigétia alieni, & extranei boni, nõ per-„versi, & inoliti mores, nõ ignorantia, nõ cupiditas, „nõ difficultas honesti nõ aliquid eorũ, quæ homi-„nes ad peccandũ illiciunt; ex adverso nihil eorum „aberat, quo possent facillimè in officio contineri, „& ad bonum, ac virtutem complectendam propè „compelli, summa tranquillitas animæ, perfe-

Et cùm dixisset Duvallius hujusmodi exempla non perfectè, & exactè peccati originalis traductionem exprimere, subdit. „Ideo hæc peccati originalis „traductio magnum est,& reconditum fidei nostræ „mysterium, adeò ut Augustinus libenter hac in re „suam ignorantiam, & se ad argumenta omnia Pe„lagianorum respondere non posse fateatur: *Scri„ptura tamen authoritati, quæ in parvulis pecca„tum originale agnoscit, indubitanter credere ma„gis, quàm intelligere.* Et epist. 29. ad Hierony„mum faceto Apologo terminat disputationem. „Cùm, inquit, aliquis ruisset in puteum, ubi aqua „tantùm erat, quæ eum magis exciperet, ne mo„reretur, quàm suffocaret, ne loqueretur, accessit „alius, & dixit ei, quomodò huc cecidisti? at ille „dixit, obsecro, cogita, quomodò hinc me libe„res, & non quomodò huc ceciderim, quæras. „Ita quoniam, pergit Duvallius „ ex fide Catholicâ „constat de peccato originali tanquam de puteo „infantis animam Christi gratiâ liberari, satis nobis „esse debet, quòd modum, quo salva fiat, nove„rimus, etiamsi nunquam quomodò in malum il„lud devenerit, cognoscamus.

NOTA

A*Tqui hæc doctrina, quæ nullam propriam culpam in parvulis sine Baptismo decedentibus agnoscit, apertè repugnat Concilio Tridentino, in quo definitur. „Adæ peccatum, quod origine unum est, & propaga„tione, non imitatione transfusum, omnibus inesse „unicuique proprium. sess. 5. can. 3. id, quod confir-*

matur,

matur sess 6. cap. 3. ubi „ homines ex semine Ada propagati dicuntur nasci injusti , cùm eâ propaga- „ tione , per ipsum, dum concipiuntur, propriam inju- " stitiam contrahant. Unde idem Concilium sess. 5. " can. 4. & can. 5. anathemate ferit eos. „ Qui for- " mam baptismatis in remissionem peccatorum in " parvulis non veram , sed falsam intelligerent , aut " qui negarent per gratiam, qua in baptismate con- " fertur , reatum originalis peccati non remitti , aut " etiam assererent , non tolli totum id, quod veram, " & propriam peccati rationem habet. Hac fuit " semper antiqua , & fundatissima Ecclesiæ doctrina, " quam cùm impugnaret Pelagius obijciens „ nulla ra- tione concedi, ut Deus, qui propria peccata di- " mittit , imputet aliena. Respondit ei Augustinus, " non imputare Deum aliena peccata , sed propria; " aliena quippe erant, inquit, quando ii, qui propa- " gata portarent, nondum erant, nunc verò carnali " generatione jam eorum sunt , quibus nondum spiri- " tuali generatione dimissa sunt; lib 3. de pecc. mer. & " rem. cap. 8.

DISPUNCTIO.

Liquidò constat ex dictis, Eminentissimum Sfondratum propriam culpam in parvulis sine baptismo decedentibus agnoscere , atque adeò apertè concinere Concilio Tridentino in locis à Censore allegatis, & perfectè consonare antiquæ , & fundatissimæ Ecclesiæ doctrinæ , quamvis de peccato originali egerit Author tantùm obiter, & per transennam , atque occasione solvendæ cujusdam objectio-

jectionis, ut accuratiùs patebit ex responsione ad notam sequentis propositionis, in quâ germana, & solidissima explicatio Concilii Tridentini à Scriptore tradita afferetur. Unde Censor in eodem capite octavo libri tertii S. Augustini de pecc. merit. & remiss. quod ipsemet adducit, notare debuisset, S. Patrem meritò conqueri, quòd „ inde plerum-„ que convalescit error, cùm homines idonei sunt „ his verbis interrogandis, quibus intelligendis non „ sunt idonei, & quorum tardiusculam mentem „ impedit, & suæ sententiæ præjudicium, & per-„ vicaciæ gravissimæ vinculum.

At quoniam suam in primam propositionem censuram verbis S. Augustini conclusit Notator, mihi quoque fas sit verbis ejusdem S. Doctoris post commodatam S. Chrysostomo advocationem prolatis lib. 1. contra Julianum cap. 6. ipsum Censorem alloqui. „ Jam verò cohibe te ipsum, & ali-„ quando intellige, quomodo potuerit dicere (Car-„ dinalis Sfondratus) parvulos non habere pecca-„ tum (actuale, & personale); Non quòd peccato „ primorum hominum non teneantur obstricti, sed „ quòd nulla sua commiserint. Et hoc quidem in „ eodem (libro) si totum legisses, invenire potui-„ sti, aut si legisti, nescio quemadmodum te potuit „ præterire. Aut si præterire non potuit, miror, „ cur te non correxerit; si tamen aliquid apud te „ valet (Cardinalis Sfondrati) authoritas..... Ecce „ cui Viro, quàm magno Christianæ Fidei, atque „ hujus Catholici dogmatis defensori voluisti (fal-„ sum) dogma supponere, quasi dixerit, parvulos „ primi hominis non esse (intrinsecè) inquinatos

pecca-

peccato, cùm dixerit, eos non habere (culpam, "
propriam) quæ non eum intelligi, nisi (persona- "
lem) voluisse, ejus tàm multa testimonia, tam- "
que manifesta declarant. Quid te igitur adjuvit, "
quòd (Cardinalis Sfondrati) tanquam (Hæreti- "
cis) suffragetur, testimonium posuisti? An ut u- "
num verbum quasi ab eo prætermissum velut acu- "
tâ calliditate captares, & tot verborum ejus, qui- "
bus obrueris, tàm ingentem nobis aggerem com- "
moveres? in tantùm improvidus, & incautus, ut "
nec in (ipso libro) ubi vix unum, de quo malè in- "
tellecto decipereris, testimonium reperire potui- "
sti, advertes (Cardinalem Sfondratum) satis evi- "
denter expressisse, omnes homines exceptis debi- "
tis propriis paterni esse chirographi debitores. "

PROPOSITIO SECUNDA.

Adamo infeliciter peccante, tota quoque Posteritas, quippe ex Patre rebelli nata, omni jure ad cæleste Regnum spoliata est, quod peccatum originale vocamus pag. 48. lin. 8.

NOTA.

TOtam peccati originalis rationem ponit Author in privatione juris ad cæleste Regnum, quæ quidem privatio pœna est, & effectus peccati originalis, non verò ipsum originale peccatum, unde patet, Authorem nihil agnoscere in parvulis; quod veram, & propriè dictam peccati rationem habet.

DIS-

DISPUNCTIO.

PRivatio juris ad cæleste Regnum idem est, ac privatio justitiæ originalis, seu gratiæ sanctificantis, ut ipsemet Author explicat pag. 114. „ Adamo „ peccante, inquit, non is solùm, sed tota ejus po- „ steritas justissimè Dei donis, gratiâ videlicet, & „ gloriâ, aliisque dotibus innocentiæ privata est.

Rationem formalem verò constitutivam peccati originalis consistere in privatione justitiæ originalis, vel gratiæ sanctificantis relatè ad actuale Adami peccatum, testatur Pater Gonetus disp. 7. de pec. originali art. 5. §. 4. *esse sententiam menti, & doctrinæ D. Thomæ conformiorem*; Bartholomæus Mastrius de Meldula in 2. disp. 4. quæst. 5. art. 5. docet, „ eandem sententiam ad hæc usque tempora com- „ munem esse in omni scholâ præcipuè Thomista- „ rum, & Scotistarum, illamque præcipuos So- „ cietatis Jesu Authores tradidisse, & quod majo- „ ris est momenti, hujus sententiæ Authorem fuis- „ se S. Anselmum lib. de concept. Virg. cap. 27. di- „ centem, *hoc peccatum, quod originale dico, aliud* „ *intelligere nequeo in ipsis infantibus, nisi ipsam,* „ *quam suprà posui, factam per inobedientiam Adæ* „ *justitiæ debitæ nuditatem*. „ S. Bonaventura in Breviloquio part. 3. cap. 5. conceptis verbis asseverat. „ *privationem originalis justitiæ* vocamus origina- „ lem culpam. Ergò per Censorem SS. Anselmus, Thomas, Bonaventura, & omnis schola Thomistarum, Scotistarum, ac præcipui Societatis Authores nihil agnoscunt in parvulis, quod veram, & propriè dictam peccati rationem habet.

Non

Non poterat certè Notator criticum jecur ostendere contra eam propositionem, nisi dimicaret contra omnem scholam Theologorum, qui tritissimam illam objectionem ab ipso adductam multiplici responsione diluunt. *Idem* namque, ut docet Præceptor Angelicus quæst. 1. de malo art. 4. ad 1. *secundùm diversa potest esse culpa, & pœna, non tamen secundùm idem.* Etenim illa privatio justitiæ originalis, ut declarat Scotus distin. 37. ad 4. lit. Cc. unà cum Magistro sententiarum, quatenùs est à voluntate deficiente est culpa, quatenùs in ipsâ voluntate passivè recipitur, est pœna. Item eadem privatio justitiæ originalis physicè considerata ut est à Deo non dante justitiam posteris Adæ est pœna, ut verò est moraliter, seu demeritoriè ex actu peccaminoso Adæ, fuit in ipso peccatum habituale personale, in nobis autem est originale.

NOTA.

Certè Augustinus ex ejusmodi privatione, aliisque miseriis, quibus parvuli etiam recens nati obnoxii sunt, originale peccatum eis inesse probat, cùm alioqui injustum foret, eos tantis malis affici, si omni culpa, ac reatu peccati carerent.

DISPUNCTIO.

Theologi quidem valdè discrepant in exponenda mente S. Augustini circa constitutivum formale peccati originalis, qua de controversiâ S. Doctorem non fuisse sollicitum scribit Eminentiss. Bellarmi-

larminus l. 5. de amiss. grat. & stat. pecc. cap. 20. Ex illa autem privatione gratiæ, seu justitiæ originalis tanquam à radice dimanare alias deordinationes ex peccato Adæ ad nos transfusas per generationem, egregiè demonstrat S. Thomas loc. cit. opusc. 3. cap. 192. & S. Bonaventura in Breviloquio loc. cit. Unde Carolus ab Assumptione Carmelita discalceatus in Collegio Duaceno S. Theologiæ Lector in prœmio ad funiculum triplicem advertit. „Plu-„rimos à vero deviasse, non aliâ ratione, quàm „quòd S. Augustinum in S. Thoma non didicerint, „plus fidentes humano studio, quàm infuso desur-„sùm Angelici Solis lumini. idem sentit Martinus de Ezparsa lib. 5. de justificat. quæst. 6. art. 2. ad 1. inquiens „quod eadem Sententia est D. Thomæ in „propriis terminis, & nihil differt à D. Augustino „quoad rem ipsam, quoad modum verò illi solùm „superaddit majorem claritatem minùs subjectam „æquivocationibus, quas nonnulli passi sunt val-„de magnas in intelligentiâ Augustini, nolentes se „accommodare interpretationi S. Thomæ.

N O T A.

TRidentinum etiam Concilium sess. 5. can. 2. de hac re sic decernit „Si quis. . . . inquinatum illum „(Adamum) per inobedientia peccatum mortem „& pœnas corporis tantùm in omne genus humanum „transfudisse, non autem, & peccatum, quod mors „est animæ, anathema sit. „Quæ quidem Patres Tridentini ex Synodo Arausicana can. 2. mutuati sunt, ubi hæc leguntur „si quis soli Adæ prævaricationem suam,

suam, & non ejus propagini asserit nocuisse, aut certè ,,
mortem tantùm corporis, quæ pœna peccati est, non au- ,,
tem, & peccatum, quod mors est animæ per unum homi- ,,
nem in omne genus humanum transisse testatur, injustiti- ,,
am Deo dabit,, Postremò Bellarmin. lib. 5. de amissione gra-
tiæ, & statu peccati cap. 16. hanc sententiam, quæ pecca-
tum originale non aliud esse, nisi primam Adæ trans-
gressionem actualem posteris ejus imputatam, & nihil esse
in parvulis unicuique proprium, & inhærens, quod habeat
veri peccati rationem, falsam, hæreticam, & sac. Con-
cilio Tridentino contrarium pronuntiare non dubita-
vit.

DISPUNCTIO.

MAstrius loc. cit. art. 7. num. 144. apertè pro- ,,
fitetur, quòd ponendo originale peccatum in
ea privatione meliùs salvatur modus loquendi Pa-
trum, & Conciliorum: ,, nam sic verè pueris in- ,,
est, non per denominationem extrinsecam tan- ,,
tùm, sed realiter privatio justitiæ originalis, qua ,,
dicuntur nasci filii iræ, & peccatores, quamvis ,,
non dicantur peccantes, cum non habeant pro- ,,
priè, & intrinsecè peccatum actuale, sed dumta- ,,
xat originale, quod est peccatum habituale ,, E- ,,
minent. Cardinalis Sfortia Pallavicinus lib. 7. de
sacram. pœnit. cap. 15. tuetur eandem sententiam
de constitutivo formali peccati originalis, & in fi-
ne sic concludit,, ex his patet veritas definitionis, ,,
quæ habetur ex Tridentino sess. 5. peccatum illud ,,
esse origine unum, propagatione multiplex, & ,,
inesse unicuique proprium. Illæ enim privatio- ,,

„nes justitiæ originalis multiplicantur pro multitudine subjectorum, Contensonus disput. 2. de peccatis cap. 2. speculat. 1. probat, peccatum originale esse unicuique proprium, & intrinsecè inhærere, quia hoc est privatio justitiæ originalis, ac per consequens macula. Ezparsa loco laudato appositè advertit, quod privatio gratiæ est ultimò „completiva peccati originalis, & ratione hujus „intrinsecè afficientis unumquemque posterorum, „atque multiplicis pro multitudine ipsorum dici„tur à Tridentino peccatum originale inesse uni„cuique proprium, id est, afficere intrinsecè unum„quemque, & esse numero distinctum absolutè in „singulis, quia peccatum est formaliter privatio, „& privationes numerantur juxta numerum for„marum, quibus privant, insuntq; suo modo intrin„secè subjectis, quibus eædem formæ forent intrin„secæ, cùm idem sit subjectũ privationis, & formæ.

Ecce dogma à Tridentino traditum de peccato originali unicuique homini intrinseco, & proprio à Cardinali Sfondrato per locum maximè ab intrinseco, ut cum schola loquar, seu ex ipsa peccati originalis definitione clarissimè expressum, non quidem probatione longè arcessitâ, sed prædicatione definitionis de definito, quæ procul dubio dicuntur ad convertentiam, & est prædicatio verè, & propriè scientifica.

Verba Eminentiss. Bellarmini à Censore objecta aliò certè spectant, & non nisi per summum nefas contra receptissimam illam scholæ Theologicæ Columinum sententiam de constitutivo formali peccati originalis, & contra ipsam Bellarmini mentem

tem

tem obtrudi possunt. Imò idem Eminentiss. Theologus in eodem tractatu à Censore allegato lib. 4. cap. 9. rotundis verbis asseverat, *ideò parvuli pecca-* „*tum* habere dicuntur, quia carent *justitiâ &c.* Con- „cinit Cornelius Mussus loco laudato, Ista, in- „quit, donorum privatio non absolutè, sed ut di- „gnè nobis à divinâ justitiâ imputatur ad culpam, „peccatum originale est, ... Ita ergò privatio il- „lorum donorum ad culpam imputata, & impu- „tanda transfunditur per generationem &c. Demùm hanc privationem gratiæ, seu justitiæ originalis Scriptura, Concilia, Patres, & Theologiæ Proceres, nuncupant verè, & propriè, ac in toto rigore mortem animæ inimicitiam Dei, aversionem ab ultimo fine, constanterque docent, nos ratione illius privationis verè esse, & in toto sermonis rigore dici inimicos, infensos Deo, aversos ab ipso, filios iræ, & injustos.

Ex ea autem privatione gratiæ, seu justitiæ originalis ceu à fonte effluere alios defectus ex peccato Adæ ad nos trásfusos, luculenter explanat Eminent. Auth. pag. 123. recensens dotes, ac dona supernaturalia Angeli, & hominis innocentis ex una parte, in- „quit, in Lucifero, & Adamo nihil erat, quo possent „ad malũ inclinari, nón appetitus cũ ratione certa- „mẽ, non indigẽtia alieni, & extranei boni, nõ per- „versi, & inoliti mores, nõ ignorantia, nõ cupiditas, „nõ difficultas honesti, nõ aliquid eorũ, quæ homi- „nes ad peccandũ illiciunt; ex adverso nihil eorum „aberat, quo possent facillimè in officio contineri, „& ad bonum, ac virtutem complectendam propè „compelli, summa tranquillitas animæ, perfe-

„ ctiſſima Dei cognitio, & par cognitioni amor;
„ ſumma quoque, & facilitas, & ſuavitas operandi
„ honeſta, ſpes certa futurorum, ſecura, & plena poſ-
„ ſeſſio præſentium, ac denique omnia, quæ optare
„ aliquis ad ſanctitatem, & felicitatem poſſet „ Carentia igitur omnium iſtorum donorum, quæ ex gratia, & juſtitia originali veluti rivuli à fonte, & rami à radice prodibant, provenit ex ejuſdem gratiæ, & juſtitiæ originalis privatione, in qua Cardinalis Author juxta communem Theologorum ſententiam collocavit eſſentiam peccati originalis tum in propoſitione à Cenſore delatâ; tum in alia extante pag. 114. nempè „ Adamo pec-
„ cante, non hic ſolùm, ſed tota ejus poſteritas
„ juſtiſſimè Dei donis, gratiâ; videlicet, & gloriâ, aliiſque dotibus innocentiæ privata, eſt ex his ſatis, ſuperque evincitur, Sfondratum non evacuaſſe, non eliminaſſe, non diminuiſſe, non extenuaſſe peccatum originale, ſed ejus eſſentiam, proprietates, ac effectus concinnè, & dilucidè deſcripſiſſe, quamvis de eo hic obiter, & per tranſennam egerit. Quod ſi liceret Sfondrati mentem de hoc dogmate ex ejus opuſculo de Innocentia vindicata colligere, ita pluribus in locis eum lo-
„ quentem audiremus §.2.n.2„ Peccatum origina-
„ le animæ pulchritudinem, & imaginem ſuperna-
„ turalem, quæ in gratia conſiſtit, penitus obliterat,
„ redditque Deo exoſam, ac indignam æternâ vi-
„ tâ, & ideò qui peccato originali tenentur in ſa-
„ cris litteris vocantur FILII IRÆ, MASSA DAMNATA,
„ VASA CONTUMELIÆ &c. Quid rogo funeſtius de hoc
„ peccato dici poſſit, quàm ejus cauſa tot animarum
millia

millia PERIISSE? Multorum ſententia eſt, triginta "
mille circiter hominum milliones in hoc mundo"
reperiri, docetque experientia, mediam ferè eo- "
rum partem, qui naſcuntur prius mori, quàm ad"
uſum rationis perveniant. Multæ ergò homi- "
num myriades, quotquot, videlicet, baptiſmo"
non tinguntur, deceduntque ante uſum rationis "
nullius alterius delicti rei, quàm peccati ori- "
ginalis cœlo arcentur ,, Et num. 3. de eodem"
peccato originali ,, Nihil magis ad ignominiam, "
quàm peccatum pertinet ; Nihil enim coram "
Deo vero rerum æſtimatore pejus, fœdiuſque de "
homine dici poteſt, quàm peccatorem eſſe, gra- "
tiâ, ac amore indignum, nihil quoque inde- "
centius cùm peccatum ſit ipſiſſima indecentia "
&c. Peccatum originale non tantùm animæ "
faciem maculat, verùm etiam penitùs obli- "
terat, fœdatque, & odio dignam reddit, ac mor- "
tis ream &c. In peccato non mora, ſed fœditas æ- "
ſtimatur, & ita præſtat, vel tota æternitate exu- "
lem eſſe cælo, & infelicem, quàm uno momento"
peccatorem.,, Item §.8.n.2.,, Peccatum originale"
abſolutè malum eſt, objectumque divinæ abomi- "
nationis &c, & n.4.,, Deus poteſtatem habebat e- "
ligendi Matrem, quam volebat, quis ergo credat, "
cùm poſſet innocentem, & intactam habere, ma- "
luiſſe corruptam, & infamem? & corruptam non"
à juvene aliquo, aut lenone impudico, ſed ab om- "
nium creaturarnm turpiſſimâ, & viliſſimâ Deique"
inimiciſſimâ, qualis Diabolus eſt? ,, Aurea hæc
prorſus, & cedro digna verba, quæ omnia tamen
vel in ſententiis ex libro de Nodo Prædeſtinatio-

nis decerptis, & supra productis expressæ asseruntur, vel ex iisdem per legitimam & necessariam consequentiam evidenter inferuntur.

PROPOSITIO TERTIA.

Parvuli, qui sine Baptismo decedunt, beati quidem non sunt, nec tamen pereunt, pag. 114. lin. 18.

NOTA.

Longè aliter de pueris à peccato originali per Baptismum non liberatis SS. Patres, & Concilia passim loquuntur: nonnullos eorum locos afferre sufficerit. S. Ambrosius in cap. 15. Lucæ sic habet, Fuit Adam, & in illo fuimus omnes, periit Adam, & in illo omnes perie-„runt. Magno peccato, inquit, S. Prosper in responsione ad dubiam sextum Genuensium, periit Adam. „& in illo omnes perierunt, quia omni homini damnatâ „nativitate genito hoc in Adam debetur, ut pereat. Au-„thor libri de vocatione gentium cap. 24. sine Baptismo „mortuos periisse non dubium est, qui utique nisi gravissi-„mi peccati essent participes non perirent. Concilium „Carthaginense sub Aurelio apud Augustinum epist. 96. „Quicumque negat parvulos per Baptismum Christi à „perditione liberari, anathema sit, si per Baptismum liberantur à perditione, ergo antea perditi erant, seu perierant ob peccatum, videlicet originale.

Sanctus Bernardus epist. 290. ad Innocentium II. Papam, refellens errores Petri Abaelardi, pueros per originale peccatum periisse, atque ideò re-

demptione Christi egere docet his verbis. An sicut „non habent [pueri] undè diligant, ita nec un- „dè pereant, ut non sit eis in Christo necessaria re- „generatio? . . . si ita sapit (Abaelardus) cum Pelagio „desipit.

DISPUNCTIO.

ILla propositio integra non est, cum sit tantummodò unius periodi, cui subjungit Eminentiss. Author, Adamo ergo peccante non is so- „lùm, sed tota ejus posteritas justissimè Dei „donis, gratiâ, videlicet, & gloriâ, alijs- „que dotibus innocentiæ privata est, non ta- „men æternis supplicijs addicta, & ideò de non „baptizatis dicitur quidem Johannis 3. *nisi quis „renatus fuerit ex aquâ, & spiritu sancto, non potest „introire in Regnum cælorum, non dicit* Christus, æ- „ternis ignibus crucietur, sed non introibit in „Regnum cœlorum, videas hîc clarissimè asser- „tum à Sfondrato contra Pelagianos dogma catholicum de pœna parvulorum cùm solo originali decedentium consistente in privatione gloriæ, & exclusione à Regno cœlorum *ipsa autem exclusio à Regno*, ut rectè loquitur Mastrius in 1. sent. disput. 5. quæst. 3. art. 2. n. 24. *etiam pracisè spectata mors est, & perditio rationalis creatura.* Pariter videas ibidem, parvulos esse ab Authore ereptos ab æternis supplicijs, seu perpetuis ardoribus, & in hoc sensu dictum eos non perire. Cùm enim scriptor frequenter in hoc libro usus fuerit verbo illo *perire* loquens de dam-

natione adultorum, qui ſanè utrâque pœna damni, & ſenſus plectuntur; ut deinde procederet cohærenter ad ſententiam ſuam; & communem in ſchola Theologica de ſola pœna damni parvulis abſque baptiſmate decedentibus inflicta, non debebat ſimpliciter, & abſolutè pronunçiare, quod illi parvuli pereant.

Quamobrem Cornelius Muſſus vitæ integritate, & doctrinæ famâ celeberrimus in comment. ſup. epiſt. ad Rom. priuſquam aſſereret, quod illi infantes pereant, ductus eadem ratione, quâ Sfondratus permotus fuit ad ita loquendum, hujuſmodi conteſtationem præmiſit „ Ad difficultatem, „ inquit in cap. 5. ejuſdem epiſt., de infantibus in „ utero, quos Adæ delictum inficit, non ſalvat „ autem Chriſti donum, NON AUDEO RESPONDE„RE, QUOD PEREANT. Ad id enim negandum „ divina miſericordia me compellit; non audeo „ item reſpondere, quòd ſalventur, quoniam a„ perta nimis ſententia illa eſt, quam jurejuran„ do confirmavit Chriſtus Jeſus Johan. 3. *Amen* „ *amen dico vobis, niſi quis renatus fuerit ex aqua, &* „ *Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei* „ „ Hocce tanti viri teſtimonio nihil opportunius, nihil luculentius depromi poterat.

Sed quia Cenſor adhuc vim facit in verbo illo PERIRE; pro diſcenda germana illius vocis explicatione, ut ad rem præſentem facit, magiſtrum appello Latinorum Patrum Coryphæum Auguſtinum, cujus judicium, uti reor, non detrectabit Notator; *Ille perire Deo dicitur*, docet S. Pater

tract.

tract. 89. in Joannem, *quisquis ab illa beatitudine, quam dat Sanctis suis, per supplicium separatur.* Propterea Augustinus cùm illos infantes à sanctorum beatitudine per supplicium seu per gehennam ignis separatos tradit, ut deindè propriè, & concinnè loqueretur, proferre debebat, eosdem PERIRE. E contra eminentiss. Author, cum illos infantes à sanctorum beatitudine per supplicium seu gehennam ignis separari juxta communem scholasticorum sententiam inficietur, ne sibimet committeretur, non debebat simpliciter, & absolutè pronunciare eosdem perire. Alludere certè voluit magnus Augustinus in ea declaratione illius verbi PERIRE, usus voce supplicij, ad gehennam ignis, quæ Apocalypseos 20. appellatur mors secunda, nam prima mors, ut exponunt Victorinus, Andreas, Beda, Haymo, Lyranus, & alij apud Cornelium à Lapide in cap. 2. Apocalyps. est mors animæ per peccatum, & hac morte omnes Adæ posteros mortuos esse, atque periisse volunt SS. Ambrosius, Prosper, & Bernardus à Censore allegati, ut ex eorumdem verbis compertissimum est. Ita autem prima mors, quæ ad fidei dogma spectat, per privationem gratiæ, & justitiæ originalis à Sfondrato solidissimè asserta in dispunctione notæ contra secundam propositionem allata fuit, ubi etiam in eandem sententiam adduximus præclarissima verba Salmeronis.

Denique controversiam hanc de voce dirimat Concilium Carthaginense, & ipsemet Censor

ejuſdem interpres, ſtatuit Carthaginenſis Synodus à Notatore producta, parvulos per baptiſmum Chriſti à perditione liberari; ex quo infert Cenſor, ergo antea perditi erant ſeu perierant ob peccatum originale. Idem igitur eſt, parvulos ob peccatum originale perire, ac eſſe perditos; atqui omnes ab Adamo eſſe perditos conceptis terminis affirmat Sfondratus inquiens pag. 52. *Adam omnes perdidit*, ergo Sfondratus ex præſcripto Carthaginenſis Synodi, & explicatione Cenſoris omnes propter Adæ peccatum eſſe perditos, & perire docet.

Pariformiter de hac morte primâ S. Bernardum intellexiſſe verbum illud Perire, eluceſcit ex capitulis hæreſium Abaelardi ab eodem S. Abbate collectis, ac Summo Pontifici tranſmiſſis, ubi in octavo capitulo narratur, Abaelardum ſenſiſſe, quòd *non contraximus ex Adam culpam, ſed pœnam*: ſubindè communiter circumfertur hoc dictum S. Bernardi ex ſerm. 3. de Reſurrectione pro infantibus, quibus peccatum originale eſt voluntarium voluntate aliena, nempè, *Tolle propriam voluntatem, & non erit infernus: nihil ardebit in inferno, præter propriam voluntatem.* Evidenter ex huc uſque dictis conſtat, Eminentiſſ. Authorem aſſerere, omnes ex Adæ peccato perditos, & perijſſe morte prima, non autem omnes (ut in hac voce includuntur parvuli cum ſolo originali decedentes) ſimpliciter, & abſolutè perire, id eſt, morte ſecunda, quatenus involvit gehennam ignis. Unde in calce ſuperioris diſpunctionis accepimus, ipſum Sfondratum in opuſc. de (Innocen-

nocentia vindicata §. 2.n.2. in hæc verba elocutum de peccato originali. Quid, rogo, funestius de hoc peccato dici possit, quàm ejus causâ tot animarum millia perijsse?

PROPOSITIO QUARTA.

Si Deus parvulos ad gloriam non elegit, non ideò sequitur, eos damnari, pag.118.lin. 18.

Parvuli non damnantur, & innocentiam personalem, quæ peccatis actualibus opponitur, illibatam servant, pag.164.lin. 5.

NOTA.

Parum est Authori parvulos cum peccato originali decedentes quâcumque pœnâ sensus eximere, nisi etiam pronunciet, illos absolutè non damnari, quod est contra Apostolum dicentem ad Rom. 5. v. 18. Per unius delictum in omnes homines in condemnationem, *& contra sententiam, & communem loquendi modum SS. Patrum.*

DISPUNCTIO.

VErè Eminentiss. Author pag. 115. cum S. Augustino expresè confessus est, parvulos sine baptismo decedentes damnari: *Quis dubitaverit*, inquit, *parvulos non baptizatos in damnatione omnium levissimâ futuros?* Pariter cum eodem sancto Augustino anteà pag. 40. scriptor invectus fuerat contra Pelagianos *Videris*, ait, *tibi*

mise-

misericors, quia non aufers, ei vitam, damnas tamen, quem separas à Regno Cœlorum. Damnas, non eum percutis, sed in exilium mittis, & mox ex semetipso „ita subdit, „ Vos dicitis, Deum tam multos eo„ rum, quos ad imaginem suam finxit,& ad felici„tatem æternam creavit,non quidem æternis flam„ mis addixisse, sed tamen sponte sua, nullâque „prævisâ culpâ cœlo eliminasse, vobisque miseri„ cordes, clementesque videmini, quia non infer„ tis quidem eis pœnam, *damnatis* tamen *cùm Cœlo excluditis*. „ Docet ergo Sfondratus cùm magno Augustino, & in sensu proprio, parvulos sine baptismo decedentes per exclusionem à Regno cælorum *damnari*. Cùm ergo ipsemet in locis à Censore allegatis, & alibi dicit, parvulos sine baptismo defunctos non damnari, vel loquitur eo sensu, quo S. Augustinus lib. 1. ad Bonifacium cap. 10. pronuntiavit; *Non enim damnatur, nisi qui concupiscentiæ carnis consentit ad malum*, vel illud intellexit eo modo, quo Salmeron tom. 13. disput. „48. in c. 5. epist. ad Rom. dixit „ illos pueros cum „ solo originali decedentes non esse ita damnatos, „ut puniantur pœnâ sensus: vel, ut ait pag. 455. non „esse illos pueros simpliciter damnatos, vel, ut lo„cutus est Episcopus Abelly par. 1. Medullæ Theologicæ tract. 4. c. 5. „ illos infantes subituros æter„ nam damnationem, quatenùs consistit in privatione gloriæ, & beatitudinis „ quo sensu eruditissimus Petavius tom. 1. Theologicorum dogmatum lib. 9. cap. 10. n. 9. exponens mentem S. Augustini de pœnis parvulorum ait: *non est aliud æterna pœna ignis, & gehenna, nisi perfecta, integraque damnatio*.

Quare

Quare Joſeph Maria Requeſenius in Collegio Romano ſoc. Jeſu ſtudiorum Præfectus in opuſculis Theologicis Romæ recuſis ex his verbis Chriſti Domini: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur* opuſc. 1. Theolog. ſect. 2. num. 14. infert, non baptizatis præcisè ob ſolam carentiam baptiſmi impoſi ſolummodo à Chriſto in pœnam excludi à Regno cœlorum, non autem damnari: & omiſſionem baptiſmi non trahere de ſe damnationem, hanc verò deberi ſoli incredulo, idque fundat Requeſenius in doctrina Innocentii Tertij graviſſimi, & doctiſſimi Pontificis *cap. Majores. de Baptiſmo*, ubi illa verba ſervatoris Marci ultimo, & alia à Sfondrato relata ex Johann. 3. dicuntur eſſe intelligenda ſolum de adultis, non autem de parvulis propter rationem ibi aſſignatam. In hoc ſenſu docuit S. Bonaventura in 2. ſentent. diſt. 34. quæſt. 2. in corp. „ decedentes in ſolo originali" quaſi medium tenere inter habentes gratiam, &" culpam actualem; & quoniam ſtatus retribu-" tionis reſpondere debet ſtatui vitæ præſentis, " in tali ſtatu debere animas parvulorum poni, ut" quaſi medium teneant inter beatos, & æternis i-" gnibus cruciatos. Quoniam igitur beati carent" malo pœnæ ſenſibilis, & cum hoc habent Dei" viſionem, *Damnati* è contrario ſunt in tenebris, " & puniuntur pœna ſenſibili, parvuli ſecun-" dum rectum ordinem divinæ æquitatis debent" communicare in uno cum *Damnatis*, & in" alio cum beatis; ſed non poſſunt communi-" care cum beatis in habendo divinam præſentiam, "

quia

„quia tunc in nullo communicarent cum *Damnatis*, „præsentia enim visionis Dei non stat cum pœna „sensibili; ideò cum beatis communicant in hoc; „quòd carent omni afflictione exteriori, vel inte- „riori, cum *damnatis* verò in hoc, quòd privantur vi- „sione Dei, & lucis corporalis. Parvuli igitur sic „divino judicio justo inter beatos, & simpliciter „miseros, quasi in medio constituti sunt.

Videas in verbis Doctoris Seraphici, pueros absque Baptismo decedentes, & solâ pœnâ damni mulctatos distingui ab adultis utrâque pœnâ damni, & sensus punitis, qui dicuntur simpliciter, & absolutè *damnati*, quod etiam adnotandum erit in alijs textibus infra asserendis ejusdem S. Doctoris, aliorumque Theologorum, uti etiam patet ex communi, & vulgari modo loquendi. Unde „Præceptor Angelicus in 3. dist. 22. quæst. 1. art. 1. „quæst. 2. Quadruplex, inquit, est infernus. „Unus est *damnatorum*; in quo sunt tenebræ, & „quantùm ad carentiam divinæ visionis, & quan- „tum ad carentiam gratiæ, & est ibi pœna sensibi- „lis: & hic infernus est locus *damnatorum*. Alius „est infernus supra istum, in quo sunt tenebræ, „& propter carentiam divinæ visionis, & prop- „ter carentiam gratiæ, sed non est ibi pœna sensi- „bilis, & dicitur Limbus puerorum. Alius „supra hunc est, in quo sunt tenebræ quantum ad „carentiam divinæ visionis, sed non quantùm ad „carentiam gratiæ, sed est ibi pœna sensus, & „dicitur Purgatorium. Alius magis supra est, „in quo est tenebra quantùm ad carentiam divinæ „visionis, sed non quantùm ad carentiam gratiæ,

neque

„neque eſt ibi pœna ſenſibilis, & hic eſt infernus „Sanctorum Patrum, & in hunc tantùm Chriſtus „deſcendit quantùm ad locum, ſed non quantùm „ad tenebrarum experientiam. Quid autem importent ea verba Apoſtoli à Cenſore objecta ex epiſt. ad Rom. 5. jam didicimus ex Johanne Viguerio ſupra relato, nimirùm, per iram, indignatio„nem, & condemnationem accipitur ſola excluſio „à gratia, & originali juſtitia, ac etiam à regno „cœlorum, & reſtitutio naturæ ad conditionem ſuam. Eadem Apoſtoli verba explanat Salmeron ibidem opponens condemnationem juſtificationi vitæ, affirmanſque per condemnationem ſignificari mortem primam, id eſt, *expoliationem donorum, & immortalitatis*, non autem mortem ſecundam, id eſt, *gehennam ignis*. Unde eadem Apoſtoli verba *per unius delictum in omnes homines in condemnationem*, ita appoſitè interpretatur Cornelius à Lapide, Fluxit „ex uno peccato Adæ in κατάκριμα id eſt, in con„demnationem, ut omnes etiam parvuli eſſent ob„noxii condemnationi, id eſt, pœnæ damni, etſi non „ſenſus ut docent plerique ſcholaſtici. Cùm autem Card. Author pluribus clariſſimis verbis profiteatur, parvulos ex peccato Adæ obnoxios eſſe pœnæ damni, optimè ipſe ſalvat textum illum Apoſtoli juxta doctrinam plerorumque ſcholaſticorum.

NOTA.

De parvulis, inquiunt Episcopi Aphricæ in Sardinia profide exules in epistola sua synodica „ Indubitanter tenenda catholicæ regula veritatis, quia parvulus, qui baptizatur, gratuita Dei bonitate salvatur, qui verò sine baptismate moritur, propter peccatum originale damnatur „ Eodem modo loquuntur S. Augustinus Enchir. cap. 23. lib. 1. de origine animæ cap. 2. & alibi, sanctus Fulgentius lib. de Fide ad Petrum cap. 3., S. Gelasius epist. ad Episcopos per Picenum; *S. Gregor. lib. 9. moralium cap. 26. & alii.*

DISPUNCTIO.

PAtres isti à Censore adducti, utpotè qui parvulis illis utramque pœnam damni, & sensus attribuunt, nihil ad rem præsentem faciunt, & Authorem communem scholasticorum sententiam de pœnis parvulorum sectatum nullatenus afficiunt.

Quoad S. Fulgentium notat Natalis Alexander dissert. 16. in hist. eccles. sæculi secundi, præcipuam ejus propositionem ex lib. de fide ad Petrum ad hanc materiam spectantem fuisse hujusmodi „ *Parvuli sive in uteris matrum vivere incipiunt, & ibi moriuntur, sive jam de matribus nati „ sine Sacramento sancti Baptismatis de hoc saculo „ transeunt* æternâ pœnâ damnantur: Hanc assertionem, inquit Natalis, ut dogma fidei S.Ful-

S. Fulgentius meritò proposuit Pelagianorum " errori oppositum , qui parvulos præfatos in lo- " co distincto à regno cœlorum vitam beatam æ- " ternùm acturos effutiebant , quia nullum in iis " agnoscebant originale peccatum; perinde hanc " suæ assertionis rationem profert S. Fulgentius ;" *quia etsi propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, o-" riginalis tamen peccati damnationem carnali conceptio-" ne , & nativitate traxerunt.* Propositio ejus in-" cidens fuit , *quod* damnatio parvulorum sine" baptismo decedentium ignis æterni sempiter-" num involvit supplicium , quam propositio-" nem ut Fidei dogma non proposuit sanctus Fulgentius de quo etiam sciendum est ex Ferrando Cartaginensis Ecclesiæ Diacono ejusdem S. Præsulis discipulo in ejus vita cap. 20., ipsum sanctum Doctorem fuisse *linguam* , & *ingenium* illorum sanctorum Antistitum Aphricæ in Sardinia exulum , qui teste eodem Ferrando ,, quandocumque rescribebant consulentibus , Episcoporum" nomina cunctorum dicebantur in titulo , sed" solius Beati Fulgentij sermo tenebatur in stylo , " & paulò anteà de eodem sancto Fulgentio dixe-" rat. Huic quandocumque transmarinis literis de" fide, vel de diversis quæstionibus interrogaban-" tur Episcopi respondere pro omnibus , ab omni-" bus imponebatur .. & iste meruerat , ut literas" ex Aphricano Concilio dandas solus ipse scribe-" ret , Eodem igitur sensu Patres illi Aphricani dixerant eos parvulos damnari , quo sanctus Fulgentius , ut supra ex Natali Alexandro novimus, protulit , eosdem æternâ pœnâ damnari, id

ri, id eſt, excluſione à Regno cœlorum puniri, idque indubitanter tenendum ceu catholicæ regulam veritatis.

Undè Eminentiſſimus Bellarminus lib. de amiſſ. grat. & ſtat. pecc. lib. 6. cap. 5. cum SS. Patres à Cenſore allegatos ſecundum illam Theologorum ſententiam exponere curaſſet, poſtea ſubdit de Authoritate S. Fulgentii: *Quod ſi Beatus Fulgentius fortè aliter ſenſit, non facimus illi injuriam, ſi B. Gregorium Nazianzenum, cum univerſa ſchola Theologorum ſequi malumus.* Indicat Bellarminus Nazianzenum in oratione de baptiſmo, cujus græca verba ita latinè vertit Illuſtriſſ. Habertus Epiſcopus Vabrenſis Doctor Sorbonicus in tom. de Gratia lib. 2. cap. 10. Qui Baptiſmum ſuſcipiendi „facultate carent, propter ætatem puerilem, „exiſtimo eos neque gloriâ donandos, neque pœ„nâ mulctandos fore, ut qui baptiſmi quidem „characterem non habeant, ſed improbitate „quoque non laborent, verùm, & ipſi dam„num potiùs paſſi fuerint, quàm injuriam fece„rint. Neque enim quiſquis dignus ſupplicio „non eſt, protinùs honorem quoque meretur, „quemadmodum nec quiſquis honore indignus „eſt, ſtatim etiam pœnam promeretur. Con„queritur ibi Habertus, clariſſima Nazianzeni verba à quibuſdam in diverſa abreptis perperàm in alium ſenſum torqueri, eaque vindicat ex Commentario Nicetæ Heracleenſis Epiſcopi, & oſtendit, ibi Theologum agere de toto, & integro ſtatu illorum parvulorum decedentium

cum

cum solo peccato originali, quos ait μήτε κολασθήσεσθαι, μήτε δοξασθήσεσθαι, neque glorificandos, neque plectendos tanquam ἀσφράγιστοι id est, *signaculo carentes*, & tanquam ἀπονήροι *malitiâ carentes*. S. Gregorius Nazianzenus autem, teste Cardinale Bellarmino, est „vir sine controversia doctissimus, & in fidei „dogmatibus conservandis diligentissimus, & de „infantibus sine baptismo decedentibus asserit, in„quit idem Bellarminus, eos non plecti pœnâ „sensus, quoniam illa propriæ improbitati de„betur, quâ illi carent. *An tibi parva in uno Gregorio Episcoporum Orientalium videtur authoritas* (ita contra Julianum lib. 1. cap. 5. invehitur sanctus Augustinus post productum ex eadem oratione Gregorii Theologi in sanctum baptisma testimonium) *Est quidem tanta persona, ut neque ille hoc nisi ex fide Christiana omnibus notissima diceret, nec illi eum tam clarum haberent, atque venerandum, nisi hac ab illo dicta ex regula notissima veritatis agnoscerent.*

N O T A.

Quapropter Bellarminus, licet eorum sententiam probet, qui parvulos sine baptismo decedentes à pœna sensus eximunt, fide tamen catholica docet, „ eos absolutè esse damnatos, & non sola cœ„lesti, sed etiam naturali beatitudine perpetuò ca„rituros, quâ dere sic graviter monet: Hoc loco, „inquit, illud præfandum esse videtur, mise„ricordiam nostram erga parvulos jam defunctos

,,nihil eis prodesse, & contra nihil eis obesse sententia no-,,stra severitatem, multùm autem nobis obesse, si ob ,,inutilem misericordiam erga defunctos pertinaciter ,,aliquid contra scripturas, aut Ecclesiam defenda-,,mus; idcircò non affectum quemdam humanum, ,,quo plerique moveri solent, sed Scripturæ, Concilio-,,rum, & Patrum sententiam consulere, & sequi debemus,, lib.6.de amiss.grat.cap.2.

DISPUNTIO.

DOlosè omisit Censor prima verba Bellarmini, nempè; Ex enumeratis sententiis, ,,prima, & secunda non solùm falsæ, sed eti-,,am hæreticæ existimandæ sunt, prima autem ,,sententia fuit eorum, qui regnum cœlorum in-,,fantibus non baptizatis permittere audebant, ,,etiamsi non negarent; eos in peccato originali ,, conceptos, & natos. Altera sententia fuit ,,eorum, qui parvulos non baptizatos exclude-,, bant à regno cœlorum, & vitâ beatâ Sanctis ,,promissâ, tamen eis dabant vitam æternam, ,, & naturalem beatitudinem sine ulla molestia, ,, aut dolore extra regnum Beatorum, & pro-,, cul à carcere damnatorum, hoc est in loco me-,, dio inter gehennam, & cœlum, ad quem ,, errorem proximè accessisse videntur Ambrosius Catharinus, Albertus Pighius, & Hieronymus Savonarola.

Nihilò tamen secius ea Eminentiss. Bellarmini censura videtur immodica, & nimia pluribus Theolo-

Theologis, qui propterea nixi authoritate veterum Doctorum aliqualem beatitudinem naturalem illis infantibus sine baptismo defunctis attribuere non dubitarunt; Enumerat Joseph Maria Requesenius in opusculo de statu parvulorum sect. 2. complures maximi nominis Theologos illis parvulis aliqualem, & imperfectam beatitudinem naturalem concedentes. Riccardus, inquit, in 2. „dist. 33. art. 3. quæst. 2. docet, eos parvulos ha„bituros plura bona, & majus gaudium de eo„rum possessione, quàm habeant de bonis creatis „peccatores in hac vita. Lyranus in cap. 4. ec„clesiast. ait, illos pueros ex omnium Doctorum „sententiâ potituros vitâ feliciori, quàm pos„sit in hoc mundo naturaliter haberi; eodem „ferè modo loquuntur Origenes homil. 7. in „Num. Marsilius in 2. quæst. 19. art. 5. S. Bo„naventura, Cajetanus, & alii relati à Corne„lio à Lapide in comment. super loc. cit. eccle„siast. qui omnes docent, pueros sine baptismo „decedentes feliciorem ibi, quàm viventes vitam „agere.

Lessius lib. 3. de perfect. divinis n. 143. & seq. scribit, Quòd etiamsi illi dicantur damnati, „quia cælesti gloria, ad quam erant conditi, in „æternum sint privati, tamen credibile est, eo„rum statum longè feliciorem, ac lætiorem fore, „quàm sit alicujus hominis mortalis in hac vitâ.„ Salmeron disput. 48. in cap. 5. epist. ad Rom.„ Resurgent, ait, pueri per Christum, & su„pra hunc ordinem naturalem, quo quotidiè „proficient in cognitione operum Dei, & substan-

„tiarum ſeparatarum , viſitationes habebunt „Angelicas , & tanquam noſtri Ruſtici hanc „terram incolent , & qui medii ſunt inter glo„riam , & ſupplicium , ſint etiam medii in lo„co, Suarez 1. 2. diſp. 9. ſect. 6. num. 4. manebunt, ait , pueri in ſuis naturalibus bonis , ac ſua erunt ſorte contenti , & num. 6. (ut indicat Requeſenius loc. cit.) unà cum Marſilio apud Azorium cap. 33. quæſt. 5. tribuit illis cognitionem , & amorem Dei ſuper omnia , ac reliquas naturales virtutes , eademque ferè inſinuat tom. 2. in 3. par. diſput. 50. ſect. 5. & diſputat. 57. ſect. 6. ubi docet , eos pueros frui debere naturalibus bonis. Didacus Ruiz plurimæ lectionis Theologus diſp. 61. de volunt. Dei ſect. 4. nu. 3. ponit hanc concluſionem , Magna miſeri„cordia miſcetur in punitione infantium mo„rientium in originali peccato , licet non in „diminutione pœnæ damni , quoniam eſt in„capax diminutionis ; at in remiſſione mortis , „quæ pœna directè debita fuit originali pecca„to , naturaliterque duraſſet in æternum , nihilo„minùs in die judicij reſuſcitandi ſunt pueri „nunquam morituri , ſupernaturalique incorru„ptibilitate , & impaſſibilitate donati , ſuper„naturaliter etiam accipient ſcientias per acci„dens infuſas , & liberabuntur ab omni dolore, „vel triſtitiâ , morbo , tentationibus , & perſo„nalibus peccatis , quæ naturaliter ſolent ori„ri ex peccato originali. Conſequenter autem „liberantur à pœnis inferni , quas incurrerent. „Conſonant huic doctrinæ Albertus 1. par. quæſt.

„80.mem.2. art.4. ad 11., Alexander 1. par. quæst.
„39. memb. 3. propè fin., S. Thomas in 4. dist. 46.
„ quæst.2.art.2.ad 4. Hactenùs Ruiz.

Sunt plures alij, & graves Doctores (pergit inibi Requesenius) quos referunt, & sequuntur Arriaga tom. 3. disp. 52. sect. 1. num. 2., & Salas 1. 2. tract. 2. disput. 13. sect. 4. num. 24. 25. & 36. & tract. 13. disput. 11. sect. 6. quæst. 3. ubi naturalem beatitudinem non simpliciter, sed secundùm quid apertè illis concedunt; nec dissentit Scot. in 2. dist. 33. quæst. 1. putans, probabile esse, omnium rerum naturalem cognitionem habituros longè majorem, quàm omnes Philosophi habuerunt. His adjungere placet Raphaelem Venostum Novocomensem Congreg. Lateran Ordinis sancti Augustini lib. 2. de Prædest. c. 14. scribentem, quod, Pueri in justitia naturali decedentes etsi non beantur supernaturali, ac indebita beatitudine, beantur in Lymbo naturali beatitudine, item Johannem Viguerium in Institutionibus Theologicis tractat. de pecc. original. cap. 18. §. 6. docentem, quòd parvuli cum solo originali decedentes non sunt privati beatitudine naturali.

Nihilominus Sfondratus hac de re procedit perquàm sobriè, & castigatè, ut patet ex ipsis locis à Censore notatis. Palam enim profitetur pag. 114. quòd illi *parvuli beati quidem non sunt*, & pag. 119. quòd *Deus non fecit eos beatos*, & pag. 164. absolutè pronunciat, quòd illi *parvuli in eum statum bonorum naturalium transferuntur, quem §. 1. ex Angelico Doctore descripsimus*,

 Indu-

indubitatum autem eſt, illam S. Thomæ ſententiam nullatenus perſtringi eâ cenſurâ Bellarmini, cum quo propterea Author pag. 114. & 118. explicat quamdam authoritatem S. Auguſtini ex lib, 3. de libero arbitrio cap. 23. nimirùm, quòd Illis parvulis abſque baptiſmo decedentibus tribuatur quidem media ſententia inter præmium Beatorum, & ſupplicium damnatorum, non tamen medius locus inter Cœlum, & infernum.

Cæterùm, quod primo loco monendum erat, propoſitio Sfondrati à Cenſore notata eſt truncata, & mutilata, adeòque ita reſtituenda eſt ſuæ integritati, ex quibus omnibus, inquit Author, fa-„cilè intelligas, magnum parvulorum, & adulto-„rum diſcrimen eſſe: ſi enim Deus parvulos ad „gloriam non elegit, non ideo ſequitur damnari: „at id ſequitur in adultis, in quibus rem ipſam ſi „conſideres, unum, idemque eſt non eligi, quod „damnari, cùm medium non detur.„

Item altera propoſitio à Cenſore delata ex pag. 164. eſt veluti antecedens, ex quo Author facit hanc illationem. Ergo, ut jam latè ſæpè oſten-„ſum, certum eſt, etiam in parvulos maxi-„mam Dei miſericordiam elucere, quamvis enim „Dei viſione, æternâque gloriâ priventur, at præ-„ſervantur nec peccent, hoc eſt, ne Deum ipſi „offendant, ne jacturam innocentiæ faciant, „ne perpetuis ignibus crucientur.„ Ecce illi verbo Tô non *damnantur* poſito in antecedenti reſpondet in conſequenti iſtud Tô *perpetuis ignibus non crucientur*. Ergo ex eiſdem propoſitionibus à Cen-

ſore

fore accusatis in propatulo est, Authorem non excludere ab illis parvulis quamcunque damnationem absolutè, sed damnationem talem, id est, quæ infligitur adultis, qui in peccato mortali, personali defuncti utrâque pœnâ damni, & sensus damnantur. Imò supra retulimns, Authorem in libr. de Innocentia vindicata §. 2. num. 2. ita scribentem: Qui peccato originali tenentur, in sacris litteris vocantur *Filii iræ*, *Massa damnata*, *Vasa contumeliæ &c.* & hoc rectè deduci ostendit Author ex eo, quòd peccatum originale est essentialiter privatio justitiæ originalis, seu gratiæ.

PROPOSITIO QUINTA.

Qui solo peccato originali tenetur, dici non potest Deum deserere... priùs ergo quàm peccata hominum (actualia) prævidérentur, sicquè quantum ex parte Dei fuit, nemo desertus, nemo exclusus, nemo reprobus, ergo nemo non electus. pag.98.lin.29.& lin.penult.

NOTA.

CVm catholica fide certum sit, propter peccatum originale parvulos baptismate non renatos excludi à Regno cœlorum, & negativè saltem reprobari, ut docent omnes Theologi, contra fidem peccat, qui asserit neminem ob solum originale peccatum esse desertum, exclusum, reprobum, aut non electum.

Hanc assertionem fidei principijs repugnare affirmat Cardin. de Lauræa opusc. 2. de reprob. cap. 5. num. 37. & certè si fide catholica tenendum est, parvulos cum peccato originali decedentes absolutè perire, & damnari, ut ex notationibus ad præcedentes propositiones constat; fide quoque catholicâ tenendum est, eosdem non fuisse electos, sed in massa damnationis relictos, ut loquitur S. Augustinus, atque adeò exclusos, seu reprobatos.

DISPUNTIO.

S. Augustinus lib. 2. de Nupt. c. 2. de interpolatore quodam libri sui ad Valerium queritur, quòd *alicubi mediis detractis sententias interrumperet, alicubi extremis non additis decurtaret*, eâdem ratione querelam texere posset Sfondratus in Censorem, qui quàm atrociter eam propositionem mutilarit, patet ex integro ejus textu, qui ita „se habet, Qui solo òriginali tenetur, dici „non potest Deum deserere, cùm ipse peccatum „hoc non faciat, sed ab alio factum contrahat po„tiùs, quàm committat; Si ergò Deus neminem „deserit, nisi desertus, quomodò in illo prædesti„nationis decretorio momento, & in quo sum„ma rerum incommutabiliter vertitur, tot „hominum myriades deseruit, ab iis non deser„tus, hoc est, nullo eorum peccato, demeri„toque præviso? Planè ut hæc omnium maxima „desertio, ita non potuit à Deo initium ducere, „sed à prævisis hominum peccatis; priùs ergò „quàm peccata hominum præviderentur, sicque

quan-

„quantum ex parte Dei fuit, nemo desertus, nemo „exclusus, nemo reprobus, ergò nemo non ele- „ctus.

Ex integra, & adæquata Authoris propositione luce meridiana clarius est, ipsum inibi de reprobatione adultorum dumtaxat, qui per peccata personalia, & actualia Deum deserunt, & quorum peccata, & demerita à Deo prævidentur, sermonem habere, sicut etiam de eorundem adultorum reprobatione locutus est Eminentiss. de Lauræa loc.cit. unde n.44. legitur hæc conclusio. Alii omnes, qui in adulta ætate erant prævisi morituri, in „peccatis, sive cum propriis, & actualibus tantùm, „sive cum his & originali, etiam ob ea peccata fue- „runt reprobati, sed originativè ob peccatum ori- „ginale.

Huic potissimum veritati elucidandæ allaborat Sfondratus in hoc opere, ut Deus neminem prorsus à gloria excludat, nisi post prævisam ejus culpam. Quoad parvulos cum solo originali defunctos audivimus in superiori responsione Authorem his verbis pag. 40. adortum eos, qui asserunt illos parvulos damnari nullâ eorum culpâ prævisâ, „Vos dicitis, inquit, Deus tam multos eo- „rum, quos ad imaginem suam finxit, & ad fe- „licitatem æternam creavit, non quidem æternis „flammis addixisse, sed tamen sponte sua, nullâ- „que prævisâ culpâ cœlo eliminasse, vobis- „que misericordes, clementesque videmini, „quia non infertis quidem eis pœnam dam- „natis tamen, cum cœlo excluditis. Quid clarius, quid luculentius dici poterat de illis

pueris

pueris *damnatù ex prævisa culpa*? Rursùs pag. 48. „ Parvulos quod attinet, inquit, qui sine „baptismo decedunt cœlesti quidem regno, „ quippè paternæ culpæ reos, nec expiatos ex- „clusit „ Assignat paulò infra rationem „ De- „us quia justus est, ait, non gratis, sed ob „culpam saltem prævisam punire decrevit, Hæc autem est ipsissima ratio Cardinalis de Lauræa loc. cit. à Censore, videlicet „ Deus justè ob „aliquam culpam parvulos istos damnare sta- „tuit ab æterno, sed aliam in eis non prævidit, „nisi originalem, ergo ob istam tantùm repro- „bavit „ Accedat modò Chrysostomus qui homil. 16. in epist. ad Rom. expendens hæc Apostoli verba, *omnes peccaverunt, & privantur gloria Dei*, hæc habet eliquatissima, quorum splendorem nulla caligo obscurare poterit „ Si igi- „tur omnes peccaverunt, quo pacto alii quidem „ servati sunt, alij autem perditi? Nempè, „ quòd non omnes accedere voluerunt, nam „ quod quidem ad Deum spectat, salvi omnes „ effecti sunt etenim vocati sunt omnes „ Desinat proinde mirari Censor, Eminentiss. Authorem scripsisse, quòd quantum ex parte Dei fuit, nemo desertus, nemo exclusus, nemo reprobus, nemo non electus.

PROPOSITIO SEXTA.

Nos dicimus exhiberi parvulis (ſine baptiſmo decedentibus) ſi non gratiam ſufficientem , quà vitam æternam conſequi poſſint , exhiberi tamen beneficium longè præſtantius , quodque infinitis partibus ipſam gratiam ſufficientem antecellat: eo enim beneficio prius è medio tolluntur, quàm peccatis ſe obſtringant, & non damnantur ; pag. 164. lin.1.

Certum eſt etiam in parvulos maximam Dei miſericordiam elucere, quamvis enim Dei viſione æternâque gloriâ priventur , at præſervantur ne peccent, hoc eſt, ne Deum ipſi offendant, ne jacturam innocentiæ faciant, ne perpetuis ignibus crucientur , quæ omnia, & maxima beneficia eſſe , & cœleſti gloriæ certa ratione præferri, & conſequenter ad Chriſti merita, & Redemptionem pertinere ſupra oſtendimus ; ibidem lin.9.

N O T A.

Multa hic aſſeruntur nova , & antea in Eccleſia Dei non audita. Primum , quod pueri ſine Baptiſmo decedentes pertineant ad Redemptionem Chriſti, & ejus meritis maxima beneficia conſequantur, quod planè contrarium eſt doctrinæ à Concilio Tridentino tradita ſeſſ. 6. de juſtificat. c. 6. ubi dicitur ,, Quod etſi Chriſtus pro om-,, nibus mortuus eſt , non omnes tamen mortis ejus be-,, neficium recipiunt , ſed ij dumtaxat , quibus meritum

„ritum paßionis ejus communicatur. Ac ſtatim additur, eam meritorum Chriſti communicationem fieri per Baptiſmum, in quo homines renaſcuntur, & juſtificantur, quod etiam intelligendum de Sacramento pœnitentiæ aliiſque Sacramentis, & præſidiis à Deo inſtitutis: id quod generaliter ad omnes homines, præcipuè tamen, & peculiari modo locum habet in pueris, qui nonniſi per Baptiſmum actu ipſis collatum in juſtificationem, & beatitudinem renaſcuntur, ut loquitur Auguſtinus epiſt. 89.

DISPUNCTIO.

IN ſexta Synodo act. 8. ſugillatus fuit Macharius Antiochenus, quòd verba D. Athanaſii infideliter allegaret expromptis iis, quæ errori, pro quo ſatagebat, favere viderentur, ſtudioſè autem preſſis cæteris, è quibus poterat veritas, & ſana B. Athanaſii doctrina conſtare. Eodem pede paſſim claudicat Cenſor, & in præſenti prima propoſitione deſiderantur hæc verba: Et innocentiam perſonalem, „quæ ſcilicet, peccatis actualibus opponitur, illi„batam conſervant, & in eum ſtatum bonorum na„turalium transferuntur, quam §. 1. ex Angelico „Doctore deſcripſimus. Quam doloſè autem amputata fuerint hæc verba, infra apparebit.

Nuſquam Cenſor adeò vehemens, & agitatus, nullibi adeò ſubdolus, & callidus, quàm in hac, & proximè ſequenti notâ, ubi totis lacertis in Authorem depugnat, omnemque movet lapidem, ut eum ſi non opprimat, ſaltem iniquiori invidiâ oneret. Tot enim, tamque diſparata adversùs i-

pſum

psum congerit, ut tantis authoritatum, argumentorum, & dicteriorum involucris Lectori palpum obtrudat, imbecillium mentes confundat, & inanium larvarum terriculamentis simplices deterreat. Ut autem responsio nostra viâ, ac ratione procedat, summatim perstringam, quæ ad hujus notæ dispunctionem reponenda sunt. In primis enim suadebimus, infantes absque baptismo decedentes plura beneficia à Deo recipere. Deindè declarabimus, hæc ipsa beneficia illis attribui ex meritis Christi. Ulteriùs probabimus, præservationem à peccatis, & à pœna æterna ignis esse ingens Dei beneficium. Prætereà explanabimus, hanc præservationem etiam respectu illorum parvulorum præpropera morte ante Baptisma ereptorum verè esse, & rectè appellari beneficium. Postremò evincemus, istiusmodi beneficium præservationis à peccato, & gehennâ iisdem infantibus ex Christi meritis obvenire; cætera ad sequentis notæ dispunctionem reservabimus.

Neque novum, neque in Ecclesia Dei inauditum, neque Concilio Tridentino contrarium, parvulos absque Baptismo decedentes variis beneficiis à Deo affici. Id satis demonstratum existimari potest ex testimonijs gravissimorum Doctorum à nobis in responsione ad quartam notam descriptis. Verùm, & nonnulla alia illis adjiciamus. S. Bonaventura loco supra laudato docet, quod ,,Sicut in Beatis potissimè manifestatur miseri- ,,cordia, & in damnatis potissimè claret justitia, ,,sic in istis parvulis manifestatur misericordia si- ,,mul, & justitia (& ad secundum) Ad illud, ait,

Quod

„Quod objicitur, quòd triſtitia neceſſario ſe-„quitur, quando deſiderium non impletur, di-„cendum, quòd verum eſt, quando nec impletur „in ſe, nec fit recompenſatio ſecundùm æſtima-„tionem deſiderantis, Quando verò ſecundùm „æſtimationem deſiderantis aliqua recompenſa-„tio fit, non neceſſe eſt triſtari, ſicut multi, „qui vellent eſſe in Paradiſo, benè conſolantur de „ſtatu vitæ præſentis, quia contenti ſunt his, „quæ habent, quamvis modicum habeant: & „ſic in parvulis intelligendum eſt eſſe, quod eis „ſufficiat ſtatus ſuus, nec elevant oculos ad o-„pes, quas habere non poſſunt. Unde in lib. 2. „Revelationum B. Brigittæ ita legitur cap. 1. æternus Judex allocutus illam ſanctam fœminam „ „Conſidera bonitatem, & miſericordiam meam. „Ego enim, ſicut dicit Magiſter, facio illis vir-„tutem, qui non habent virtutem. Ego ex mul-„ta charitate omnibus illis, qui baptizati ſunt, „& infra annos diſcretionis moriuntur, do re-„gnum cœlorum, ſicut ſcribitur, complacuit Pa-„tri meo talibus dare regnum cœlorum. Adhuc „etiam ex pietate mea facio cum infantibus Pa-„ganorum miſericordiam: nam quicumque eo-„rum infra annos diſcretionis moriuntur, quia „ad cognitionem faciei meæ venire non poſ-„ ſunt, venient in locum quemdam tibi „non licitum ſcire, ubi ſine cruciatu mora-„buntur „ Et lib. 5. revel. 2. interrog. 6. quæſt. 1. „ „O Judex quæro à te, cur alius infans procedit de „utero matris vivus conſecutus baptiſma, alius „acceptâ anima intra viſcera matris moritur? Re-ſpon-

„ spondit Judex inter alia, Non tamen propter hæc
„ anima quamvis ad vivificandum corpus longius
„ tempus non acceperit, durissimis appropinquat
„ suppliciis, sed magis misericordiæ mihi cognitæ.
„ Sicut enim sol irradians domum non videtur, ut
„ est in pulchritudine, nisi à respicientibus cælum,
„ sed solummodò radii: sic animæ talium quamvis
„ propter Baptismi carentiam non viderint faciem
„ meam, vicinius tamen appropinquant misericor-
„ diæ, quam pœnæ, sed non sicut electi mei.

Non me præterit, nonnullos omnem penitùs authoritatem illis revelationibus adimere, easque anilibus fabellis accensere. Ast his Criticis advertere haud grave sit, eas S. Brigittæ revelationes fuisse Romæ editas, prævia accuratissimâ recognitione, & approbatione sapientissimi Cardinalis Turrecremata; Quarè ipsemet Sfondratus in opusculo de Innocentiâ vindicatâ § 7. n. 12. de iisdem revelationibus hanc animadversionem attexuit,,
„ Quanti sint momenti, inquit revelationes S. Bri-
„ gittæ doctissimè ostendit Cardinalis Turrecre-
„ mata in prologo defensionis earundem revelatio-
„ num c. 1. Planè anno 1377. Urbanus VI. & post
„ aliquot annos Gregorius IX. peritissimis Cardi-
„ nalibus, Episcopis, & magistris examinandas
„ commisit, ac posteà confirmavit, idemque fecit
„ Martin. V. teste eodem Turrecrematâ. Verba
„ Gregorij IX. sunt *Totum, quod in eis continetur* (hoc
„ est in revelationibus S. Brigittæ) *& veritate con-*
„ *spicuum est, & sanctitate plenum, perlucidum, atq; per-*
„ *fectum.* Urbani vero VI. *Authenticas, & veritate*
„ *plenas, & à Dei spiritu veraciter traditas, &c.* Et deniq;

D ipsa

„ Ipsa Ecclesia in oratione, quæ in Missâ dicitur sic „ Deum adorat: *Domine Deus noster, qui B. Brigittæ „ per Filium tuum unigenitum secreta cælestia revelasti, &c.* Placet hîc verò documentum eruditissimi Cardinalis Bona, qui de hujusmodi revelationibus universaliter protulit lib. de discret. spirituum cap. „ 20. Quæ circumferuntur à sanctis viris, & mu- „ lieribus scriptæ revelationes, non ideò approbatæ censentur, ut illis certitudine fidei assentiamur, sed ut eas tanquam probabiles recipiamus. „ Postremò Johannes Baptista de Lazana Carmelita in Apologiâ pro illibato SS. Virginis conceptu cap. 14. testatur „ quod Beatæ Brigittæ revelationes ità „ communi applausu, & Ecclesiæ calculo, & sa- „ pientum judicio approbatæ sunt, ut non nisi à „ torvo spiritu reprobari queant, quibus in re tam „ gravi se opponere audacia magna est, & calcu- „ lum meruit „

Consonat S. Bernardinus Senensis tom. 1. Serm. 58. in fer. 6. post resurrectionem Domini art. 1. cap. 1. scribens, quòd post Resurrectionem generalem „ Impassibilitas corporum puerorum in Lim- „ bo existentium erit nihil omninò pati, & hoc „ non ex potentia resistendi extrinsecæ læsioni, „ quam non habebunt, sed ex ordinatione miseri- „ cordiæ Dei, quæ non permittet, eis aliquid ad- „ hiberi, per quod habeant aliquo modo lædi.

Eos autem parvulos aliquod beneficium obtinere aliquo modo ex meritis Christi demonstrat Suarez tom. 2. in 3. par. D. Thomæ quæst. 59. art. 6. disp. 57. de adventu Judicis sect. 6. inquiens „ Ad gloriam Christi spectare, ut ab omnibus, etiam à

par-

parvulis sine gratiâ defunctis, die Judicii univer- "
salis adoretur, & ut Princeps ac supremus Judex "
agnoscatur,, Probabilius etiam existimat, quòd il-
li intelligant,, Se nihil boni egisse, vel mali, & "
ideò nec pœnam sensus, nec gloriam recipere, &
etiam intelligant propter culpam privari gloriâ "
Adducit hujus rationem, ut videlicet,, Intelligant "
Dei beneficium, quod prius in Adamo, & posteà "
in Christo susceperunt, & eum hac ratione colant, "
& venerentur,, Addit Martinonus in Anti-Janse- "
nio disp. 40. de grat. sect. 5. ,, Cum ipsi Dæmo- "
nes ament Deum aliquatenùs etiam plusquàm se "
ipsos ut bonum commune omnium juxta D. "
Thom. 1. p. q. 60. art, 5. ad 5. ; quidni etiam par- "
vuli isti Christum amabunt, ut suum benefacto- "
rem, & authorem suæ resurrectionis, ac benefi- "
ciorum, quæ in illa consequentur per Christum "
mortis corporalis æquè ac spiritualis destructo- "
rem? Et cum retulisset hæc verba Suarez loc. cit.,,
De corporibus infantium nihil improbabile dice- "
ret, qui eodem modo de eis loqueretur, ac de a- "
lijs damnatis, cum D. Thomas de omnibus illis "
indifferenter loquatur, nihilominùs tamen, quia "
illa corpora aliquam majorem perfectionem ha- "
bebunt, & aliqua dona, seu beneficia, quæ non "
sunt naturæ omninò debita, ideò respectu illo- "
rum potest attribui Christo aliqua ratio exempla- "
ris,, Subjungit idem Martinonus,, Quamvis e- "
nim hæc verba Apostoli 1. ad Cor. 15. *In Christo o-
mnes vivificabuntur*, afferat Suarez ,, propriè, &
præcipuè intelligi de prædestinatis, attamen ali- "
quatenùs probabiliter extendi possunt ad parvu- "

„ los illos, quatenùs in corporibus suis resurgen-
„ tibus specialem aliquam habebunt conformita-
„ tem, & relatioem ad Christum, quæ non erit in
„ damnatis, nisi longe minor, multoque imperfe-
„ ctior, quàm in prædestinatis „ Adstipulatur di-
„ sertè Salas 1. 2. tract. 2. disp. 14. sect. 4 assignans
„ discrimen inter resurrectionem adultorum ob
„ peccata actualia damnatorum, & resurrectionem
„ parvulorum ob solum peccatum originale à cæ-
„ lesti gloriâ exclusorum „ Cum non sit, ait, illis
„ (nempe primis) beneficium, sed supplicium re-
„ surgere, non est referendum in merita Christi,
„ secùs resurrectio decedentium in solo originali:
„ *Est enim maximum beneficium*, & indebitum naturæ,
„ ideò *in merita Christi* referendum. Unde non erunt
„ in Judicio tanquam accepturi novum præmium,
„ vel supplicium, sed ut testes aliorum, & ut audi-
„ turi sententiam publicam confirmativam secretæ
„ damnationis anteà factæ ad pœnã damni, & ut re-
„ cepturi aliquod bonum novum ob merita Christi.

Modo ex SS. Patribus, aliisque Doctoribus enucleandum est, quàm ingens sit beneficium præservatio à peccato actuali. Moysen per hæc verba Exodi 32. *aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo*; desiderasse, visione Dei æternâ carere, & addici cruciatibus æternis, ne peccata populi videret, docet Chrysostomus homil. 74. ad populum Antiochenum, homil. 1. de laudibus Pauli, lib. contra gentes, & lib. de providentiâ, ubi ait in personâ Moysis, *Optabilius mihi erat in gehennam incidere, quàm Israelitas infideles, & incredulos videre.* Chrysostomo suffragantur Bernar-

dus

dus ſerm. 12. in Cant. & epiſt. 78. ad Sugerium, ac Riccardus Victorinus lib. de gradibus violentæ charitatis. Item per hæc verba Apoſtoli ad Rom. 9. *Optabam ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis*, (& antea conteſtatus erat Paulus, *veritatem dico in Chriſto, non mentior teſtimonium mihi perhibente conſcientiâ meâ in ſpiritu ſancto, quoniam triſtitiâ &c.*) Chryſoſtomus homil. 1. de laudibus Pauli aſſerit, *Apoſtolum voluiſſe* de *gloria æternitate decidere*, hom. 2. *ſe ipſum à cælorum gloriâ cupiebat excludi, & perire*, homil. 79. ad popul., *æternâ gloriâ excidere*. lib. 1. de compunctione cordis abſque limitatione ullâ, multiſque ampliationibus additis, *ad omnia triſtia non tantùm poßibilia, ſed etiam impoßibilia* declarat hoc deſiderium Apoſtoli. & ſerm. 16. ad Rom. 9. ſine limitatione ullâ explanat, optaſſe Paulum eſſe alienum, & ſeparatum ab amicitia Chriſti; Authoritas autem Chryſoſtomi, qui toties tam conſtanter ità exiſtimavit abſque ullâ dubitatione, vir ſingulari, & eximio lumine Spiritus Sancti prædictus ad inveſtigandam mentem Apoſtoli, maximi momenti in præſenti eſſe debet. Accinunt Chryſoſtomo Theodoretus, Theophylactus ajens, *ſeparari à cætu eorum, qui cum Chriſto æternum vivent*. Theonas apud Caſſianum collat. 23. capit. 6.,, Vellem inquit, non ſolum temporalibus, verum etiam perpetuis addici ſuppliciis ,, Idem habet Ricc. Victor. loc. cit.

Inſuper aliorũ ſacror. Interpretũ expoſitionibus veritas tanti momenti magis magiſq; elucidãda, & inculcanda eſt. Agmen ducat S Baſilius in regulis

fusiùs disputatis interrogat, 3. dicens de Apostolo, *Dei gratiam abjecisset.* Photius apud Oecumenium ita sentit: *Eligerem nondùm ad eum venisse, si per hoc vos accessissetis.* Venerabilis Rupertus Abbas Tuitiensis, Utriusque dicta scilicet, Moysis, & Pauli, inquit, comment. in cap 32. Exod, magni ponderis sunt, & nostras vires excedunt. Magni etiam viri hactenus utramque sententiam humeris suis versaverunt, & rem, sicut est, satis verbis exprimere non potuerunt. Est enim hoc penè ineffabile, nec, nisi aliquid de ejusdem charitatis spiritu habentibus, saltem sensu perceptibile est, quomodò homo Deo familiaris qualicumque causâ, vel ratione hoc animo suo admittere possit, ut à Deo anathema esse, vel de libro ejus concedat se ipsum deleri, quomodò in ista concessione non solùm nullam incurrat pœnam, aut culpam, sed etiam ampliorem apud Deum mereatur gratiam .... Divitias animi ejusmodi nos frigidi, atque inopes ignoramus, & idcircò cùm legimus, illum Anathema se esse pro fratribus optantem, istum de libro Dei deleri se concedentem, aut dicta dissimulamus, aut in sensum exilem gravissimè prolata detorquemus. Cæterum quem spiritus idem tetigit, videt ex parte aliquâ, quantum talis habitus mentis apud Deum valeat pro suâ reverentiâ „ Concinit Isidorus Clarius vitæ integritate, ac sacrarum literarum peritiâ clarissimus Fulginatium Antistes „ Tantum abest, inquit, ut odio Judæos prosequar, ut si fieri posset, optarim ipsâ, quam à Christo exspectamus, quo Christo nihil mihi charius, nec cælum ipsum quidem,

dem, felicitate privari, & paratis ab eo ineffabi- "
libus bonis, ut meo interitu, & æterno exilio salus "
Judæis pararetur. Et Moses, aut dimitte, ait, eis "
noxam hanc, aut dele me de libro, quem scri- "
psisti .... Quocirca optasset, si suo interitu re- "
conciliari potuisset hæc gratia, relegari à Christo "
ut hæc gloria servatæ Judeæ gentis ipsi Christo ac- "
cederet,,

Favet quoque Johannes Thaulerus ex ordine Prædicatorum profundissimus Theologus, & Spiritus Sancti unctione excellentissimè edoctus de Vitâ, & Passione Christi cap. 26. ,, Verè humilis, "
inquit, ac amore fervens inferni cruciatus pro "
hominibus universis perpeti optaret, si sic visum "
esset Deo, ad illiusq; id cederet honorem, quem- "
admodum Moses pro filiis Israel deleri voluit è "
libro vitæ, & Paulus optavit anathema esse pro "
fratribus suis. Et cap. 29. D. Paulus fidelis Chri- "
sti amator post horribiles illas, immanesque cru- "
ces, quas in suâ commemorat epistolâ, perpessas, "
adhuc anathema fieri optabat pro fratribus suis "
Israelitis, id est, maledici, atque separari à Deo, "
ut Christo plures lucri faceret. Nimirùm, hæc est "
perfecta charitas, quæ nusquam se ipsam quærit, "
nusquam sibi parcit, neque in tempore, neque "
in æternitate, ut Dei honor augeatur. Isti sunt "
veri amatores, ac imitatores Christi, qui Chri- "
sto quatenus possibile est, aliquam pro morte il- "
lius vicem reddunt, exponentes etiam periculis "
animas suas, sicut & Christus suam pro eis ani- "
mam posuit, cupiuntque perdere semetipsos, "
ut Christum lucrifacient.

Suffragatur alter ex eodem Ordine gravissimus Theologus in Tridentinâ præsertim Synodo probatissimus Dominicus Soto „. Anathema à Christo, inquit, super eadem verba Apostoli, bifariam „ contingit, uno modo, cùm quis voluntate ab eo „ desciscit, & hoc nullatenus licet, cùm teneamur „ Deum super omnia diligere, atque id minimè „ Paulus poterat, qui nullâ re existimabat posse à „ charitate Christi deturbari &c. „ Accipitur ergo „ anathema, hoc est, separatio in alio sensu, „ nempè, pro eò, quod est abesse à Christi præsen- „ tiâ, & fruitione, quam ardentissimè exoptabat, „ Et paulò post factâ sibi objectione, si elongari à gloriâ Dei nequit homo, nisi per culpam, quomodò id Paulus optare poterat? Affert primò eorum responsionem, qui intelligunt de temporariâ separatione, seu remoratione à gloriâ. Secundò in hæc verba ipse respondet „ Tametsi dum Origenem, „ Chrysostomum, & Patres super hunc locum me- „ ditatius lego, sublimiorem mihi videor hìc sen- „ sum intueri. Vis etenim amoris, ubi in extasim „ rapit amantem, non sinit rationes has circum- „ spectare, ut sese latius proferat. Quocircà qui (ut „ paulò ante meditabar) neque exulare à cælo, ne- „ que in tartara detrudi, ullius momenti arbitra- „ batur, ut separari posset à Charitate Christi, ea- „ dem nunc charitate absque præscriptione, vel „ temporis, vel loci, ait, cupere se anathema esse à „ Christo pro fratribus, non considerans, quo id pa- „ cto fieri posset; quasi optasset charitas Dei in Pau- „ lo fructu gloriæ orbari, ut plures Deus haberet a- „ matores; In quo profectò se maximè dilectio pa-

„ tefacit &c. At quoniam nos ab hac dilectione „ quàm longiſſimè abſumus, neque intelligere hæc „ poſſumus. „

Accedit legi in vitis patrum, cùm S. Antonio dictum eſſet cælitùs, nondum eo ſe deveniſſe perfectionis, quo Coriarius quidam Alexandriæ manens, confeſtim Alexandriam petens Antonius ab eo requiſivit, quæ bona patraret opera? Cui ille: nil memini, me unquam boni egiſſe, niſi quod manè dum ſurgo, antequam ad opus procedam, oro Deum, ut omnes in iſta Civitate à minore ad maximum ob eorum benefacta Paradiſum adipiſcantur: ego verò ſolus ob mea peccata (intellige præterita, & ut iſti ſalventur) addicar inferni cruciatibus. Quod extemplo ſummis laudibus extulit verbum Antonius, ut ibi habetur. Poſſem ſanctis his viris adjungere Abbatem Ludovicum Bloſium, Johannem Lanſpergium Carthuſienſem, Authorem ſpec. Cru. & alios, maximè verò cæleſtes heroinas Catharinam Senenſem, alteram Catharinam Genuenſem, Angelam Fulginatam &c.

Si prælibatas Patrum, & Doctorum ſententias quiſque attentiori mentis oculo colluſtrabit, nullo negotio deprehendet, quod ſi illi hujuſmodi ſenſa expreſſerunt in Moyſe, & Paulo relatè ad peccata aliena, quid dixiſſent de ipſis reſpectu proprii peccati? Siquidem docet Ruiz diſp. 40. de Prædeſtinat. ſect. 8. nu 7. quod contrarium charitati foret, deſiderare ſimul cùm pereuntibus hominibus perire, nec æternam vitam obtinere, ſi morte damnetur æterna; quoniam indo

inde nec major Dei gloria, nec major utilitas proximorum consequitur, ideòque simpliciter melius est, & cadens sub intrinsecâ obligatione charitatis, velle propriam felicitatem, & æternam conjunctionem cum summo bono, licèt alij separati maneant, & damnentur. Quidquid de hoc sit, nolo cùm Censore contentionis funem ducere; contestor quippè, me de hac re non aliud sentire, quàm quòd docet præceptor Angelicus lect. 1. in cap. 9. epist. ad Rom. ubi laudata Apostoli verba clarissimè, & ab omni procul censurâ exponit. Enim verò eminentiss. Author attendit in præsenti peccatum actuale relatè ad committentem; atque adeò liquidò constat ex dictis, præservationem à peccato esse ingens Dei beneficium præferendum cuicumque bono creato, & carentiæ cujuscumque pœnæ vel æternæ. Ast de hoc beneficio præservationis à peccato redibit sermo in dispunctione sequentis notæ, & latiùs in dispunctione 38. & 39. notæ.

Esse verò in illis infantibus absque Baptismo defunctis magnum Dei beneficium præservari à peccatis actualibus, & gehennâ ignis, declarant complures Theologi. Idem Ruiz disp. 41. de prædestinat. sect. 6. n. 4. ,, Adscribit suavi gubernationi ,, causarum naturalium, & liberarum secundùm ,, profunditatem judiciorum Divinæ providentiæ, ,, quòd illi infantes, licèt non obtineant remedium ,, æternæ salutis, non damnentur pœnâ sensus, sed ,, solâ pœnâ damni, & quòd personalia peccata non ,, committant,, Leonardus Lessius lib. 13. de perfectio-

ctionibus divinis cap.22.n.143.censet illos infantes Baptismo non tinctos astituros in Judicio extre-„ mo, omnia visuros, & intellecturos, quæ gerun-„ tur, audient tubam, & simul cum aliis in ætate„ perfectâ, cum perfecto judicio, & sensibus inte-„ gris resurgent. Congregabuntur in unum locum„ seorsùm tamen ab impiis, quia ad eorum sortem„ non pertinebunt, videbunt Judicis majestatem,„ eumque adorabunt, videbunt Sanctorum, & im-„ piorum congregationem, eorumq; bona & prava„ opera cognoscent, audient sententiam Judicis in„ utrosque, sibique gratulabuntur, quòd non sint„ de impiorum numero, *agent DEO gratias,*„ *quòd ante usum rationis abrepti sint, quia longè*„ *maxima pars eorum, si ad ætatem venisset, in eandem*„ *damnationem incidisset, præsertim infidelium filij.* Ita-„ que non murmurabunt contrà Deum, sed *magno-*„ *perè se illi obstrictos sentient, quòd periculis tantorum*„ *malorum exēpti fuerint.* Excipient ipsi Sententiam„ Judicis, sed benignam, qua etsi à visione Dei, &„ cælesti regno excludentur, tamen statum naturæ„ congruentem assequentur, quo contenti, & læti„ in omnem æternitatem vivant, & Deum lau-„ dent„ Requesenius opusc. 1. Theolog. sect. 2. num. 60. scribit „ Quòd illi pueri non se gerunt sicut„ damnati in inferno manentes in aversione volun-„ tariâ, & odio Dei, sed Deum amant, eique agunt„ gratias *ob ereptam illis vitam, antequam personaliter*„ *peccassent.* Mastrius de Meldula in 2. Sent. disp. 4.„ quæst. 6. n. 117. docet ex Doctore Seraphico „ in-„ fantes illos non habituros tristitiam, quia habent„ causas solatij, quæ eam impediunt, v. g. quòd„

non

„ non peccaverint peccato actionis ex unâ parte ; & quòd non patiantur pœnam ignis, ut damnati „ in inferno ex aliâ „ Pergitque adducere rationem S. Doctoris à nobis supra propositam de statu medio illorum infantium inter beatos, & damnatos , concluditque, quòd ipsi propter evasionem pœnæ sensus, & præservationem à peccatis actualibus valde gaudebunt.

Suffragatur Arriaga tom. 3. tract. de vitiis „ & peccatis disp. 52. sect. 3. scribens „ quòd ratio, „ proximè à nobis assignata in omnibus ferè illis „ eò habet majorem vim, quò viciniores fuere in- „ ferno, quam cælo ; sic enim de infidelium filijs „ agamus, illi omnes agnoscunt, se non solum pro- „ ximam capacitatem inferni habuisse, sed certè „ damnandos fuisse de facto, si vixissent, hæc au- „ tem consideratio longè potentior est ad recrean- „ dum, quam altera ad affligendum : in filijs ve- „ rò fidelium, licèt multi salvati essent, si vixissent, „ longè tamē plures periissent in adultâ ætate. Om- „ nes quoque Theologi docent, quòd Pueri illi nul- „ lum omninò sint habituri fomitem peccati : è „ contrariò verò habituri voluntatem in ordine „ naturæ optimè dispositam, & magnam de Dei bo- „ nitate, ac infinitate cognitionem, unde nullum „ omninò peccatum actuale committent, nec com- „ mittere poterunt : habebunt enim de gravitate „ peccati magnam apprehensionem. Hoc posito „ cùm omnes ferè illi agnoscant se, si permissi fuis- „ sent ad proyectiorem ætatem accedere, aliquot „ peccata forte valdè multa mortalia, & venalia „ commissuros fuisse, videantq; se ab eis fuisse præ- „ servatos simul, & à tormentis inferni, non pos- sunt

„ ſunt non inde tam multum, immò plus recreari, „ quàm affligi ex amiſsâ viſione beatâ.

Hinc Didacus de Baeza Comment. moral. in Evang. hiſt. p. 1. lib. 9. c. 1. §. 7. ſcribit, quòd „ Meritò Alcuinus quæſt. in Geneſ. putat beneficum „ extitiſſe Deum erga pueros Sodomorum, dum „ illos tradit flammis, inter quas habent, quòd ſine „ peccato ſint. Nonne inquit Alcuinus, proviſum „ eſt illis, ne diù viventes exempla ſequerentur pa- „ trum, & leviùs in futuro crucientur? Eſt quale- „ cunque *beneficium, reum non eſſe, qui glorioſus non eſt.* „ Et quidem beneficium erat, quod pueri raperen- „ tur in brevi à vitâ, ne malitia mutaret intelle- „ ctum. Beneficium erat, antequam peccati pro- „ prii labe inficerentur, morte abſorberi. Hoc „ ſemper Deo acceptum referent hi pueri, ſi ali- „ quando hujus vitæ pericula noverint, quòd ab „ illâ, peccati expertes exierint.

Poſtremo oſtendendum ſupereſt, infantibus illis abſque Baptiſmate decedentibus præſervationem à peccatis actualibus, & ab æternâ ignis pœnâ ceu ingens beneficium conferri ex meritis Chriſti. Iſtud autem neceſſariò conſequitur ex eorum Doctorũ teſtimoniis, quibus probatum eſt, iiſdem parvulis alia beneficia obveniſſe, vel obventura ex meritis Chriſti. Quare Cornelius Muſſus Epiſcopus Bitontinus in cap. 5. epiſt. ad Rom. de illis infantibus hæc ſcribit „ Plus ergò poteſt *Chriſti donũ.* „ etiam in pueris hiſce, quàm Adæ delictum: ex de- „ licto enim Adæ naſcuntur in utero filij iræ, longè „ tamen magis miſericordiam exercet Deus in eis, „ quàm irâ, & vindictâ, Alphonſ. Salmer. diſp. 48. in

cap.

„ cap. 5. epist. ad Rom. rem acu tangit „ Illi pueri „ (nempe Baptismo non tincti, ut in margine indicatur) etiam evasionem suppliciorum gehennæ Christo debent, ne quidem in se, sed in causâ suâ, id est, peccato originali, quia si illi vixissent, personalia peccata produxissent, quibus *gehennam ignis incurrerent*. Undè Paulus ad Rom. 3. ait: *Peccaverunt*: & ostendit etiam de personalibus, & gravissimis peccatis admittens jam factum, quod naturâ futurum erat. Et ut Beata Deipara redempta dicitur, à Christo, quamvis nulli culpæ etiã originali actu subjecta fuerit, ita isti dicuntur immunes à gehennâ ignis, quam viventes, & destituti gratiâ Dei per actualia peccata meruissent „ Salmeronem sectatus est Requesenius in opusc. 1. Theologic. de statu parvulorum sect. 2. n. 58. & 66. clarissime eam sententiam professus. Alijs congerendis in hanc rem Authoribus supersedemus, tum quia Censor nullam authoritatem, aut rationem adversùs hanc doctrinam adducit, tum quia ad depellendam novitatis notam pro mille testibus stant Mussus, & Salmeron; siquidem de primo testatur Vuadingus in syllabo Scriptorum Ordinis Minorum ex Michaele ab Isselt „ Quòd doctrinam de justificatione in ordinem redegit, defendit, & determinavit in Concilio Tridentino cum auditorum admiratione tantâ, ut Patres cæteri uno ore omnes dicerent, Spiritum Sanctum mirabili modo in eo fuisse operatum „ Proindè innumeris, & amplissimis elogiis ejus eximia pietas, & spectatissima sapientia à Cardinalibus, Episcopis, aliisque Scripto-

ptori-

ptoribus coævis locupletissime cumulata fuit. Item Alphonsus Salmeron S. Ignatij Loyolæ Socius Synodo Tridentinæ sub Paulo III., Julio II., & III., ac Pio IV. Pontificius Theologus interfuit, ac postea undecim volumina in evangelia, & quinque in reliquam scripturam omnium eruditorum plausu excepta conscripsit. Mentem vero, & germanum sensum Concilij Tridentini potius ab utroque hoc Patre ejusdem Synodi, quam à Censore haurire præstat.

Verum adhuc enucleandus est textus ille Salmeronis, in quo insinuat duplicem redemptionem liberativam, & præservativam, & ex doctrinâ Eminentissimi Sfondrati in opusc. de Innocentiâ vindicatâ §.4. nu. 2. emedullandus „ Sciendum igitur, inquit inibi Sfondratus, sicut duplex est medicina, præservativa, & curativa; ista, quæ malum tollit, postquam evenit; illa, quæ impedit, ne eveniat, duplicem esse redemptionem liberativam, & præservativam. Redemptio præservativa non supponit peccatum, sed debitum tantùm, aut potentiam peccandi, sicut medicina præservativa non supponit actualé morbum, sed tantùm periculum morbi. Hujus verò redemptionis præservativæ, & in sacris Literis, & in Patribus, & in Legumlatoribus, ac ipso D. Thoma frequentissima est memoria. Nam Ecclesiastici 18. " *Ante languorem adhibe medicinam.* Si adhiberi potest medicina ante morbum, cur non redemptio ante peccatum, & indulgentia, ante culpam? Imò quanto melior, & optatior est medicina, quæ morbum impedit, quam quæ expellit,

„ lit, ita tanto melior est redemptio, quæ peccatum prævenit, quam quæ sequitur. Sic psal. 43. dicitur: *Qui redemisti David de gladio maligno*, hoc est Goliathi, & tamen nunquam huic David succubuerat, imò vicerat, sed periculum succumbendi erat, nisi custodiretur, recidisset, nisi teneretur, & hæc est optima redemptio, quæ casum avertit. Et S. Paul. ad Ephes. 5. *Redimentes tempus, quia dies mali sunt*; non quod tempus semel amissum revocari possit, sed quia potest caveri, ne amittatur. Et psal. 85. *Eruisti animam meam ex inferno inferiori*, non quòd David eò aliquandò devenerit, sed quòd venisset, ni Deus prohiberet ... Ad sensum scripturæ loquuntur Patres S. Augustinus sup. Genes. ad lit. *Major gratia impenditur illi, cui conservatur innocentia; quàm cui remittitur culpa*. Et S. Bernardus serm. 21. sup. Cantica, *Angelos fuisse redemptos sanguine Christi, non à peccato, quod commiserint, sed ab eo, quod possent committere*. Item S. Augustinus in psal. 85. *Liberavit te ab ægritudine, non in qua eras, sed in quà futurus eras*. Et lib. 1. Confess. c. 1. *Gratiæ tuæ deputo quæcunque non feci mala, & omnia mihi dimissa fateor, quæ te duce non feci. Ideò amplius te diligat, qui se videt peccatorum laqueis non implicari*,, Et in *l. finali. C. ex quibus causis restit.* dicitur: *Melius est intacta jura servari, quàm post causam vulneratam remedium quærere*. Ubi Glossa. *Melius est*, inquit, *morbo occurrere, quàm præsentem repellere*. & *l. 1. C. quando liceat unicuique: Melius est in tempore occurrere, quàm post tempus vindicare*. S. Thom. in 4. sentent. d. 43. q. 1. art. 4 ad 3.

„*oportet* inquit, *ponere, quòd quilibet personaliter re-*
„*demptione Christi indigeat, non solum ratione naturæ,*
„*liberari autem à malo, vel à debito absolvi non potest,*
„*nisi qui debitum incurrit, vel in morbum incidit: undè*
„*dimißio debitorum, vel liberatio à malo intelligi non po-*
„*test, si aliquis sine debito, vel immunis à malo nasca-*
„*tur.* Vides hîc, S. Thomam admittere redem-
„ptionem, quæ non à malo liberet, sed tantùm
„à debito malum incurrendi, quæ est ipsa redem-
„ptio præservativa. Hucusque Eminentiss. Sfondratus. Ut igitur aliquis redimi dicatur, sufficit, illum contrahere debitum peccati; cum autem infantes absque Baptismo præmaturâ morte abrepti, incurrerint ex peccato originali debitum peccati actualis, quo multipliciter se contaminarent, si vitam protraherent in hoc statu naturæ lapsæ, quemadmodum ex Salmerone, & aliis gravissimis Doctoribus dictum est, idcirco præservatio à peccatis actualibus est ingens Dei beneficium illis pueris ex meritis Christi obveniens, permissâ à Deo præproperâ morte, postquam parvuli nullâ peccatum committunt. Hæc autem, ne calumniæ pateant, ita dicta intelligantur, non ut parvuli illi dicantur redempti redemptione præservativâ ab omni prorsus peccato originali, & actuali, quod stultissimum est; sed ut præcisè ostendatur, præservationem à peccatis actualibus fuisse in illis pueris consideratis in statu reprobationis ingens Dei beneficium.

Ex his omnibus comperiet Censor, nullum hic ab Eminen. Authore novum, & antea in Ecclesiâ Dei non auditum, fuisse traditum; Tridenti-

num autem ab ipso Censore allatum ibi loquitur specialiter de beneficio justificationis, ut videre est in ipso illius tertii capitis capitulo, & in verbis immediatè pòst sequentibus.

NOTA

Deinde asseritur, beneficia illa, quæ pueris cum peccato originali decedentibus tribuuntur, gratiam sufficientem, quæ adultis confertur, & quâ vitam æternam consequi possunt, infinitis partibus antecellere, imo & ipsi gloriæ cælesti certâ ratione præferri: quod quàm sit absurdum, & primis fidei Christianæ principijs contrarium, per se patet. Quòd verò pueri Dei beneficio è medio tollantur priusquam peccatis se obstringant, id jam dudùm Episcopi Aphricani pro fide in Sardiniam relegati in epistolâ synodicâ adversùs Pelagianos rejecerunt his verbis, Non est dicẽdus aliquâ Dei bonitate futuræ impietati præreptus, qui absque justificationis gratiâ mortuus impiorum consortio est deputatus.

DISPVNCTIO.

Textus epistolæ ab Episcopis Aphris conscriptæ ad rem præsentem non facit; nam præter dicta in responsione ad quartam notam, Præsules illi tenebant, parvulos cum solo originali morientes utraque pœnâ damni, & sensus damnari, quam pœnam commitantur perpetui jactus odii, & blasphemiæ in Deum per totam æternitatem,

quòd

quòd longè alienum est à sententiâ Sfondrati. Pariter, ut ipsemet Censor fatetur, hæc epistola synodica Præsulum Aphrorum conscripta fuit adversùs Pelagianos: isti autem, ut egregiè demonstrat ex variis authoritatibus S. Augustini, & aliorum Patrum Eminentiss., ac Sapientiss., Cardinalis Norisius in Vindiciis Augustinianis cap. 3. §. 5. parvulos absque Baptismo mortuos ità Dei beneficio futuræ impietati præreptos affirmabant, ut iidem fruerentur extra regnum Dei vitâ æternâ, veluti secundâ quâdam felicitate, seù, ut loquitur S. Augustinus lib. 1. oper. imperf. cap. 123., in aliquo loco secundæ felicitatis, seù quasi medio loco inter infernum, & regnum cælorum, à quo errore cum toto cælo distet doctrina Cardinalis Authoris, idcircò incassùm ejusdem epistolæ synodicæ authoritas in ipsum contorquetur.

Prima vero censuræ pars altiori indagine digna est, & cum ea à Censore in sequenti nota magno apparatu promoveatur, acquæsito fuco obducatur, ibidem accuratè expendetur, & non unò tantum modo diluetur. Cum autem in causa eorundem parvulorum mentionem faciat Notator de gratia sufficienti, & subaudierim, à nonnullis nigro theta inuri, quod Sfondratus tradit pagina 48. scilicet, parvulis absque Baptismo decedentibus nunquam Deum æternam vitam voluisse, & istos ad alium finem, classemque Providentiæ pertinere, exopto mihi à benignissimo Lectore ignosci, si aliquantisper à via digressus explicandum obiter suscipiam dictum il-

lud Authoris, ratus me minime deflectere à consilio in harum notarum dispunctione præfixo, videlicet, expediendi etiam alias alicujus momenti difficultates, quas ab aliis Censoribus in eodem libro Cardinalis Sfondrati notatas comperissem. Quocirca ex ipsâ Authoris doctrinâ duplex ad eam propositionem explicatio suppetit. Altera ex eâdem paginâ citatâ 48. ubi elucet, eos pueros voluntate divinâ antecedente esse ordinatos ad regnum cœleste, sed ab hoc exclusos voluntate consequente carentiam baptismatis (quâ voluntate nunquam Deus ipsis æternam vitam voluit) collocatosque esse inter beatos, & simpliciter miseros, ut loqui amat S. Bonaventura in dispunctione notæ contra quartam propositionem laudatus, ibique, ut ipse Scriptor fatetur, pag. 164.; eos innocentiam personalem, quæ scilicet, peccatis actualibus opponitur, illibatam conservare, & in eum statum bonorum naturalium, transferri, quem §. 1. ex Angelico Doctore descripserat, & in hoc sensu illos infantes ad alium finem, classemque Providentiæ attinere rectè dici potest.

Altera responsio desumitur ex eo, quod Author propendere videtur in sententiam traditam à Didaco Ruiz, disput. 49. de Prædestinat. sect. 3. qui docet, voluntatem Dei antecedentem plenam, & quantum ex parte sui est, efficacem (quâ vult salutem omnium adultorum, & eorum parvulorum, qui salvantur, quâque præstat omnia, quæ requiruntur ex parte Dei, ut sortiatur effectum, & solum deficit cooperatio voluntatis humanæ) non extendi ad plurimos parvulo-

rum

rum, quibus est impossibile baptisma, pro quo Deus non rarò directa voluntate, atque providentiâ prædefinit impedimenta plurima; Undè sect. 1. adducit Augustinum pluribus in locis tradentem, quibusdam pueris esse impossibile applicare remedium salutis, & eam impossibilitatem non provenire ex demerito, vel culpâ parentum, sed esse dispositam ex divinâ Providentiâ juxta inscrutabilia Dei judicia, quod etiam innuit Gonetus disput. 5. de reprobatione art. 5. afferens pro eadem opinione gravissimos Theologos, & anteà art 4. dixerat, eos parvulos speciali divinæ providentiæ subjacere, & pro illis, quantùm ex parte Dei est, esse institutum baptisma, & per merita Christi quo ad sufficientiam obtentum. Similiter Theophilus Raynaudus in opusc. de vitæ, & mortis humanæ terminis punct. 5. n. 20. non improbat hanc opinionem, pro qua stare tradit Gregorium in 1. dist. 46. quæst. 2. Vasquez 1. part. disp. 96. c. 2. & Becanum 1. par. tract. 1. c. 15. quæst. 8. quibus addimus Didacum Alarcon in Complutensi Collegio Societat. Jesu Theologiæ primarium Professorem, & Regii Supremi Senatus S. Inquisitionis Censorem, &c. tract. 4. de Prædestinat, disp 5. n. 22. ubi concedit, quòd nec Christus Dominus voluit illis parvulis salutem plena, & efficaci voluntate, sed tantùm voluntate quadã simplici concedēte, & præbente media generaliter sufficientia; nam ipse quidē mortuus est pro omnibus, quatenùs erat omnium una causa communis, pro qua missus est à Deo Redemptor, veramque omnium naturam in se ipso suscepit,

& pro omnibus se obtulit Patri (qui noluit suo justo judicio omnibus per illum remedia sufficientia præstare) atque pro omnibus hominibus instituit Baptisma secundùm se, nec aliud est remedium in evangelica lege pro expiando originali infantium, & nullo ex his modis Christus fuit Redemptor dæmonum, pro quibus mortuus non est.

NOTA

Prius è medio tolluntur, quàm peccatis se obstringant, at præservantur, nè jacturam innocentiæ faciant, quibus satis apertè significat author, se nullam peccati originalis maculam in pueris ante Baptismum agnoscere, uti supra ostendimus.

DISPUNCTIO.

EA Censoris verba calumniosa sunt, & meram imposturam continent: quippè per eas voces *prius è medio tolluntur, quàm peccatis se obstringant*, evidenter importantur peccata personalia, & actualia, quibus homines se obstringere se dicuntur; cum ad usum rationis perveniunt. Si enim infantes illi supponantur jam nati in peccato originali; non tolluntur de medio, priusquàm peccato originali sint obstricti, proindè dici non possunt præservari, ne jacturam innocentiæ naturalis, quam nunquam habuerunt, faciant, sed ne amittant innocentiam personalem, quam in alterâ parte allatæ propositionis à Censore insidiosè interpolatæ (u-

vidi

vidimus) Eminentiſſ. Author explicat per carentiam peccatorum actualium, atque adeo clariſſimè ſupponit, non ſtare ſimul innocentiam naturalem cum peccato originali Parvulos illos Baptiſmate non adhuc expiatos pluribi, S. Auguſtinus innocentes vocat. Illos, inquit, lib. 1. contra Julia-
„ num cap. 6. Innocentes meritò nuncupamus ſe-
„ cundum id, quod ait Apoſtolus, nondùm natos
„ nihil egiſſe boni, ſive mali, Et lib. 1. de pecca-
„ torum merit. & remiſſ. cap. 35. Sine propriâ
„ voluntate nullum vitæ propriæ poteſt eſſe pec-
„ catum, nihil mali commiſerunt infantes, qui
„ propter hoc vocantur ab omnibus innocentes.
Item ſerm. 7. de verb. Apoſtoli. Eccè infantes in ſuis utique operibus innocentes ſunt, nihil ſe-
„ cum, niſi quod de primo homine traxerunt, &c.
„ S. Bernardus Abbas ſerm. 67. in Cantic. Flagitat
„ infans auxilium gratiæ, quia vim patitur à natu-
„ râ, clamat innocentia miſeri &c. S. Bernardinus Senenſis tom. 2. ſerm. 64. in Sabbatho in albis. In tertio loco ſuperiore ſtant animæ pue-
„ rorum non baptizatorum innocentium à pro-
„ prio peccato. Cardinalis Cajetanus in 2. D. Thom. quæſt. 106. art. 2. de illâ innocentiâ perſonali ait. Eam eſſe ſecundùm partem, ſcilicet à
„ peccato actuali tantùm, in quo ſenſu appellamus
„ Innocentes parvulos occiſos ab Herode in Chri-
„ ſti nativitate. Noviſſimè Contenſonus diſſert. 2. de pecc. originali ſcribit, S. Auguſtinum non parùm laboraſſe in conciliandâ divinâ juſtitiâ cum puerorum nullius adhuc peccati reorum innocentiâ.

NOTA

Longè aliter de his sentiunt SS. Patres, Concilia, totaque Ecclesia, quæ per magnum illud inobedientiæ peccatum, quo Adamus se, totamque posteritatem obstrinxit, docet, pueros nondum per Baptismum renatos esse sub potestate diaboli, atque ejus captivos, filios iræ, vasa contumeliæ, idque apertè demonstrant exorcismi, & exsuflationes, quibus à primis usque sæculis in administrando Baptismi Sacramento utitur Sacerdos, quippè exsuflando in parvulum ait: Exi spiritus immunde, & da locum Spiritui Sancto; quòd etiam expresse definit Concilium Tridentinum sessione 5. de peccato originali can. 7. declarans, Adamum per offensam prævaricationis incurrisse cum morte captivitatem sub ejus potestate, qui mortis deindè habuit imperium, hoc est, Diaboli, quæ utiquè pœna ad omnes eos pertinet, qui qui carnali generatione ejusdem culpæ participes fiunt.

DISPVNCTIO.

HÆc autem, quæ de potestate Diaboli in parvulos, de exorcismis, & exsuflationibus à Ministro Baptismi adhiberi solitis objiciuntur, jamdiù exsuflavit Doctor Angelicus, ut videre est apud Carolum ab Assumptione in Funiculo triplici, funicul. 2. §. 11. num. 106. & 167. ubi ex D. Thoma tradit parvulos sub potestate Dæmonis remanere, quamdiu manet macula peccati originalis, & rea-

& reatus pœnæ ei proportionatæ, & tamen eos per exorcismos liberari à potestate Diaboli quoad aliquid; quantùm scilicet, ad hoc, quòd non præstent impedimentum Sacramento suscipiendo, & si absque Baptismo occumbant, eos remanere sub potestate Diaboli, quantum ad maculam peccati originalis, & pœnæ damni ei proportionatæ, secundùm quod detinentur in loco, ubi sunt tenebræ gloriæ, & gratiæ. Liberantur tamen per ordinem Divinæ justitiæ à pœnâ sensus omnique animi tristitiâ. De quo ordine justitiæ ita scribit S. Doctor quæst. 5. de malo art. 2. ad 5. *In statu futuræ vitæ ignis, & alia hujusmodi activa* (inter quæ etiam Diabolus quamvis liberè agens ob eandem rationem comprehenditur) *non agunt in animas, aut in corpora hominum secundùm necessitatem naturæ.* Et in 2. dist. 23. quæst. 23. art. 1. ad 3. dicit, Virtute naturæ agentis, sed magis secundùm ordinem Divinæ justitiæ, quia ille status est recipiendi pro meritis. Unde cum divina justitia non exigat, quòd pueris, qui cum solo originali peccato decedunt, pœnâ sensus debeatur, nihil ab hujusmodi activis tales patientur. Quòd si illorum infantium pœna est omnium mitissima, omniumque levissima, ut pro certo, & indubitato habuit S. Augustinus, illi pueri non possunt vexari, & affligi à Diabolo in æternùm sine spe liberationis, cùm hoc non possit non esse pœna gravissima.

PROPOSITIO SEPTIMA.

Infantes Baptiſmo non tincti ad aliquid, quod ipsâ vitâ æternâ melius ſit, deſtinantur. pag. 14. lin. 22.

PROPOSITIO OCTAVA.

Licet Deus parvulos ſinè Baptiſmo decedentes ad cæleſtem gloriam non admiſerit, alio tamen, multoq; majori beneficio affecit, quod illi ipſi longè cælo prætuliſſent, & nos quoque, ſi electio daretur, multò majoris pretij, quàm Cælum duceremus .... Quid ergò conqueri de Deo poſſunt, aut quid ipſis male fecit, ſi non quidem Cælo, ſed alio beneficio donavit, quod multò præſtantius cælo eſt, quodque, & ipſi, & omnes ſapientes, ſi poteſtas eligendi daretur, longè Cælo præferrent? pag. 120. lin. 10.

NOTA.

Nova, & inaudita, & communi Chriſtianorum ſenſui repugnans aſſertio, ſuper omnia Dei bona, „ *conſtituitur, inquit S. Hilarius comment. in Math. cap.* „ *26. qui in Dei gloria collocatur, quâ nihil ſit ultrà, quod melius ſit. Certè ſtatui beatorum injurium, ac piarum aurium offenſivum videtur aliquid comminiſci, quod cujuſcunque compenſationis prætextu æternæ vitæ, cæleſti gloriæ præferatur; Quæ enim, inquit Auguſtinus* „ *circa parvulos, qui poſt graviſſimos cruciatus ſine Sa-* „ *cramento Chriſtianæ pietatis expirant, compenſatio cogi-*

„ *cogitanda est, quibus insuper & damnatio præparata*
„ *est? epist.* 28.

DISPUNCTIO.

QUi in referendis Scriptorum dictis aliqua alicubi vident, nec considerant, quæ aliis in locis explicatius pro veritate traduntur, merito ab Anastasio Sinaita lib. inscripto *Viæ Dux* cap. 13. vocantur monoculi; Quidni utroque oculo captus dicendus erit Censor, qui eodem in loco Authoris unum rotundis Characteribus expressum non vidit? In prima ex propositionibus hic delatis, sublata est de medio hæc parenthesis (*ut posteà dicemus*) qua scriptor aperte appellat alia loca tanquam declarativa doctrinæ, quam ibi tantum innuit. In dispunctione notæ proximè superioris accepimus, S. Chrysostomum in sensu à Cardinali Sfondrato, in locis citatis intento, & à Censore execrato ceu novo, & inaudito, ac communi Christianorum sensui contrario explicantem homil. 16. in cap. 9 epist. ad Rom. verba hæc Apostoli *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis*: Horum verborum expositionem à Chrysostomo traditam
„ nonnullis displicuisse insinuat S. Pater: Nec me
„ sanè fugit, inquit, quæ à me dicuntur ea vobis &
„ nova, & incredibilia videri. Veruntamen nisi ob-
„ turbaveritis, ea statim enitar aperta reddere, nec
„ enim simpliciter dixit, quæ dixit, sed quoniam o-
„ mnes dicebant, Deumque incusabant. Pariformiter contra sententiam Cardinalis Sfondrati exclamat Censor: Nova, & inaudita, & com-
„ muni Christianorum sensui repugnans assertio

Si

Si dicta hæc, (Apostolo advocationem hać ratio-
„ ne commodavit Chrysostomus) Tanquam in-
„ firmiora te conturbant, rem considera, non so-
„ lum quòd separatum se esse vellet, sed & cau-
„ sam, propter quam vellet, ac tum demùm, qua-
„ si ea, quæ oculis cernuntur, videbis illius ma-
„ gnitudinem dilectionis ... nam nisi causam exa-
„ minaverimus, & Heliam homicidam dicemus,
„ & Abraham non homicidam solùm, sed filij per-
„ cussorem. Itemque & Phinees, & Petrum cæ-
„ dis accusabimus, nec de ipsis solùm Sanctis,
„ sed & de ipso rerum universarum Deo, quisquis
„ regulam hanc minimè observaverit, multa ab-
„ surda suspicabitur, ut nè igitur hoc accidat, hi-
„ sce in omnibus, & causam, & consilium, & oc-
„ casionem, & omnia, factorum defensione à no-
„ bis susceptâ, in unum componentes, ita demum
„ res ipsas examinemus. Quod & nunc de beatâ
„ hac animâ faciendum nobis est.

Æquissimo Chrysostomi documento obtemperans loca ab Eminen. Authore in prima propositione indicata, quæ tria sunt integrè, & fideliter hìc describam, ut clarissimè eluceat mens Scriptoris, cui Censor per summum nefas inepta prorsùs, & ridicula imponit. Primus locus extat in pag.
„ 48., Parvulos quod attinet, qui sine Baptismo
„ decedunt, cælesti quidem regno, quippè paternæ
„ culpæ reos, nec expiatos exclusit, non exclusit,
„ tamē naturalibus bonis, & à peccato præservavit,
„ æternoque supplicio, quo si adolescerent, puni-
„ endi erant, quæ tamen magna portio amoris, &
„ gratiæ est, cum sola præservatio à peccato pluris
valeat

valeat, majoriſque pretii ſit, quam regnum „ipſum cæleſte, quo, ſi ipſisoptio dare tur, „carere vellent, quam peccato involvi. Non ergo „neglecti dici poſſunt, qui tanto bono donati ſunt, tantoque malo liberati.

Alter locus jacet in pag. 120. & adducitur à Cenſore cum lacunâ in medio, quæ ſuis verbis replenda eſt. „Id verò, inquit, beneficium fuit, quod fa„to præmaturo abreptos innocentiæ ſuæ perſona„lis ſecuros reddidit, & quàmplurimis peccatis „tum venialibus, tum mortalibus, ac præſentiſſi„mis, infinitiſque peccandi periculis ſubduxit, „quibus procedentibus annis certiſſimè implican„di erant, addicendique perpetuis gehennæ incen„diis juxta illud Sapientiæ 4. *Raptus eſt ne malitiâ* „*mutaret intellectum ejus*, quod præſertim de filijs in„fidelium veriſſimum eſt. Hoc verò innocentiæ „perſonalis donum, & immunitatis à peccato tan„tum eſt, ut ipſi parvuli milliès cælo carere ma„lint, quàm vel uno peccato involvi, nulluſque „Chriſtianorum eſt, cujus non idem votum eſſe „debeat. Iſta verba quantâ vafritie, & quam inſidioſo artificio de medio ſublata fuerint, inferius apparebit. Hac etiam de causâ omitti non debent ultima hæc verba, Quod ſi Deus id egit, quod & „ipſi, & nemo alius non optaret, ergo nulla do„lendi, nulla conquerendi, ſed magna laudandi, „grateſque agendi cauſa eſt.

Poſtremus locus deſcribitur in pag. 164. Certum „eſt, ait, etiam in illos parvulos maximam Dei „miſericordiam elucere, quamvis enim Dei viſio„ne æternaq; gloria priventur, at præſervantur ne

pec-

„ peccent, hoc eſt, nè Deum ipſi offendant, nè ja-
„ cturam innocentiæ faciant, nè perpetuis ignibus
„ crucientur, quæ omnia, & maxima beneficia eſ-
„ ſe, & cæleſti gloriæ *certâ ratione* præferri, & con-
„ ſequenter ad Chriſti merita; & Redemptionem
pertinere jam ſupra oſtendimus. Et infra hæc à ſe ſcripta teſtatur Eminentiſs. Author ad confutandum Calvinum, & Janſenium, hominis arbitrium, Deique bonitatem impugnantes. Hæc tria dicta ad invicem ſunt relata, & per modum unius, ac ut indivulsè connexa hìc aſſumenda ſunt, cùm ad genuinum, & obvium, & literalem eorum intellectum, tùm ad indagandum ſenſum, mentemque Authoris.

Excepimus ſuprà à Chryſoſtomo, Apoſtolum laudata verba protuliſſe, *quia omnes dicebant, & Deum incuſabant &c.* Unde à ſe ipſo petit S. Doctor cauſam illius expreſſionis Paulinæ: *Quanam ergo cauſa?* tum ſibimet reſpondit: *Ipſe amatus Ieſus.* Ita mens exploratiſſima Cardin. Sfondrati in allegatis propoſitionibus patet ex ipſo hujus libri themate, quo demonſtrare nititur contra Calvinum, & Janſenium eximiam, ac effuſam Dei bonitatem erga omne hominum genus, ſinguloſque hominum ſtatus, & cum parvulorum abſque Baptiſmo defunctorum ſtatus, & ſit maximè numeroſus; declarare ſtudet Scriptor in allegatis locis, quòd ipſis infantibus nulla, ut idemmet Author loquitur, dolendi, nulla conquerendi, ſed magna laudandi, grateſque Deo agendi cauſa ſit, atque quòd in eos magna Dei miſericordia eluceat. Hùc tota collimat iis in locis Scriptoris doctrina.

Hostem in ipsomet notæ limine sibi fingit Censor, perindè ac si Cardinalis Sfondratus de Beatorum gloriâ stulta ferè, & ridicula senserit. Sed audiamus Authorem ita sublimiter de cælestis beatitudinis præstantiâ elocutum, Tanta est gloria, in-
„ quit, pag. 54. tantumque gaudium vel unius Be-
„ ati, ut id longè omnium damnatorum mala,
„ & dolores superet, sicquè vel unius animæ salu-
„ tem, dignam Christi sanguine, ac precibus mer-
„ cedem fuisse. Nam quòd damnati doleant, &
„ crucientur, id totum ab igne, causisque creatis
„ est, quæ illos torquent. Quod verò Beati gau-
„ deant, & felices sint, id totum à Deo immedi-
„ atè, clarèque viso procedit. Illa ergo inter dam-
„ natorum pœnas, & gaudia Beatorum, quæ in-
„ ter Deum, & creaturas proportio est. Deindè
„ quòd damnati puniantur, opus est justitiæ, quòd
„ Beati gaudiis exundent, opus amoris, & mise-
„ ricordiæ; at verò quis nescit, Deum validiùs
„ amando, & miserendo, quàm vindicando, &
„ puniendo agere, cum hoc invitus, illud spon-
„ tè, & ideò impensiùs agat? In pœnis damnato-
„ rum semper misericordia justitiæ miscetur, ejus-
„ que brachium avertit, nè toto impetu, quan-
„ tumque damnati merentur. in miseros ruat. At
„ in Beatis nihil misericordiam, nihil torrentem
„ voluptatis moratur, quo minùs toto alveo, ple-
„ noque fluat, Denique sola justitia est, quæ dam-
„ natos persequitur; at in Beatorum delitias, & ju-
„ stitia, & misericordia conspirant, certantque; quæ
„ magis felices eos reddat, tantò ergo perfectius, &
„ excellentius opus, quantò pluribus, & meliori-
„ bus causis, sicut & major lacus, in quem plures

amnes

,, amnes volvuntur. Et hæc causa Augustino fuit,
,, ut diceret, omnes in damnatis gemitus, pænasque
,, cessaturas, si vel momento Deum videre possent,
,, sicque vel una Paradisi stilla in eos ignes ceden-
,, te. Quid ergò erit æternitas, si tantum est mo-
,, mentum? Quid erit mare, si tanta est gutta?
,, Verba Augustini sunt, tanta est dulcedo futuræ
,, gloriæ, ut si una gutta in infernum deflueret, to-
,, tam damnatorum amaritudinem dulcoraret.
Quid præclarius, quid eloquentius in cælestis gloriæ commendationem pronuntiari poterat? Quam igitur compensationem pro cælesti gloria ab Authore traditam somniat Censor? Quid pro recompensatione illorum parvulorum absque Baptismo decedentium scripserit S. Bonaventura, jam suprà ex ejusdem verbis didicimus. Author autem quoad eorum parvulorum bona naturalia in alia vita non alia utique admisit, ut toties diximus ex pag. 164. quàm quæ illis attribuit Doctor Angelicus.

Exhibita elegantissima sententia Sfondrati de excellentia Beatitudinis à Beatis in patria possessæ, producendum est ejusdem testimonium de gravitate pœnæ damni infantibus absque Baptismo defunctis ob solum peccatum originale à Deo inflictæ, Maxima, inquit pag. 39. cum S. Augustino de illis parvulis, Creaturæ rationalis pœna est, si exilio
,, mulctetur, nec verò exilium, aut majus est,
,, quàm quòd perpetuum, aut pejus, quàm quo
,, cælum amittitur, tantò enim infelicius exilium,
,, quantò felicior patria, sicut tantò gravius ma-
,, lum, quantò majus est bonum, quo privat, ...
,, & hæc privatio patriæ est acerbissimum exilium,
& paulo

„ & paulò post subdit, quod iidem infantes *dam-* „ *nentur, cum cælo excluduntur.* Hic humanissimum Lectorem etiam atque etiam obtestor, ut geminum hoc effatum Sfondrati de cælestis gloriæ præstantiâ, & de miseriâ pœnæ æternæ damni ab illis infantibus perpessæ, intentâ mentis suæ acie assiduus, dum hac de re agitur, perpendat, ex hinc enim deprehendet aditum penitùs præclusum cavillis Censoralibus, qui innocentissimam, & integerrimam Cardinalis Authoris doctrinam eruditissimâ pietate enucleatam insidiosè exagitat, & calumniosissimè insectatur, sicque pueriliter effertur, & insultat, ac velut partâ victoriâ *ἰὼ παιὰν* cantat.

NOTA.

Juxta hanc doctrinam omnes Christiani statum parvulorum cum solo originali decedentium, justitia per fidem sibi collata, imò, & Sancti in Cœlo regnantes, qui in ætate adultâ mortui sunt, cælesti, quâ gaudent, gloriæ præferre deberent, quia neutri sine peccato actuali vitam hanc transigere potuerunt.

DISPUNCTIO.

Alienissima à mente, & scriptis sapientissimi Cardinalis ea ludibria, & insulsissimæ fatuitates à Censore obtrusæ, quæ in stolidissimum Margiten cadere possent. Quapropter innoxia ac piissima Sfondrati effata secernenda sunt à dicteriis, & imposturis Censoris, qui quot verba, tot inepti-

as, quot voces, tot calumnias ingeminat. Inprimis cæleſtis gloria modò non ſumitur pro beatitudine, vel objectiva, quæ à Theologis definitur cum Boetio 3. de conſolat. proſa 2. *Status omnium bonorum aggregatione perfectus*, & cum D. Auguſtino 5. de civit. c. 1. *Rerum optandarum cumulata plenitudo*, vel potiùs formali ſumpta integraliter pro ſtatu beatitudinis continente quidquid ſpectat ad beatitudinis perfectionem, & complementum: ſic enim cæleſtis gloria procul dubio involvit perfectiſſimo, ac excellentiſſimo modo præſervationem à quacunque culpâ, & pœnâ, atque adeò ne idem componatur cum ſe ipſo, non debet inſtitui comparatio præſervationis ab omni peccato actuali, & pœnâ cum cæleſti gloriâ ſumptâ abſolutè, & quocunque modo, ſed accepta prout abſtrahit ab impotentia peccandi, & carentia peccati, ac pœnæ. Deinde aliud eſt, mortem parvulorum ſine Baptiſmo, ſeu negationem Baptiſmatis ducendam eſſe pro ingenti beneficio, ac gratia, quod falſiſſimum, & inſulſiſſimum eſt, cum Baptiſma à S. Gregorio Nazianzeno orat. 40. verè appelletur, *Omnium Dei beneficiorum præclariſſimum, & præſtantiſſimum*, aliud præproperam mortẽ illorum puerorum abſque Baptiſmo, quatenus eſt præſervativa à culpa actuali, & pœna æterna ignis ab iiſdem infantibus ſi adoleſcerent, incurrenda, eſſe magnum Dei beneficium, quod verum, & pium eſt. Præterea neque fit computatio inter illos infantes ſine Baptiſmo decedentes, & parvulos ſtatim poſt Baptiſmum nullo peccato actuali inquinatos ad cælum evolantes, aut inter iſtorum ſortem, &

ſtatum

tum illorum. Quis enim sui compos unquam effutiet, carentia gloriæ, & cælestis patriæ exilium esse reputandum majus bonum ipsa gloriæ possessione, & cælestis patriæ mansione ? cum ipse Sfondratus eam parvulorum exclusionem à regno vocet pag. 40. *damnationem, pœnam, & exilium.*

Tota igitur magnitudo, & excellentia illius beneficii præservationis à peccato actuali, & gehenna ignis in eis parvulis est in ordine ad visionem beatam præcisè, abstrahendo ab aliis perfectionibus status beatitudinis, & præeminentia illius beneficii in eis parvulis præ visione beata ab Authore asseritur tantũ cum modificatione, seu ut ipse ait, *Certâ ratione*, & hunc aliquem modum idem contrahit ad optionem, seu electionem, si hæc daretur inter illa duo. En verba Scriptoris in relatis locis constantissima: Regno cælesti, si ipsis parvulis optio daretur, carere vellent, quã peccato involvi: ipsi parvuli millies cælo carere malunt, quàm vel uno peccato involvi, nullusq; Christianorum est, cujus non idem votum esse debeat. Illi infantes ipsum longè cælo prætulissent, & nos quoq; si electio daretur, multò majoris pretii quã cælum duceremus. Hoc beneficium præservationis à peccato, & ipsi infantes, & omnes sapientes, si potestas eligendi daretur, longè cælo præferrent.

Hæc verba in paucis versibus tam frequenter repetita, & tam clarè, ac constanter asseverata, & inculcata ad oculum demonstrant germanum sensum illarum propositionum, & genuinam mentem Authoris, qui totam illam præcellentiam, & majorem appretiationem beneficij illorum parvulo-

rum præ gloria cælesti reducit dumtaxat ad illam electionem, & optionem interea duo. Istud autem ex ipsis verbis Scriptoris est adeò eliquatum, & in bono lumine collocatum, ut si altè menti infigatur (quòd planè in re præsenti ob oculos semper habendum est) omnia penitus profligabuntur dicteria, & machinamenta Censoris; qui velit, nolit, stare debet propositionibus illis, prout à Scriptore asseruntur, neque ad conflandam ei invidiam in re certissimâ, & exploratissimâ unquam licebit ipsi, pro libito comparationem illam confingere, sanissimasque Scriptoris locutiones in sensum adversum, & ab ejus mente longè alienum detorquere, quandòquidem, ut præclare advertit Nazianzenus epistola 2. ad Cledonium. Eædem voces, si rectè intelligantur, „cum pietate conjunctæ sunt, si perperam expo„nantur, impietate non carent.

Saluberrima, atque piissima Cardinalis Sfondrati doctrina à caligine, & tenebris à Censore offusis expurgata, & suæ puritati restituta gravissimis modo authoritatibus, & momentosis rationibus est communienda. Celebris, & pervagata est in omni scholâ Theologicâ sententia à Præceptore Angelico tradita 1. parte quæstione 48. articulo 6. & quæstione 1. de malo, articulo 5. nempè, majus esse malum culpæ, quàm malum pœnæ æternæ damni, seù carentiam visionis beatæ; nam culpa magis opponitur summo bono secundùm se, cum sit offensa, & contemptus divinæ bonitatis secundùm se, quàm pœnâ, seu privatio beatitudinis, quæ opponitur Deo, non se-

cun-

cundum ſe, ſed prout participabili à creaturâ participatione creatâ: Hanc enim DEUS vult, & intendit, ex ſppoſitione peccati; illam verò DEUS non poteſt velle, nec intendere, ſed ſolùm permittere. Deindè culpa conſtituit hominem malum, & pœnâ dignum, pœna non conſtituit hominem malum, quia ut ait ſanctus Dionyſius capite 4. de divinis nominibus, *non eſt malum puniri, ſed fieri pœnâ dignum*: idcirco per charitatem debemus peccatum odiſſe propter ejus malitiam, ut efficaciter velimus nunquam peccare, & ut ſimus parati omnia mala peccatum non includentia ſubire, nè peccemus, atque adeò peccatum non eſt elegibile pro ullo bono conſequendo etiam majori, quàm ſit malitia peccati, & habet de eſſentiâ ſuâ, quòd ſit inelegibile honeſtè in quocunque caſu. Præterea culpa comparata ad hominem committentem eſt illi majus malum, quàm non eſſe, & quàm carere omnibus bonis naturæ, gratiæ, & gloriæ, & ideò ille debet potius tolerare quodcumque malum non involvens peccatum, quam admittere culpam, ut ait Ruiz. diſputatione 16. de prædeſtinatione ſectione 9. numero 7. qui diſputatione 17. ſectione 2. numero 6. dilucidè tradit, quòd Divus Petrus ſciens, ſe peccaturum eſſe mortaliter, ſi exiſtimaret unum de duobus eſſe neceſſariò eligendum, videlicet, aut in æternum annihilari, aut peccaturum mortaliter, deberet eligere in æternum annihilari, & renunciare ſuæ prædeſtinationi potius, quàm eligere peccatum mortale.

Ulterius laudatus Theologus num. 9. ſcribit, reprobo melius, aut certè minus malum fore, „nunquam creari, & nunquam exiſtere, quàm „peccare, & damnari; hanc ſententiam, inquit, „ex verbis Chriſti Domini Matth. 26. & Marci „14. *Melius erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille*; col- „ligunt Cyrillus Alexandrinus libro 1. in Genes. „Gregorius Nyſſenus oratione de infant. qui præ- „maturè abripiuntur, & oratione Catecht. capi- „te 7 & 8. Theophilact. Marci 14. Hieronymus „Matth. 26. Bernardus ſermone 35. in Cantic. „Gloſſ. & Lyra. Matth. 26. ſanctus Thomas in „Catenâ Marci 14. cui ſententiæ conſonare ſcri- „bit doctrinam ſcholaſticorum omnium aſſeren- „tium, mortale peccatum eſſe malum maximum „omnium malorum, proptereàque rationi con- „ſentaneum eſſe, ut optione datâ, potius elige- „retur annihilatio, quàm peccare. Poſitâ hac doctrinâ Patrum & ſcholaſticorum omnium quæro à Cenſore, quòd ſi ipſi daretur optio: (præſcindendo à quacunque hypotheſi impoſſibili, cum in hac propoſitione nulla repugnantia reluceat) an mallet non conſequi beatitudinem abſque ullo peccato, quàm eam obtinere poſt patrata peccata mortalia, quàmvis deindè per pœnitentiam deterſa? Profectò ſi ipſe per rectam rationem, & communem Patrum, & ſcholaſticorum omnium ſententiam operari velit, deberet potius eligere carentiam beatitudinis abſq; ullo peccato, quam aſſecutionem beatitudinis, ſeu beatitudinem non poſſidendam, niſi poſt commiſſa peccata lethalia quàmvis per pœnitentiam expiata.

Præterea

Præterea ſanctus Auguſtinus libro 5. in Julianum capite 8. ut refert Eminentiſſimus Author pagina 115. inquit de infantibus abſque Baptiſmo mortuis, *non audeo dicere, quod eis, ut nulli eſſent, quàm ut ibi eſſent, potiùs expediret*, ſeù ut paulò ſuprà dixit, *ut eis, non naſci, potiùs expediret.* Hinc Salmeron indicans eundem locum Auguſtini habet diſputatione 48. in cap. 5. epiſtolæ ad Romanos; quod: Tales pueri non appetunt, non eſſe, „ imò illi malunt ſic eſſe, quàm non eſſe: Similiter Cornelius à Lapide in Eccleſiaſtem capite 4: aſſignans diſcrimen inter adultos peccantes, & pueros exiſtentes cum originali: Melius eſt, in„ quit, non eſſe, quàm damnari, & cruciari in „ inferno, & ideò communis damnatorum in die „ Judicii vox eſt, & lamentatio, ut dicant mon„ tibus, cadite ſuper nos, Apoc. 6. & docet di„ ſertè Chriſtus loquens de Judâ traditore, id „ eſt, melius, & utilius illi eſſet, ſi natus non fu„ iſſet &c. Animæ verò puerorum, qui mortui „ ſunt in peccato originali, deguntque in limbo, „ malunt eſſe, quam non eſſe; quia peccatum „ non eſt actus illorum proprius, non ex actu „ proprio, ſed alieno Adami Protoplaſti contra„ ctum: Citatque ſanctum Thomam 1. 2 quæſtione 83. articulo 1. ut etiam ſentit Requeſenius opuſculo de ſtatu parvulorum ſectione prima numero decimo ſeptimo. Quòcircà ſi ſecundùm rectam rationem, & ordinem charitatis deberet, datâ opinione, potius eligi, non ſolùm carere æternâ beatitudine, ſed etiam in æternum annihilari, quàm vel unum lethale pecca-

tum committere. Optimè intulit Sfondratus, quòd respectu infantium cum solo originali morientium præservatio à peccato actuali est tale beneficium, quod & illi infantes, & quilibet alii, datâ electione, deberent, secundùm rectam rationem, & ordinem charitatis longè præferre cælo, ipsumque multo majoris pretii facere, quam ipsam cælestem gloriam.

Itaque Eminentissimus Author in notatis à Censore locis manifestam comparationem instituit inter malum culpæ, & malum pœnæ in ordine ad optionem, seu electionem inter utrumlibet, & quia peccatum, seù Dei offensa est malum longè majus, quàm quælibet pœna, vel ipsa privatio gratiæ, & gloriæ, & ex duobus malis inevitabilibus debet eligi minus præ majore, idcircò ex hinc legitimè infert Sfondratus, esse longè æstimabilius præservari à peccato, quàm beatâ Dei visione frui, cum æstimabilius planè sit præservari à majori malo, quàm à minori, & per consequens majoris pretii sit præservari à peccato, quàm præservari à privatione gratiæ, & gloriæ, quòd beneficium illis parvulis obvenire scribit Author secutâ præproperâ morte, postquam jam ipsi immunes sunt à novo malo culpæ, & à pœnâ sensus. Quocircà Sfondratus sibimetipsi consentaneus in opusculo de Innocentiâ vindicatâ §. 2. numero 3. hanc veritatem concinnè astruxit his verbis: Præstat vel totâ æternitate exulem esse cæ-
„ lo, & infelicem, quàm uno momento peccato-
„ rem. Affinia sunt ista his vocibus, quas beata
Catha-

Catharina Genuensis à Contensono disputatione 6. de probabilitatis commento capite 2. speculatione 3. meritò appellata amoris Dei igne decoro perfusa proferre solebat, ut in ejus vita capite 39. refertur, nempè, Si homini suppeterent vires „ æstimandæ gloriæ Beatissimæ Virginis Mariæ, „ & eam haberet in voluntate, & cum effectu ex „ divinâ ordinatione (quemadmodùm illam ha- „ bet Deipara) & deinde ei propositum esset: cum „ hac gloria debes in te videre unicam imperfe- „ ctionis scintillam contrà ordinationem omnipo- „ tentis Dei, pro comperto habeo, quòd illa re- „ sponderet videns tamen eam dulcem veritatem: „ nolo hanc gloriam cum hac societate, & potius „ detrudar in infernum. Consentit venerabilis Pater Alexander à sancto Francisco Carmelita Excalceatus probitate, & doctrina opinatissimus in Manuali pauperum redolente cælestem pietatem, & effundente unguentum illud, quo mortalium mentes ad cælestes delitias singulari quadam suavitate perunguntur. Est tam grande malum, inquit „ thesauro 28. quantumvis minimum peccatum, „ ut quodcunque bonum quantumvis maximum „ inde sequi possit, committi nullo modo debe- „ at, ita ut etiam si posset quis levis prolatione „ mendacij universum mundum lucrari, non dico „ sibi, sed Deo, & omnes simul animas damna- „ torum ex inferno liberare, nihilominùs absti- „ nere potius deberet ab illo mendacio cum tanti „ boni jactura, quam illud proferre, etiamsi tam „ inæstimabile lucrum inde consequeretur. Mi- „ nimum enim peccatum majus affert animæ

„ peccanti detrimentum quàm quodlibet aliud „ maximum malum .... Sed etiam si possibile fiat „ ;ut in bonum ipsius etiam animæ peccantis p ec- „ catum convertatur, & cooperetur, nullo mo- „ do faciendum est malum, ut veniat bonum.

Unde Suarez tom. 4. de pœnit. disp. 3. sect. 9. fundatissimè docet, quod licèt de facto, & secundùm legem ordinariam, ac connaturalem rebus ipsis nunquam possit occurrere occasio necessariò eligendi inter culpam, & æternam pænam, & in ordine ad absolutam electioné nunquam possit malum æternæ pœnæ eligi propter vitandum malum culpæ, quia saltem secundùm legem ordinariam nunquam potest esse medium accomodatum ad illum finem, & comparatio illa consulenda non sit præsertim hominibus infirmioribus, & fragilibus, nihilominùs in ordine ad simplicem, seu conditionatum affectum in homine perfecto potest esse utilis ad põderandam gravitatem culpæ, & explicandum affectum odij circa illam, & hujusmodi conditionales affectus sunt frequentes apud Sanctos Viros, & ab insignioribus Theologis impensè commendatur hoc pronunciatum sancti Anselmi lib. de simili. cap. 190. Si hinc pec- „ cati pudorem, & illinc cernerem inferni hor- „ rorem, & uni eorum haberem immergi, poti- „ ùs me in gehennam immergerem, quàm pecca- „ tum in me immitterem: mallem enim à pec- „ cato purus infernum intrare, quàm peccati sor- „ de pollutus cælorum regna tenere.

Hoc indicium, ut adnotat Bernardinus Rosignolus, spectatæ innocentiæ, & charitatis vir lib. 1. de

de actionibus virtutis cap. 17. Est maximè proprium timoris casti, cujus est maximè proprium peccatum expellere eà ratione maximè, quod non solum animum inducit in propositum ac firmam voluntatem illud cavendi, sed suâ sollicitudine ac stimulis efficit etiam, ut caveat, quamvis id non sit in usum deducendum nisi ab iis, qui jam didicerint in acie fortiter stare adversùs propriam animi imbecillitatem. Descriptis S. Anselmi verbis subjungit Gaspar Tauschius sacræ Scripturæ interpres, & Academiæ Olomucensis Cancellarius in fontibus Salvatoris p. 1. §. 9. O quantò melius fecissem, si priusquam peccassem, in gehennam potiùs sine peccato cum Anselmo insilire voluissem. Certè multò optabilius, & omni studio præferendum est, omnes tolerare cruciatus, & pœnarum mala omnia, quæ sunt, erunt, fuerunt, esseque possunt, quàm unicum committere peccatum. Hoc enim sempiternum, & optimum offendit Numen, illa me pulicem unum, & canem mortuum, hisque longè viliorem, quippè ad nihil aliud magis, quàm ad peccandum aptum, pronumque affligunt. Et cui unquam in mentem venit dubitare, abjiciendus nè in ignem pulex sit potius, quàm ut molestiâ aliquâ Rex afficiatur, ne dicam, tormentis excrucietur, eneceturque, ut peccato meo excruciatus, enectusque es Christe Rex meus, & Deus meus, & morte, ac tormentis tristiùs, diriusque afflictus? Et paulò infra ostendit, quod cum fugimus peccatum, gaudium Dei, ex Joannis 15. est in nobis, & Deo accidit quædam oblectatio:

„ Majus mihi bonum est (pergit) oblectatio tua, „ vel minima, quàm malum mihi sint tormenta „ omnia, vel maxima, quæ si ad oblectationem „ tuam faciunt, non mala, sed bona mea sunt.

Seraphica Virgo Theresia apud Paulum Segnerum par. 2. Christiani Instructi disc. 22. num. 5. dicebat, *quod unusquisq; deberet intelligere hanc veritatem, eamque tanquam infallibilem tenere, esse majus malum unicum solum peccatum veniale, quam sit totus simul infernus.* Sancta quoque Maria Magdalena de Pazzis, ut in ejus vitâ capite 99. refertur, pro proximorum salute sæpè ingenti pietatis sensu proferre solebat: O Verbum Divinum! cur pati „ me non facis infernum, & vitam amittere, ut „ saltèm in aliquâ parte placarem iram Patris „ tui? Item. Domine si non vis mihi facere istam „ gratiam concedendi mihi has animas, quas à „ te flagito, dicam ego, me nolle venire ad possi„ dendam gloriam à te mihi præparatam.

Propterea Beatæ Catharinæ Genuensi divinitùs patefacta narratur in ejus vita capite 27. hæc veritas, nimirum, esse multò magis intolerabilem offensam Dei quamvis minimam, & exiguam, quantumcunque esse possit, quàm infernum Luciferi, istudque documentum tam altè ejus cordi insedisse dicitur, ut videndo, quanti momenti illud esset, excitatum fuerit tantum incendium in ipsius pectore, ut morbo correpta ad extrema devenerit. Eandem cælestem veritatem constanter professus est Alexander à sancto Francisco in soliloquiis verè piissimis ac devotissimis profundâ oratione magis, quàm arte, & studio ex medul-

lis

lis Sacrarum Scripturarum, & SS. Patrum dedu-
„ ctis. Si quid Domine, ait soliloquio 4. ad im-
„ petrandam gratiam præservationis à peccato mi-
„ hi patiendum est, si cruces, si labores, si tor-
„ menta, si ignominiæ, si persecutiones, si mor-
„ tes, si omnes inferni pœnæ sustinendæ sunt, ve-
„ niant Domine, veniant obsecro, ex tunc omnia
„ ista super me ad tempus, vel in sempiternum, si
„ tibi placuerit, dummodò Domine te non offen-
„ dam. Quidquid Domine omnipotentia tua fa-
„ cere potest, ut patiar, pati volo, & acquiesco,
„ & eligo, & rogo, dummodò non permittas, ut
„ ut te offendam. Et soliloq. 13. O quàm infelix
„ esset pro me hora illa, momentum illud, in quo
„ te offenderem! Utinam placeret Divinæ pietati
„ tuæ in æternum omnium tormentorum potius,
„ quàm in illud momentum devenire. Certè si ti-
„ bi placet hoc mihi concedere, ex tunc, Domi-
„ ne, acquiesco, & assentior. Præopto enim ma-
„ gis subdidi per æternitatem omnibus tormentis
„ quàm uno momento servum esse peccati. Ex-
pendat amabo candidus Lector prælibata Sancto-
rum hominum effata, & è vestigio comprehendet,
non aliud certè sensisse Sfondratum in notatis pro-
positionibus. Unde Didacus de Avendanno Li-
mæ in Peruvio primarius Theologiæ Professor in
Amphitheatro Divinæ misericordiæ p. 1. vers. 13.
disc. 3. n. 369. iisdem penitùs verbis Cardinalis
Sfondrati eandem veritatem exprompsit. Est me-
„ lius peccatis caruisse, quàm Divini conspectus
„ felicitate potiri, eligendum illud præ isto, si ad
„ eum statum conditio deveniret, quæ impossibilis
quidem

„ quidem, ſed ad hanc veritatem declarandam op-
„ portuna: Idem habet Cornelius à Lapide in c. 9.
epiſt. ad Rom.

Ex his Sanctorum hominum pronunciatis, quibus mirificè exprimitur flagrantiſſimus Dei amor, & intenſiſsimum peccati odium, inferimus, quod tametſi pœna inferni adæquatè ſumpta includat formaliter, vel connexivè peccata graviſsima, & plura, & plura in infinitum, quatenùs damnati habebunt privationem auxiliorum neceſſariorum ad Deum amandum, & ad faciendum ullum actum honeſtum, & patientur neceſsitatem ſaltem moraliter per totam æternitatem Deum odio habendi, & blaſphemandi, quod ſecum trahit plura, & plura in infinitum peccata graviſsima; nihilominùs eis licuit ad exprimendum amorem Dei, & odium peccati præſcindere à pœna inferni illos actus peccaminoſos graviſsimos, & proteſtari, ſe eſſe paratos pati infernum, nè peccent, & ut Deus glorificetur, intelligendo nomine inferni aliquod magnum malum phyſicum honeſtè elegibile, & patienter tolerabile ex amore Dei. Ita non video, cur conflanda ſit invidia Eminen. Sfondrato, eo quòd à cæleſti beatitudine abſtrahat impotentiam peccandi, & præſervationem à pœnâ æternâ, cum quibus beatitudo neceſſario eſt connexa. Si quidem cum iſtiuſmodi affectus puram pietatē redolentes; & hujuſcemodi optiones privationis æternæ gloriæ præ peccato lethali à Theologis permittantur; & à religioſis ſcriptoribus enixè commendentur, procul dubio etiam permitti, & approbari debet ea præciſio impotentiæ, peccandi, & carentiæ pœ-

næ

næ ab ipsa cælesti beatitudine: Siquidem tradit Joseph Cacheranus tom. 2. suæ Theologiæ assertivæ tract. 4. lib. 4. de Beatitudine c. 2. §. 3. num. 22. quòd est communis Theologorum sententia, amorem beatificum posse divinitus in beatis suspendi, & anteà lib. 3. c. 3. §. 5. n. 65. retulit Scotistas, Nominales, Ægidium à Præsentatione, aliosque Doctores asserentes, Beatos non esse impeccabiles ex ipsâmet naturâ visionis consideratæ secundum se præcisè, ita ut si beati viderent Deum, & ipsum non amarent, non remanerent ab intrinseco impeccabiles. Similiter idem Theologus c. 2. §. 2. n. 19. supponit cum aliis pluribus Doctoribus, quod Beatus actu videns Deum affici possit doloribus inferni etiam in æternum duraturis simul cum visione beata, in quo nullam se videre repugnantiam, fatetur.

N O T A.

Quin etiam ex eàdem assertione, sequeretur longè minori pretio habendos, qui post gravia peccata pænitentiæ virtute, & charitatis ardore ad altissimum Sanctitatis gradum pervenerunt, quales fuerunt S. Petrus, S. Maria Magdalena, & alii, quàm justos, qui servatâ Baptismi innocentiâ, statim atque usum rationis adepti sunt, diem suum obierunt: id quod à fide, & sensu communi Christianorum alienum est, immò, & divino oraculo apud Ezech. capite 18. versu 21. 22. contrarium, ubi Deus vitam absolutè impio pœnitenti promittit: Omnium iniquitatum ejus, *inquit*, non recordabor, in justitiâ suâ, quam operatus

ratus

ratus eſt vivet, *quibus verbis ſignificatur apud Deum, ac reverâ hominum è vitâ decedentium ſortem non ex preteritu peccatis, quæ per pœnitentiam deleta ſunt, aut ex praviſis operibus, quæ ſi diutiùs vixiſſent edituri erant, ſed ex præſenti juſtitiâ, in quâ uſque ad finem perſeveraverunt, exiſtimandam eſſe* : Omnes nos, *inquit Apoſtolus*, manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſq; propria corporis proùt geſſit ſive bonum, ſive malum 2. *Corinth.* 5. *n.* 10. Propria corporis prout geſſit. *Hoc eſt, dum in corpore degeret, ſive ea per ſe geſſerit, ut adulti, ſive aliorum operâ, ut infantes, qui alieno miniſterio Baptiſmum percipiunt. Quo ex textu Apoſtoli jam olim Auguſtinus Semipelagianos confutavit, qui ad praviſa quædam opera, hoc eſt, ut ipſe loquitur, ad futura non futura confugiebant, ut rationem redderent, cur ex duobus pueris, unus ad Baptiſmi gratiam perveniret, alter feſtinantibus licèt Miniſtris, ante acceptam eam gratiam è vitâ decederet.*

DISPUNCTIO.

HÆc inſtantia ultimo loco adducta non magis hùc quadrat, quàm circulus quadrato. Non ſemel tantùm hæreſim illam confutat Sfondratus, & præcipuè pag 57. ubi eam inter deliria recenſet, & ineptiſſimi commenti nota exſibilat. Dice-„ bant, inquit, Pelagiani, ex duobus parvu-„ lis, quorum unus baptizatus, alter non bapti-„ zatus decedat, eum, qui Baptiſmo caret, „ ideò Sacramento privatum eſſe, quia Deus pec-„ cata prævidebat, quæ, ſi vixiſſet, commiſſurus erat. „ Auguſtinus inter alia argumenta, quibus ineptiſſi-

mum

„mum hoc commentum refutat &c. Deindè peccatum jam remiſſum eſt peccatum non ampliùs exiſtens, cùm peccatum remitti ſit ipſum tolli, & deſtrui, atque adeò dicit carentiam mali, & mœſtitiæ, & hoc modo, id eſt, quatenùs eſt remiſſum eſt materia gaudii, quia ex infinita Dei miſericordia peccatis illis pœnitentiâ deletis ſucceſſerunt innumera bona. Veruntamen ſi conſideretur peccatum perpetrandum, & ut ſtat ſub optione, ſeu electione inter ipſum, & cæleſtem gloriam acquirendam poſt commiſſa aliqua peccata deinceps per pœnitentiam expiata, certiſſimum, & inconcuſſum eſſe debet, potiùs eſſe eligendum carentiam beatitudinis ſine peccato actuali, quàm beatitudinem ſuppoſito peccato, quamvis gratiâ Dei remittendo, & proindè firmiſſimum conſiſtit, præſervationem à peccato actuali præferendam eſſe ipſi beatitudini, ſi inter utramque daretur optio: Illa autem prælatio præſervationis à peccato, & gehenna non ponit, neq; figit aliquem ſtatum pro parvulis abſque Baptiſmo decedentibus, ſed ut ex Suario dictum eſt, ſimplex, & conditionatus affectus eſt: Iſtiuſmodi autem affectus, ut animadvertit Card. de Lugo de Pœnit. diſp. „5. ſect. 2 Habent rationem ſimplicis complacentiæ „ſiſtentis intra perfectionem complacentiæ ſimpli„cis, quæ poteſt eſſe intenſa, quia gradus ſuperad„diti non faciunt eam eſſe amorem abſolutum, „nec reſpiciunt objectum alio modo. Et in hoc conſiſtit tota allucinatio Cenſoris, qui tranſit ab illa comparatione ſita præcisè in optione, ſeu electione inter ea duo ad ſtatum abſolutum, vel ad aliam comparationem. Quem enim præterit,

plures his de rebus constitui posse comparationes, easque vel ex mutatione alterutrius extremi, vel ex multiplici respectu, & habitudine ad eundem terminum posse multifariam variari, diversasque proponi quæstiones? Censor autem, ut paulò antè dicebamus, indutus personam accusatoris contra Eminentiss. Authorem non debet gratis, & arbitrariè commutare quæstiones, & themata, variasq; fabricari comparationes; sed debet omninò consistere intra terminos ab Authore propositos, eosque invariatos oppugnare.

Quoad Sanctos verò, qui à Censore dicuntur in cœlo regnantes, qui in ætate adulta mortui sunt, & sine peccato actuali vitam hanc non transegerunt, uti SS. Petrus, & Magdalena, non solùm antecedenter ad eorum peccata, sed etiam si concipiantur illi considerare sua peccata præterita in ordine ad tempus præsens, & ad electioné, quæ pro illo tempore facienda fuisset secundùm rectam rationem, & habere tunc actum conditionatum circa peccata præterita, necesse est, ut docet Suarez loc. cit. quòd illa etiam detestentur plusquam carentiam beatitudinis absque culpa: quia illa conditionalis habet hunc sensum, quòd si nunc occurrerent illud idem tempus, & occasiones, in quibus peccarunt, potiùs eligerent non peccare, quàm quolibet alio carere malo. Subscribit Suario Tauschius de fontibus Salvatoris p. 1. §. 11. ajens: Beati in cœlo clarè „intuentes Deum mallent carere omnibus bonis, „commodisque suis, & pati cruciatus, malaque „præter peccatum alia possibilia omnia, quàm „vel levissimum in Deum delictum admittere, adeò

„adeò hoc illi graviùs judicant, immò, quàm vel a-
„lius leviſſimè offendat Deum. Undè omninò in-
opportunum, & à præſenti ſcopo prorsùs alienum
eſt, quod ſcribit Cenſor de excellentia Sanctorum
pœnitentium ſupra alios, & de vita à Deo abſolutè
promiſsâ impio pœnitenti. Ut enim habet idem
Tauſchius loc. cit. Quamvis peccatum meum ig-
„noſcat mihi Deus, ſemper tamen verum erit, me
„peccaſſe, nec efficere potero (ô ſi id efficere poſ-
ſim!) ut non peccaverim.

Agitatur quidem nobilis cõtroverſia inter Theo-
logos; utrùm innocentem Deus amet plus, quàm
pœnitentem. Cùm autem ille magis ametur à Deo,
qui deſtinatus eſt ad altiorem gradum gratiæ, &
gloriæ, ſive ſit innocens, ſive pænitens, proindè Ruiz
diſ. 53. de volunt. Dei, ſect. 11. n. 4. theſim ſtatuit in
hæc verba: Ex duobus hominibus prædeſtinatis ad
„æqualem gradum gratiæ, & gloriæ, cæteriſq; pari-
„bus, innocentem Deus magis diligit, quàm pœni-
„tentem, ut exiſtimant omnes, qui de hoc tractant:
„frequenter tamen evenit, per accidens majora bo-
„na tribui pœnitenti, quàm innocenti, & conſequẽ-
„ter magis amari pœnitentẽ. Multi namq; reſurgũt
„humiliores, cautiores, ferventiores ad recuperan-
„dam cum fænore jacturam præcedentium pecca-
„torum, propter quam utilitatem conſequendam,
„& Petrus permiſſus eſt cadere, & alii pleriq; præ-
„deſtinati ad altiorem gradum gloriæ, uti Patres
obſervant. Sed quorſum hæc ſpectant? Non enim
Sfondratus attendit hic peccatum, niſi relatè ad ho-
minem committentem, quatenùs eſt liberum agens
illius culpæ, vel in ordine ad electionem liberã, quo

 ſenſu

ſenſu planè peccatum eſt malum majus, quàm non eſſe, & quàm carere omnibus bonis naturæ, & gratiæ, & gloriæ; non autem conſiderat peccatum, ſi referatur ad hominem præciſè, in quantùm ea culpa permittitur à Deo, vel in quantùm ipſe homo, vel alius permittit, ut ſic enim, concedit Ruiz loco laudato, peccatum non eſſe homini malum omnium maximum.

N O T A.

FAlſa Authorũ ratiocinatio oritur ex eo, quòd peccatum actuale, in ſe ipſo tantùm conſideret, prout eſt offenſa Dei, cui ſummopere diſplicet, illudque comparet cum ſtatu infantium ante perceptum Baptiſmum è vita diſcedentium. Cùm potius debuiſſet eorundem infantium ſtatum cum ſtatu juſtorum, qui gratiâ, & charitate Deo conjuncti ſunt, aut etiam cum ſtatu Beatorum, qui ſummo jam bono fruuntur, comparare. Nunc enim quis non advertat puerũ à peccato actuali vacantibus infinitis partibus præferendos eſſe fideles adultos, qui in adoptionem filiorum Dei adſcripti, ſpe jam ſalvi facti ſunt, & per bona opera ad vitam proficiunt ſempiternam, & multò adhuc magis beatos in cælo, qui ab omni peccato liberi, & ſua felicitatis ſecuri in æternum cum Chriſto regnant? ſane ſi peccatum actuale ſemel admiſſum ſtatum, & conditionem adultorum ita deprimit, ut eis etiam in cælo conſtitutis infantes ſine Baptiſmo demortui quodammodò præferri debeant, ut quid ergò Apoſtolus Dei bonitatem tantoperè prædicat, quòd ubi abundavit delictum, ibi abundet gratia? Vt quid ex eo potiſſimùm miſericordiam Dei commendat, quòd omnia cooperentur in bonum iis, qui ſecundùm propoſitum vo-

cati sunt &c. Quam in rem Augustinus ait prorsus omnia, id est, ipsa etiam peccata, quia & humiliores post peccatum resurgunt, & per pœnitentiam ferventiores, majori quàm antea, alacritate, in bonis se operibus exercent.

Praterea si tanta sunt beneficia, qua Deus etiam ob meritum Christi pueris sine Baptismo decedentibus confert, cur, quaso, ecclesiasticâ sepulturâ privantur? cur cum psalmis, & hymnis ad Ecclesiam non deducuntur? cur pro iis Sacrificium Missa in gratiarum actionem non offertur? At qui non solum hunc usum non habet Dei Ecclesia, sed potius parentes, ac propinqui, caterique fideles ejusmodi puerorum mortem tanquam gravissimum casum deplorant.

DISPUNCTIO.

CAlumniosa Censoris nota ex his falsis persuasionibus, & imaginarijs speciebus nascitur; primò, quod mors infantis in peccato originali sit gratia, & beneficium Dei, secundò, quòd sit felicior status parvuli decedentis sine Baptismo, quàm sors parvuli defuncti statim post Baptismum ante usum rationis, tertiò, quòd carentia gloriæ, & infernus sit bonum majus, quàm ipsa gloria, & Paradisus; quartò, quòd decessus parvulorum in peccato originali sit, tum respectu eorumdem puerorum, tum respectu parentum ipsorum infantium, materia non doloris, sed puri gaudii: quintò, quòd suppositâ eorumdem morte in peccato originali, esse non possit magnum Dei beneficium, & eorum ingens consolatio, quòd ipsi fuerunt præser-

vati à peccatis actualibus, quibus adulti inquinantur, & ipsimet, si adolevissent, ea perpetrassent, & gehennam incidissent; sexto, quòd exinde illi infantes non habeant magnam causam laudandi, gratesque agendi Deo, sed potiùs materiam habeant dolendi, aut conquerendi de Deo, & tandem quòd peccatum jam remissum possit tantùm esse objectum doloris, & tristitiæ, nullatenùs autem gaudij, & lætitiæ. Hæc autem absurda, cùm ex ignorantia & pravis phantasmatibus, vel potiùs dolo Cardinali Sfondrato per summam injuriam affinxerit Censor, nil mirum, si tot consectaria inepta, & ridicula non ex sententia, & doctrina Authoris, qui nullum ex illis unquam somniavit, sed ex suo marte, & depravata imaginatione oborta jactabundè in vulgus sparserit. Non sua bufoni de fabula gratior proles, quàm obtrusa à Censore commenta, exultavit in somnio suo, quasi in Delphorum oraculo.

Plura alia comminiscitur Censor de statu parvulorum absque Baptismo defunctorum, quæ vel jam eversa sunt, vel clariùs definientur ex his, quæ Ariaga tom. 3. disp. 52. sect. 4. num. 14. scribit, nimirum: Illi infantes levissimam propositionem habent ejus boni, quod amiserunt; est enim res supernaturalis, quam non possunt sine magno miraculo vehementer apprehendere; at tormentorum, quæ sunt res naturales, habent intensam valdè propositionem, ideoque magis gaudent, se hæc evasisse, quàm doleant, se illam amisisse. Et hæc ratio potest

habere

,,habere locum, etiamsi dicatur, in se majus malum esse eam pœnam damni, cum enim ea non positivè affligat, quidquid sit de propria gravitate, sicut affligunt dolores, & alia mala positiva, non potest, nisi mediante vehementi apprehensione boni, quo privat, torquere, hæc autem apprehensio admodum est exigua in infantibus. Et sicut homo quando non cogitat, non affligitur de amisso honore, aut divitiis, ita si eas non valdè æstimet, non valdè etiam de illarum amissione tristabitur. Id quòd clarissimè ex nobis ipsis confirmo, nam licet habeamus notitiam visionis beatæ, & quàm sit infinitum propè bonum, nihilominùs quia cogitatio hæc est obscura, non apprehendimus in hac vita vehementer quid sit ea visione carere, undè fit quòd ordinariè ad movendos homines ad deserenda vitia longè efficacior sit propositio pœnarum inferni, quæ incurruntur quolibet mortali, quàm propositio visionis beatæ, quæ per idem peccatum amittitur, ergo facillimè potest intelligi, eos infantes in Limbo, eò quòd beatam visionem non apprehendant adeò efficaciter, non ita dolere, quòd illam amiserint, ac gaudent, quòd evaserint pœnas inferni, quarum gravitatem vehementiùs apprehendunt, utpotè objectum naturale, & magis cadens sub natura intellectus ipsorum.

N O T A.

Denique valdè periculosa, & perniciosa esset ista doctrina, si in vulgus spargeretur: ubi enim semel homines sibi persuasissent, parvulis sine Baptismo demortuis ea praestari beneficia, quae coelesti etiam gloriae anteferri debeant, facilè existimarent, non tanti referre, an Baptismo regenerati, an verò non regenerati moriantur, idque praesertim locum haberet in matribus ex crimine foetus suos concipientibus, quas nihil aequè cohibere solet, quàm si cogitent, quòd in Ecclesia didicerunt, prolem, si in utero extinguatur, aeternùm perituram.

DISPUNCTIO.

Pericula, & detrimenta illa, quae ex Authoris doctrina obventura per acerbissimas hyperboles ominatur Censor, jam fuerunt superius elisa, cum in unum conglobata digessimus absurda consectaria, & insulsa machinamenta, quae ad conflandam celeberrimo Scriptori invidiam ex suo cerebro commentus est Notator, cui necessitate peccanti ignoscerem; quippè oppugnari non potest optima causa, nisi pessimis artibus. Nonne hoc divinare, seu potiùs calumniari est, & affectatâ, temerèque assuta verborum interpretatione, quoquò libido tulerit, mentem Cardinalis Authoris inflectere? Nec Syracusani senis machinis ex libro Sfondrati poterit unquam trahi, quòd exclusio à gloria sit gratia, & beneficium, quòd ob carentiam Baptismi infantibus contingat major gratia, & felicitas, quòd

quòd privatio gloriæ sit potior ipsâ gloriâ, quòd status peccati originalis sit perfectior statu perfectæ sanctitatis, & immunitatis ab omni peccato. Istiusmodi siquidem spectra, & inania monstra jam superiùs detecta, profligata, & dissipata sunt, sanaque Scriptoris mens tam dilucidè explanata fuit, ut nullis planè salebris asperari posse videretur. Sedulò, & assiduè reflectat Censor, in præsenti sermonem esse de parvulis absque Baptismo decedentibus, id est, de hominibus, quos propter peccatum originale esse exclusos à regno cœlorum, & negativè saltem reprobatos confessus est ipsemet Censor in sua Nota ad quintam propositionem, tanquam catholica fide certum, & ab omnibus Theologis traditum; ut de his parvulis protulit Sfondratus „pag. 120. quod Deus eos fato præmaturo abreptos „innocentiæ suæ personalis securos reddidit, & „quamplurimis peccatis, tum venialibus, tum mor„talibus, ac præsentissimis infinitisq; peccandi pe„riculis subduxit, quibus procedentibus annis cer„tissimè implicandi erãt, addicẽdiq; perpetuis gehennæ incendiis. Hujusmodi autem reprobis, seu consideratis in statu reprobationis præstitum fuisse à Deo maximum beneficium, eo quòd immatura morte abrepti à quamplurimis peccatis, infinitisq; peccandi periculis præservati fuerint, quibus, protractâ vitâ, certissimè inquinandi erant, mulctandique perpetuis ardoribus, quis mentis compos in dubium revocare poterit? Infantes quoque, inquiebat Cornelius Mussus in concione de pœnitentia christiana, Quamvis dicantur innocentes respe„ctivè ad alios, tamen absolutè etiam infantia,

„ut;pervenit ad ſextum aut ſeptimum annum habet „ſua peccata,ſua deſideria carnalia,ſuos amores in- „honeſtos, ſua odia maligna, & ſuos timores mundanos. Quidquid ergo diſcriminis,quidquid detrimenti, quidquid diri ex hinc ominatur Notator, non ex innocentiſſima, & ſaluberrima doctrina Cardinalis Sfondrati, ſed ex Cenſoris præſtigiis, depravatione legitimi ſenſus ab Authore intenti, & ex inducta ab ipſomet caligine portendi debet.

Porrò doctrina Cardinalis Sfondrati hac de re prorſus eſt eadem cum ſenſis, & piis proloquiis ſanctorum hominum, & præcipuè S. Thereſiæ (quæ ut ſuperiùs vidimus, dicebat, unumquemque debere intelligere eam veritatem, illamque tanquam infallibilem tenere) & S. Anſelmi, de quo Eadmerus ſancti viri individuus comes in ejus vita lib. 2. cap. 2. refert quòd propter hæc (id eſt propter dicta ſupra à nobis, & ab eodem Eadmero hic relata,) magno ſtu- „dio ſemper vir ſanctus nitebatur peccatorum con- „tagia devitare, & quidquid eis aliquam naſcendi „occaſionem poterat miniſtrare, ab intentione ſuâ „omni ſollicitudine propulſare. Nec in his momen- „taneus erat, in his verſabatur quotidiana inſti- „tutio morum ejus, in his ſtabat aſſidua converſatio „vitæ eius, in his vigebat indeficiens executio pro- „poſiti ejus, in iſtis Deo ſerviebat, pro his quibuſ- „que bonis acceptus erat, per hæc vitam æternam adipiſci ſatagebat. Sanctiſſimi hujus Archipræſulis ex eodem Benedictino Ordine aſſumpti piiſſimis axiomatibus Eminen. Cardinalis Sfondratus concors, & conſpirans erat, tum in toto ſuæ vitæ curriculo, tum in extrema annorum periodo, quandò eo tem-

temporis momento, quod fuit ejus vitæ mortalis supremum, idemque decretorium æternitatis, pluries à circumstantibus auditus est, intermortuis verbis Christum Dominum exorare, ut pro immensa sua bonitate ipsum tali dignaretur donare statu, in quo illum offendere non amplius posset, quod summum omnium beneficiorum existimabat. Unde in præsenti mihi fas sit usurpare verba S. Chrysostomi in commendationem illius sententiæ Paulinæ supra „laudatæ. Et hoc humilitatis ejus est, etenim omni „pelago latior, omni flamma vehementior erat hæc „dilectio, ac nulla illam pro dignitate dictabit ora„tio, sed ille solus eam noverit, quisquis eâdem „exactè præditus fuerit. Quocirca hanc responsionem ejusdem Chrysostomi verbis, quibus eam exorsus sum, concludere liceat ex hom. 11. in epist. „2. ad Corinth. Hæc igitur cogitantes timeamus „verba hæc magis, quàm gehennam, observemus „hæc magis, quàm regnum ipsum, & ne putemus „grave esse puniri, sed peccare. . . Ne igitur ge„hennam timeamus, sed quod offendimus Deum; „hoc enim illo gravius, quod irascens aversatur, „hoc omnium deterius, hoc omnium molestissi„mum. . . . Antè omnia peccatum timeamus, hoc e„nim supplicium est, hoc gehenna, hoc & innumera mala.

Vix è tabula manum post dilutam Notam dimoveram, cùm protinus subaudivi, nonnullos superciliosos Censores in Emin. Sfondratum acriter invectos, perindè ac si pag. 120. ipse abusus fuerit verbis istis Sap. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus*, hæc accommodando infantibus immatura

morte

morte præreptis absque Baptismo, quod à S. Augu-no videtur prædamnatum lib. 3. & 4. de Anima, & ejus origine ad Vincentium Victorem, inter cujus undecim errores S. Doctor enumerat lib. 3. cap. 15. octavum his verbis: *De infantibus, qui priusquam renascantur in Christo, præveniuntur occiduo, scriptum esse: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius, & cætera, quæ in eam sententiam in Sapientiæ libro leguntur*, quod repetit S. Pater cap. 24. lib. 4. circa fin. nu. 8. scribens; *Aut de his, qui priusquam baptizentur, expirant dictum esse quod scriptum est: raptus est ne malitia mutaret illius intellectum, atque ad hunc sensum cætera pertinentia.*

Verùm ex ipsomet S. Augustino evertitur cavillus in Cardinalem Authorem contortus, nam S. Doctor eodem lib. 3. cap. 10. fusiùs describit illum errorem Vincentii Victoris ajens, Noli credere, nec di-„cere, nec docere de infantibus, qui priusquam re-„nascantur in Christo præveniuntur occiduo, scri-„ptum esse: *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum* „*illius, aut ne fictio deciperet animam ejus, propter hoc* „*properavit de medio iniquitatis illum educere. Placita e-*„*nim erat Deo anima ejus, & consumatus in brevi exple-*„*vit tempora longa*, si vis esse catholicus. Hoc e-„nim ad illos *omninò* non pertinet, sed ad eos potius, „qui baptizati, & piè viventes diu non permittun-„tur hìc vivere, non annis, sed sapientiæ gra-„tiâ consumati. Iste verò error, quo putatur, hoc „de parvulis antequam baptizentur morientibus „esse dictum, ipsi sacrosancto lavacro intolerabi-„lem facit injuriam, si parvulus, qui baptizatus ra-„pi poterat, propterea priùs rapitur, ne malitia mu-

tet

„tet illius intellectum , aut ne fictio decipiat ani-„mam ejus, *quasi in eodem Baptismo hac esse malitia cre-„datur, & fictio, qua in pejus mutetur, & decipiatur* , si „non ante rapiatur. Deinde quoniam placita erat „Deo anima ejus, properavit de medio iniquitatis „illum educere , ita ut nec paululùm remoraretur, „ut quòd in eo prædestinarat, impleret, *sed contra su-„am prædestinationem facere maluit tanquam festinans* , „*ne quod ei placuerat in non baptizato* , *exterminare-„tur in Baptismo, tanquam moriturus infans ibi pereat* , „*quò currendum est cum illo ne pereat.* Quis ergo „hæc verba scripta in libro Sapientiæ de parvulis „sine Baptismate mortuis dicta esse crederet, dice-„ret, scriberet, recitaret, si ea sicut oportuerat, cogitaret?

Ex hinc claret, jure à S. Augustino reprobari, quòd omnia illa verba Sapientiæ simul accepta e-nuncientur de ipsis infantibus. *Hoc enim*(id est totus, & integer contextus eorundem verborum) *ad illos* OMNINO *non pertinet*. idcirco S. Doctor in alijs duo-bus locis ab Adversario objectis(quamvis utrobi-que paucissimis verbis præfatum errorem contra-hat)copulativè accipit eadem verba, scilicet, *& ca-tera, qua in eam sententiam in Sapientia libro leguntur.* item, *atque ad hunc sensum catera pertinentia.* Porrò nullatenus dici potest, quòd anima parvuli Ba-ptismo non tincti sit Deo placita, & quòd ille infans in eo statu occumbens consumatus in brevi exple-verit tempora longa. Quamobrem Sfondratus vo-cat eos infantes *culpa paterna reos, & non expiatos* , *culpâ originali aspersos* , *peccato originali obstrictos* . *privatos justitia originali, & gratiâ, aliisque donis su-perna-*

pernaturalibus; asseritque *illos non esse beatos*, eorumque naturam appellat *propria conditione sordidam, ac peccatricem, divinique amoris indignam*; ac proinde illis attribuit dumtaxat hæc prima verba ejusdem textus Sapientiæ: *Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, istudque præsertim de filiis infidelium* verum esse pronunciat, de quibus audivimus supra tum Lessium docentem, quòd longè maxima pars eorum, si ad ætatem venisset, in eandem damnationem incidisset, & ipsimet magnopere se Deo obstrictos sentient, quòd periculis tantorum malorum exempti fuerint; tum Arriagam scribentem, quòd omnes illi infidelium filij agnoscunt, se non solùm proximam capacitatem inferni habuisse, sed certè damnandos fuisse de facto, si vixissent tum paulò anteà Mussum in idem conspirantem. Immò Sfondratus eadem Sapientiæ verba commodè extēdere posset ad omnes infantes absque Baptismate mortuos, quos utpotè jam reprobos Deus magno favore prosequitur, si eos ex hac vita rapiat, ne diuturno vitæ decursu malitia plurimorum peccatorum personalium mutaret in deterius intellectum eorum, ipsosque dejiceret ad gravissima gehennæ tormenta.

Expendenda quoque sedulò est ratio, propter quam S. Doctor redarguit Vincentium Victorem ea Sapientiæ verba applicantem præfatis infantibus, videlicet, *quasi in eodem Baptismo hæc esse malitia credatur, & fictio, qua in pejus mutetur, & decipiatur, si non ante rapiatur*, item, ita ut Deus faceret contra suum decretum prædestinationis festinando eos infantes rapere, *ne quod ei placuerat in non*

Bapti-

baptizato, exterminaretur in Baptismo, tanquam moriturus infans ibi pereat, quò currendum est cum illo ne pereat. Hæc autem sunt prorsus absurda, & ridicula. Unde S. Augustinus, qui ea Sapientiæ verba loc. cit. coarctare videtur ad eos tantùm, *qui Baptizati, & piè viventes diu non permittuntur hic vivere, non annis, sed Sapientiæ gratiâ consumati?* nihilominus lib. 1. de Civit. Dei cap. 28. differens de ,,alta Dei providentia, qua rectè consultum est il- ,,lis fœminis, quas Deus permisit à Barbaris vi op- ,,primi, inquit, vel enim jam superbiebant, quòd ,,turpem nullius essent passæ contactum, vel fortas- ,,sè inde elatæ fuissent, si nec violentiâ hostium es- ,,sent oppressæ, non est ablata ipsis castitas in animo ,,residens, quod Dei gratiæ tribuendum, sed humi- ,,litas persuasa, quæ est magnum bonum, ibique u- ,,titur Doctor gratiæ iisdem verbis Sapientiæ 4. si- ,,cut, ait, quidam morte rapti sunt, ne malitia ,,mutaret intellectum eorum, ita quiddam ab istis ,,vi raptum est, ne prosperitas mutaret modestiam ,,earum (quamvis de aliquibus ipsarum immediatè ,,subdat) quòd cum de carne sua turpem nullius es- ,,sent perpessæ contactum jam superbiebant. Rursùs idem Augustin. super psal. 85. assignans plures rationes, cur Deus sæpenumerò non exaudiat pre- ,,ces hominum, hæc habet. Quid enim petebas? .... ,,Ego, inquis, petebam vitam filij mei, quid mali ,,petebam? nihil mali petebas, sicut tu sentiebas. ,,Nam quid, si ille raptus est, ne malitia mu- ,,taret intellectum illius? Sed peccator, inquis, ,,erat, & ideò volebam eum vivere, ut corri- ,,geretur. Tu volebas eum vivere, ut melior

esset,

„esset. Quid, si Deus noverat, si viveret, pejorem „futurum. Undè ergo nosti quid illi prodesset, mori an vivere? Vides hic, ab Augustino usurpata ea Sapientiæ verba indefinitè, & universaliter tum de pueris, qui quandoque peccato inquinati sunt, ut accidit de illo filio in exemplum adducto, ubi etiam S. Doctor indicat, esse Dei misericordiæ adscribendum, quòd quis cum paucioribus peccatis decedat; tum de illis fœminis, quamvis in superbiæ crimen jam prolapsis.

Ast gratiam istorum Criticorum aucupemur; producendo in medium Doctores eadem Sapientiæ verba infantibus absque Baptismo defunctis adaptantes. In dispunctione Notæ proximè superioris excepimus verba Didaci de Baeza, asserentis unà cum Alcuino Deum beneficum extitisse erga pueros Sodomorum, quòd raperentur in brevi à vita, ne malitia mutaret eorum intellectum, & ut leviùs in futuro cruciëtur. Theophilus Raynaudus in Miscell. Philolog. opusc. de vitæ, ac mortis humanæ terminis puncto 15. nu. 18. cui titulus: *Parvuli obeuntes inexpiati Providentiam non lædunt.* Qui nullo actuali „peccato, inquit, inquinati sunt, sed tamen sordent „originali, quibus stamen vitæ succiditur, prius„quam expientur, aut etiam expiari possint, cujus„modi sunt abortivi, & qui absconditi non vide„runt lucem &c. Etiamsi non peccarint, prænoscun„tur tamen peccaturi, si vita suppeteret, ut benè ex„ponit Alphonsus Curiel. Sap. 4. ad illud *Raptus est,* „*ne malitia &c.* non quod demerita conditionaliter „prævisa moverint Deum ad vitæ breviationem in „pœnam talium demeritorum. Sed motus solâ

suâ

,,ſua bonitate obſtare voluit ſceleribus, in quæ præ-
,,vidit ruituros cum ſuo graviori damno, & alio-
,,rum pernicie, ſi vitam ſortirentur longiorem.
,,Tantùm ergo abeſt, ut juſtitia Dei, ac providen-
,,tia criminationi jure patere poſſit ob breves vitæ
,,terminos his perſonis, quæ nihil peccarunt, con-
,,ſtitutos, *ut potiùs optimè de illis mereatur Deus* vitam
,,ſuccidens, cujus ulterior prolongatio cum ma-
,,jori eorum damno conjungeretur. Sine piacu-
lo omitti non poſſunt verba hæc Cornelij Muſſi E-
piſcopi Bitontini morum, & ſapientiæ famâ cele-
berrimi ad hanc theſim in paucis illuſtria, quibus
tergiverſationem omnem ſepſit. Juſtitia, & miſeri-
,,cordia Dei, inquit in cap. 5. epiſt. ad Rom. ſimul
,,efficiunt, ut aliqui infantes in utero moriantur,
,,Juſtitiâ quidem enim exigit, ut filius perditionis
,,intereat, miſericordia verò, ut citiſſimè, ne pecca-
,,ta peccatis adjiciens graviùs jam torqueatur jux-
,,ta illud Sap.4. *Raptus eſt, ne malitia mutaret intelle-
ctum ejus.*

Iſtorum ergo Doctorum (ita mihi Cenſorem in-
terpellare fas ſit cum S. Auguſtino lib. 2. contr. Ju-
lian. cap. 10.) *appende ſententias. Nolo eſſe plures, ut eas
te pigeat numerare, ſed non ſunt leves, ut eas
dedigneris appendere, immò ſunt tam graves, ut te videam
ſub eorum onere laborare.* Compertiſſimum exindè
fit, Eminentiſſ. Authorem ſano, & legitimo ſenſu
pro infantibus ante Baptiſmum ereptis, ſicq; à pec-
catis actualibus quamplurimis, & ab æterna ignis
pœna ſubductis uſurpaſſe ea prima duntaxat Sa-
pient. verba ab illis Scriptoribus haud pœniten-
di nominis eandem in rem pronunciata, atque
H adeò

adeò nil novum, & antea inauditum à Sfondrato obtrusum esse, neque sacrarum paginarum oracula fuisse ab eo novo, quodam modo explicata, & ad proprios sensus contra regulam Concil. Tridentini detorta, ut eidem Notator pluribi, & præsertim in sua conclusione imponit.

PROPOSITIO NONA.

Qui solo originali tenetur, dici non potest Deum deserere.... Si ergo Deus neminem deserit, nisi desertus, quomodo in illo prædestinationis decretorio momento, & in quo summa rerum incommutabiliter vertitur, tot hominum myriades deseruit, ab eis non desertus, hoc est nullo eorum peccato, demeritoque præviso? pag. 98. lin. 20.

NOTA.

Certum est, *hoc effatum Augustini*, Deus neminem deserit, nisi prius deseratur, *intelligi de perseverantiâ adultorum in justitia jam accepta, à qua non excidunt nisi per propriam voluntatem, & peccata actualia: quod expressè significat Concil. Trident. sess. 6 de Iustificat. cap. 11. ubi ait, Deus suâ gratiâ justificatos non deserit, nisi ab eis priùs deseratur.*

DIS-

DISPUNCTIO.

Bernardus Guyard ex præclarissimo Ordine Prædicatorum Doctor Parisiensis, & Christianissimo Regi à Consiliis, & Concionibus in opere, cui titulus: *Discrimina inter doctrinam Thomisticam, & Iansenianam* edito Lutetiæ anno 1655. lib. 2. quæst. 4. art. 1. testatur, illud dictum Augustini, *Deus neminem deserit, nisi priùs deseratur*, intelligi à Jansenio Iprensi de derelictione quantùm ad gratiam habitualem; *Nam si desertionem Dei*, scribit Jansenius tom. 3. lib. 3. c. 19. apud eundem Theologum, *quæ fit actualis gratiæ subtractione, spectare voluerimus, nimis enormiter ab Augustini mente discedunt, qui istud ei paradoxum, & quidem postquam per Adami lapsum in statum damnationis, & iræ Dei præcipitati su-*
„*mus, imponere volunt.* Contendunt tamen ali-
„qui, pergit Guyardus, Concil. Tridentinum
„non loqui de habituali, alii verò sic, sed non cum
„alterius exclusione. Hac tamen contentione
„salvus abire non potest adversarius Jansenius,
„nam qui, Deum non priùs hominem deserere,
„quàm ipse ab homine deseratur, de subtractione
„utriusque auxilii tum habitualis, tum actualis
„contendunt, Iprensem in sensibiliori parte
„vulnerant, quandoquidem apud illum de solo
„auxilio actuali controversia est. De utraque
„tamen subtractione sermonem esse volunt Tho-
„mistæ, ita ut doceant, Deum nullum deserere
„subtrahendo ab eo sive gratiam habitualem, sive
„actualem, quin prius Deum deseruerit. Et mox re-

fert pro auxilio actuali, & gratiâ habituali Joannem à S. Thoma 1.par.quæst.19. dist. 5. ita respondentem ad authoritatem Concil. Tridentini: Ad a-
„lias ponderationes Concilij, quòd Deus non deest,
„nisi homines ei defuerint, dicimus propositio-
„nem esse verissimam, & verificari tum de gratia
„habituali sanctificante, tum de actuali auxiliante,
„quatenùs Deus de se paratus est semper auxilian-
„tem gratiam dare, & perficere opus suum, quod
„incepit, nisi per nos steterit, & nisi priùs saltem
„in genere causæ materialis recedamus. Subjungitur postea Alvarez de auxil. d.58. n.7. Si carentia
„auxilii efficacis consideretur ut est simplex nega-
„tio, prius intelligimus, Deum non dare auxilium
„efficax, quàm hominem peccare: si autem consi-
„deretur ut privatio seu pœna peccati, prius intel-
„ligimus hominem peccare, seu velle persistere in
„peccato, quàm Deum non dare auxilium efficax
„ad vitandum peccatum; nec est inconveniens,
„quòd idem respectu ejusdem secundùm diversam
„rationem sit prius, & posterius. Ecce Alvarez, subjungit ibidem Guyardus, axioma de quo
„est quæstio, etiam de subtractione auxilij actua-
„lis intelligit, supponendo semper dari illi auxili-
„um sufficiens, subtrahi autem efficax, quod est etiam actuale.

Præterea illud proloquium Augustini sic exponit Raphael Averia Clericorum Regularium Minorum Generalis 1. par. quæst.23. sect. 2. Augustinus,
„inquit, voluit respondere ad id, quod sibi impo-
„nebatur, voluntatem Dei esse, ut Christiani
„qui cadunt, salvi esse nec velint, nec possint.

„Et inquit, ipsos quidem peccatores nolle sal-„vari, & dum sunt in hac voluntate, non posse sal-„vari, sed tamen in hanc desperationem non ex „Dei voluntate cecidisse, redditque ratio-„nem, quia Deus neminem deserit, nisi prius „deseratur; Ubi planè sensus est, Deum non „excludere quemquam à salute, nisi priùs ipse renuat salvari. Concilium verò Tridentinum ita explicatur ab Andreā Duvallio Doctore Sorbonico in tractat. de gratia quæst. 5. art. 6. Quam-„vis Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 11. „quando inquit, Deum neminem deserere, ni-„si prius homo eum deserat, de auxilio suffi-„cienti loquatur, hoc tamen non est intelligen-„dum de toto vitæ hominis spatio, quasi Deus, „postquam aliquis semel eum deseruit, eum re-„liquo vitæ suæ tempore deserat, & auxilijs suf-„ficientibus destituat; sed de singulis vicibus, „in quibus Deus excitantem gratiam confert, „tunc enim ea vice, qua homo eam renuit, Deus „eam subtrahit; ita tamen, ut alijs momentis, seu „vicibus misericorditer eam offerre non desinat, „& ideò intellectus, & voluntas obcæcatorum, „& induratorum piis illustrationibus, & motio-„nibus affici non destituat, dicunturque obcæcati, „& obdurati potiùs ratione effectus, quàm ratione „mediorum, quia, scilicet, de facto non convertun-„tur, licet Deus ad conversionem sufficienter eos moveat.

N O T A.

CÆterùm si generaliùs ea verba accipiantur, tam certum est, omnes in Adam Deum deseruisse, quàm omnes in Adam peccasse. Cùm itaque Deus aliquem, qui solo originali tenetur, deserit, hoc est, ex pravisione peccati originalis in massa perditionis relictum damnat, non illum deserit antequam deseratur, sed ab eo priùs desertus est, tum in Adamo, in cujus lumbis fuit, tum etiam quando primùm carnali generatione in peccatis conceptus culpam originalem con-,, traxit. Vniversum genus humanum, inquit Au-,, gustinus, tam justo judicio divino in apostatica ra-,, dice damnatum est, ut etiamsi nullus indè libera-,, retur, nemo rectè posset Dei vituperare justitiam,,, Enchirid. cap. 99. Non simus ingrati, inquit idem sanctus Pater, quòd secundùm placitum volunta-,, tis suæ tam multos liberet misericors Deus, de tam ,, debita perditione; ut si inde neminem liberaret, ,, non esset injustus, ex uno quippè omnes in condem-,, nationem non injustam judicati sunt ire, sed ju-,, stam, libro de dono perseverantiæ capite 8. similia habet pluribus aliis in locis sanctus Doctor, quibus è diametro opponuntur, quæ hic ad minuendum, vel potius ad tollendum de medio peccatum originale afferuntur.

DISPUNCTIO.

Æ Quo jure protulit de ævi ſui Calumniatoribus S. Cyprianus lib. de unitate Eccleſiæ: „Corruptores vocans, & interpretes falſos, qui ex„trema ponerent, & media præterirent, partim „memores, & partim ſubdolè non recordantes, „ſcindenteſque unius capituli ſententiam, ut ipſi „ab Eccleſia ſciſſi erant. Quid nobis pronunciandum de Cenſore, qui ad impingendam religioſiſſimo, ac doctiſſimo Cardinali immanē accuſationem ſublati de medio peccati originalis (quod eſt *ipſa fidei fundamenta ſubvertere*, uti advertit S. Auguſtinus lib. 5. contra Julianum cap. 2.) ipſemet ſuſtulit de medio delatæ propoſitionis verba Authoris, quibus clariſſimè producebat in medium peccatum originale ab Adamo commiſſum, & à ſingulis ejus poſteris contractum? Nonne frontem omnem decoxit Cenſor, adverſus quem meritò intorquere poſſet Sfondratus hæc verba à magno Auguſtino contra Julian, lib. 4. cap. 8. jactata: *Redde verba mea, & vaneſcet calumnia tua, repone ſuis locis, quæ dixi, ut appareat de re tanta, quibus abs te fraudibus diſputetur?* Quiſnam autem tollit de medio peccatum originale, qui ponit in medio verba illud dilucidè explicantia, an qui eadem verba de medio calūmniosè ſubtrahit? Verba autem ab Authore in medio poſita, & à Cenſore inſidiosè de medio detruncata ſunt: Ho„mo peccatum originale non facit, ſed ab alio fa„ctum contrahit potius, quàm committit. Quemadmodum S. Auguſtin. lib. 1. contra ſecundam reſpon-

sionem Juliani cap. 48. dixerat. Aliena sunt, sed
„paterna sunt, at per hoc jure seminationis, atque
germinationis, & nostra sunt. Et S. Thomas supra
„adductus, Puer laboravit vitio alieno quantùm
„ad causam, quia peccatum ab alio traxit; labora-
„vit tamen vitio proprio, in quantùm à primo pa-
„rente culpam contraxit. Fas mihi modò sit cum S.
Augustino lib. 2. cit. cap. 185. loqui: Fovea Vulpe-
„culæ ex utraque parte conclusa est, non est quâ in-
„tret ut lateat, aut si jam ibi latebat, non est
quâ extat, ut evadat.

Pro diluenda verò Notâ Censoris attendendum opportunum hocce monitum S. Hilarij lib. 4. de Trinitate, *intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subjectus.* Author autem in loco à Censore allegato in id unum strenuè incumbit, ut verba ista Apostoli ad Rom. 9. *Dicit enim Scriptura Pharaoni, in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam, ergò cujus vult miseretur, & quem vult indurat,* à Jansenianis cavillis vindicet, eaque proindè à pag. 79. usque ad 105. quo solet ingenii acumine, & sermonis nitore illustrat. Ex pluribus namque textibus scripturæ, & S. Augustini luculenter demonstrat, Deum neminem deserere, nisi deseratur ab homine per impedimenta à voluntate Deo vocanti opposita; obdurationem, & cæcitatem non ex Dei voluntate, sed hominis actuali culpâ, liberoque arbitrio provenire, propriam obdurationis Pharaonis causam ipsius malitiam, & avaritiam fuisse, non autem defectum gratiæ, aut divinam voluntatem, atque adeò totam obdurationis causam in malitiam, & voluntatem huma-

nam referri etiam ex illa parte, quâ Deum permittentem, & non impedientem spectat. Deindè in pagina à Censore notata Sfondratus ex verbis S. Augustini, vel S. Cæsarii Arelatensis pergit explicare causam illius obdurationis, & excæcationis peccatoris adulti, inquiens; *Deum non deserere hominem, nisi prius ab homine deseratur per peccatum, videlicet, actuale*, & excipit peccatum originale à causa hujusmodi desertionis, immediatè subjungens, *nam si de originali intelligatur, cùm nemo hoc careat, frustra poneret Augustinus discrimen inter eos, qui Deum deserunt, & eos, qui non deserunt, cùm nemo peccato originali careat; ut taceam illum, qui solo originali tenetur, dici non posse Deum deserere, cùm ipse peccatum hoc non faciat, sed ab alio factum contrahat potius, quàm committat.* Non negat itaque simpliciter, & absolutè Author, quòd homo per peccatum originale Deum deserat, sed dumtaxat affirmat, hominem per peccatum originale non deserere Deum ex propria malitia, & voluntate, ex qua tantum provenit ejus obduratio, immò in verbis immediatè subnexis Sfondratus videtur declarare universaliter, & indefinitè reprobos à gloria non excludi, nisi aliquo peccato præviso, quo Deum deseruerint; *Priùs ergo*, inquit, *quàm peccata hominum praviderentur, sicque quantùm ex parte Dei fuit, nemo desertus, nemo exclusus, nemo reprobus.* Cùm autem inter reprobos plurimi sint ob solum peccatum originale à gloria exclusi, isti, quantùm ex parte Dei fuit, non fuerunt deserti, exclusi, & reprobi, nisi postquam prævisum fuit eorum originale peccatum, quo in Adamo Deum deseruerint.

quamvis autem, sicut ex contextu elucet, ibi loquatur Scriptor duntaxat de reprobatione adultorum, ut in dispunctione quintæ Notæ animadversum est, attamen, si illa propositio præcisè consideretur ab aliis divulsa, nil obstat, quo minus sensum à nobis modò explicatum reddat. Propterea videndus omninò est Sfondratus pag. 59. 163. 181. ubi idem Augustini dictum in eandem sententiam effert.

Ast vim facit Censor in hoc verbo Apostoli ad Rom. 5. vers. 12. *In Adam omnes peccaverunt*, proindè haud dedignetur germanam ejus dicti expositionem excipere à S. Augustino lib. 2. oper. imperf. c. „185. Quamvis enim, inquit, peccatum illud pri„mum, atque unum, quod per unum hominem in„travit in mundum, commune sit omnium, propter „quod dictum est, *in quo omnes peccaverunt*, tamen „sua propria parvuli peccata non habent. Undè „dixerat lib. 1. ejusdem operis cap. 57. Sic autem „aliena sunt originalia peccata propter nullum in „eis nostræ voluntatis arbitrium, ut tamen propter „originis contagium esse inveniantur & nostra. Id totum autem expressit Sfondratus, cum pluribi præcipuè pag. 48. illos infantes absque Baptismo mortuos vocavit, *paternæ culpæ reos, & non expiatos*: item cum ibidem dixit, quòd *Deus statuit omnium hominum sortem ex merito demeritoque primi hominis pendere*, & demùm pag. 52. cum ad hæc verba Apostoli in eodem cap. 5. ad Rom. *Sicut per inobedientiam unius peccatores constituti sunt multi*, sub„junxit. Ubi vides, idem Apostolo esse, om„nes, quod multos. Quòd si Adamus om„nes perdidit, Christus verò non omnes redemit,

,,mit, ſequitur fortius peccatum Adami ad perden-,,dum, quàm Chriſti ſanguinem ad redimendum ,,fuiſſe,ſicque non erit verum illud Apoſtoli: *ubi a-,,bundavit delictum, ſuperabundavit gratia &c.* His addendus locus S. Hilarii egregius (quamvis iſte nuſquam hodie in ejus operibus inveniatur, at obſervant Theologi Lovanienſes in annotationibus ad S. Auguſtinum, ſed legatur in Commentariis Ambroſiaſtri ad illud cap. 5. ad Romanos.) à S. Auguſtino lib. 4. ad Bonifacium cap. 4. his verbis ,,conceptus : Sic S. Hilarius intellexit quod ſcri-,,ptum eſt, *in quo omnes peccaverunt*; ait enim mani-,,feſtum in Adam omnes peccaſſe, quaſi in maſſa, ,,ipſe enim per peccatum corruptus, omnes quos ,,genuit, nati ſunt ſub peccato. Hæc ſcribens Hila-,,rius ſine ambiguitate commonuit, quomodo in-,,telligendum eſſet, *in quo omnes peccaverunt.* Eatenus ergo, per SS. Hilarium, & Auguſtinum omnes peccaverunt in Adamo quaſi in maſſa, quatenùs Adam per peccatum corruptus, omnes quos genuit, nati ſunt ſub peccato; atqui id totum perſpicuè expreſſit Sfondratus tum in locis ſupra allegatis, tum ,,pag. 48. dicens: Adamo infeliciter peccante, to-,,ta quoque poſteritas quippè ex patre rebelli nata, ,,omni jure ad cæleſte regnum ſpoliata eſt, quod ,,peccatum originale vocamus, & pag. 114. Ada-,,mo peccante, non is ſolùm, ſed tota ejus poſte-,,ritas juſtiſſimè Dei donis gratiâ; videlicet, & glo-,,riâ, aliiſque dotibus innocentiæ privata eſt. Proindè naturam humanam in Adamo quaſi in maſſa ,,corruptam appellat pag. 26. Propria conditio-,,ne ſordidam, ac peccatricem, divinique amo-

ris

„ris indignam. Quæ omninò conſonant SS. Cypriano , & Thomæ Aquinati in diſpunctione primæ Notæ allegatis, & Concilio Arauſicano II. can. 2. ſtatuenti in hæc verba: Si quis ſoli Adæ prævaricationem ſuam , & non ejus propagini aſſerit nocuiſſe, aut certè mortem tantùm corporis , quæ „pœnâ peccati eſt, non autem, & peccatum, quod „mors eſt animæ, per unum hominem in omne genus humanum tranſiſſe teſtatur , injuſtitiam Deo „dabit, contradicens Apoſtolo dicenti : per unum „hominem peccatum intravit in mundum, & per „peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccaverunt.

PROPOSITIO DECIMA.

Conſtat parvulos (ſine Baptiſmo decedentes) ſenſibilis pœnæ immunes fore, id enim ratio , omniumque Theologorum authoritas convincit; pag. 119, lin. 12.

N O T A.

Ratione ergò deſtitutus , & ex Theologorum albo expungendus Auguſtinus, qui medium locum, in quo infantes ſine ulla ſenſibili pœna, naturali quadam felicitate in æternum fruerentur , ut Pelagianorum inventum exploſit, eoſdemque infantes ad ſiniſtram in Iudicio futuros, atque in infernum ituros , tametſi non niſi mitiſſimâ pœnâ ibidem plectendos, conſtanter docuit. ǯ

Idem dicendum de S. Fulgentio, Gelaſio, & Gregorio magno Summis Pontificibus, Iſidoro Hiſpalenſi, Alcimo , Avito,

Avito, Anselmo, & alijs, qui hanc Sententiam palam, & apertè docuerunt.

Rationis quoque expertes, & Theologorum nomine indigni erunt inter scholasticos, ac recentiores Gregorius Ariminensis in 2. Sentent. dist. 30. quæst. 3. Oviedo lib. 1. de gratia, & libero arbitrio tract. 3. cap. 2. num. 1. Conrius tract. de statu parvulorum &c. Silvius 1. 2. quæst. 38. art. 6. q. 2. Paludanus epist. ad Archiepiscopum Tyronensem, & hac nostra etiam ætate Florentius de Cocq. tract. 2. cap. 6. sect. 6. & Schola Lovaniensis Doctores, qui omnes hanc sententiam sequuntur, imò eodem quoque loco habendus erit Eminentiss. Card. Norisius, qui in vindiciis Aug. §. 5. fuisè eandem sententiam, tanquam dogma Catholicæ Ecclesiæ probatum defendit. Potuit quidem liberè Author sequi sententiam, quæ negat, pueros ob solum originale peccatum pœnâ sensus plecti, tanquam à tempore Scholasticorum inter Theologos communiorem; sed non debuit contrariam tantâ confidentiâ rejicere, & improbare.

DISPUNCTIO.

HOspes, & peregrinus sit Censor in Theologica Palæstra necesse est, ubi nihil frequentius contingit, quàm quòd eadem argumenta, eædemque rationes pro aliqua controversia seu propugnanda, seu oppugnanda adductæ quibusdam apodictica ratiocinia, & evidentes demonstrationes, alijs dumtaxat conjecturæ, aut paralogismi, aut ad summum argutiæ vix tenuiter probabiles videantur. Quid si dixisset Eminentiss. Author cum Carolo ab Assumptione in triplici funiculo pag. 61. ratio-

„ris indignam. Quæ omninò consonant SS. Cypriano, & Thomæ Aquinati in dispunctione primæ Notæ allegatis, & Concilio Arausicano II. can. 2. statuenti in hæc verba: Si quis soli Adæ prævarica-„tionem suam, & non ejus propagini asserit no-„cuisse, aut certè mortem tantùm corporis, quæ „pœnâ peccati est, non autem, & peccatum, quod „mors est animæ, per unum hominem in omne ge-„nus humanum transisse testatur, injustitiam Deo „dabit, contradicens Apostolo dicenti: per unum „hominem peccatum intravit in mundum, & per „peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

PROPOSITIO DECIMA.

Constat parvulos (sine Baptismo decedentes) sensibilis pœnæ immunes fore, id enim ratio, omniumque Theologorum authoritas convincit; pag. 119. lin. 12.

NOTA.

Ratione ergò destitutus, & ex Theologorum albo expungendus Augustinus, qui medium locum, in quo infantes sine ulla sensibili pœna, naturali quadam felicitate in æternum fruerentur, ut Pelagianorum inventum explosit, eosdemque infantes ad sinistram in Iudicio *futuros, atque in infernum ituros, tametsi non nisi mitissimâ pœnâ ibidem plectendos, constanter docuit.*

Idem dicendum de S. Fulgentio, Gelasio, & Gregorio magno Summis Pontificibus, Isidoro Hispalensi, Alcimo, Avito,

Avito, Anselmo, & alijs, qui hanc Sententiam palam, & apertè docuerunt.

Rationis quoque expertes, & Theologorum nomine indigni erunt inter scholasticos, ac recentiores Gregorius Ariminensis in 2. Sentent. dist. 30. quæst. 3. Oviedo lib. 1. de gratia, & libero arbitrio tract. 3. cap. 2. num. 1. Conrius tract. de statu parvulorum &c. Silvius 1. 2. quæst. 38. art. 6. q. 2. Paludanus epist. ad Archiepiscopum Tyronensem, & hac nostra etiam ætate Florentius de Cocq. tract. 2. cap. 6. sect. 6. & Schola Lovaniensis Doctores, qui omnes hanc sententiam sequuntur, imò eodem quoque loco habendus erit Eminentiss. Card. Norisius, qui in vindiciis Aug. §. 5. fusè eandem sententiam, tanquam dogma Catholicæ Ecclesiæ probatum defendit. Potuit quidem liberè Author sequi sententiam, quæ negat, pueros ob solum originale peccatum pœnâ sensus plecti, tanquam à tempore Scholasticorum inter Theologos communiorem; sed non debuit contrariam tantâ confidentiâ rejicere, & improbare.

DISPUNCTIO.

Hospes, & peregrinus sit Censor in Theologica Palæstra necesse est, ubi nihil frequentius contingit, quàm quòd eadem argumenta, eædemque rationes pro aliqua controversia seu propugnanda, seu oppugnanda adductæ quibuspiam apodictica ratiocinia, & evidentes demonstrationes, alijs dumtaxat conjecturæ, aut paralogismi, aut ad summum argutiæ vix tenuiter probabiles videantur. Quid si dixisset Eminentiss. Author cum Carolo ab Assumptione in triplici funiculo pag. 61. ratio-

rationes oppositæ sententiæ esse frivolas, pag. 58. contrariam sententiam esse certè irrationabilem pag. 53. ejusque sectatores vocari puerorum tortores? Aut cum Eminentiss. Bellarmino lib. 6. de amiss. grat. & stat. pecc. cap. 4. pronunciasset, Censoris sententiam, seu ab eo laudatam non videri quidem apertè ab Ecclesia reprobatam, rejici tamen passim in scholis, & sibi improbabilem videri? Aut cum doctissimo Cornelio Musso Episcopo Bitontino in cap. 5. epist. ad Rom. sensisset. Piè credendum „est, cum omnibus ferè sanctæ orthodoxæ Ecclesiæ „Doctoribus, nullam aliam pœnam habere infan„tes, qui citra Baptismalium undarum lavacrum in„tereunt, nisi quòd perpetuò carent illa cælesti Bea„torum gloria. Parùm enim agnoscere videtur di„vinam misericordiam, qui aliter sentit. (& post „non pauca) sed mittamus, ait, ut ex animo lo„quatur D. Augustinus: Igne, inquit, cruciantur „infantes non Baptizati. Quid inde? Num ha„bentes Ambrosios, Hieronymos, Scotos, Tho„mas, Bonaventuras, Riccardos, Albertos, Guillel„mos, Alexandros, Petros, Durandos, uni Augu„stino adhærebimus, tantam, & Doctorum, & „Sanctorum Patrum catervam rejicientes? Ab„sit, ut propter unius Augustini authoritatem „à tantis Patribus (adde à pietate, & à ratione) „discedam. Displicerem & ipsi Augustino, si „tot, tantisque rejectis Patribus, illi uni adhære„rem?

Profectò rationes illas à Scriptore meritò dici convincentes, si non alio ex capite eluceret, hoc unum sufficeret, quòd eædem rationes scholæ Theologicæ

logicæ Principes in suas partes pertraxerunt, eosque impulerunt ad deserendam opinionem, quam à tot SS. Patribus fuisse traditam scribit Censor. Quot igitur sunt Theologi denegantes parvulis absque Baptismo decedentibus pœnam sensus, tot sunt testes, & trophæa validissimæ potentiæ rationum ejus sententiæ, quam hac de re strenuissimè, & religiosissimè tuetur Cardinalis Sfondratus.

Mirari etiam subiit futiles Censoris cavillationes circa vocem illam Theologorum, quorum nomine venire dumtaxat scholasticos Tractatores, qui Augustinum secuti, ut in lectionibus Romani Breviarij pro die festo S. Doctoris legitur, postea Theologicam disciplinam viâ, & ratione tradiderunt, eorumque Dux, & antesignanus extitit Petrus Lombardus dictus Magister sententiarum, est adeò tritum, & exploratum, ut pudeat his nugis diutiùs immorari. Undè Doctores, qui de locis Theologicis agere solent, hoc Theologorum agnomine eosdem scholasticos donant, eisque tribuunt locum Theologicum à loco SS. Patrum discretum.

Vulgatum est quoque vel in ipsa sacra Scriptura vocem illam *omnes* sæpe-numero usurpari pro longè majori parte. Certè tot, tantique sunt Theologi sententiæ Emin. Authoris propugnatores, ut factâ istorum cum aliis Theologis pro opposita opinione stantibus comparatione, jure à Martinono in Antijansenio disp. 49. sect. 1. paucissimi dicantur. „Contrarium, inquit, sentiunt exceptis Gregorio „Ariminensi, & Driedone, Magister sententia„rum, D. Thomas, D. Bonaventura, Scotus „Riccardus, Gabriel, cæterique veteres, & recentes

„centes Theologi...... Bellarminus, & alij con-„troversiarum Scriptores, Joannes Malderus E-piscopus Antuerpiensis 1. 2. quæst. 83. dub. 2. Par-„vulos nihil ab inferni igne pati, ait, propter pec-„catum originale, est communis omnium Schola-„sticorum..... ut vel ex eo consensu magnum peti „possit argumentum, adeò clari sunt pro eâ docto-„res, ut Adversarii vix ex scholasticis habeant, „quem pro se producant præter paucissimos &c. Habertus Episcopus Vabrensis lib. de gratia cap. 10. n. 2. scribit, parvulis absq; Baptismo decedentibus nõ infligi pœnam sensus, quæ respõdet delectationi illicitæ *secundùm omnes Theologos.* Suarez tom. 2. in 3. p. disp. 50. sect. 5. in probatione secundæ conclusionis de illis infantibus ait: *Neque patientur sensibiles pœnas, ut omnes Theologi docent.* Bellarminus lib. 6. de amiss. grat. & statu pecc. cap. 4. post adductos SS. Patres subdit. His accedit Petrus Lombar-„dus cum omni schola Theologorum, qui communi „consensu docent, parvulos sine Baptismo morien-„tes puniri apud inferos pœnâ damni, non autem „pœnâ sensus, Salmeron disp. 48. in cap. 5. epistolæ ad Rom. Pro hac sententia. Testis est, inquit, to-„ta penè Schola Theologorum, & præsertim Ma-„gistri in 2. d. 33., & ibidem D. Thomæ, Bonaven-„turæ, Scoti, & omnium ferè præter unum Grego-„rium Ariminensem & Ubertinum de Casalis in „lib. de vita Salvatoris. Nihilominùs verissimè protulit de magno Augustino S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus 2. par. hist. cap. 8. „tit. 10. *Est gemma Doctorum, & Pater Theologorum &c.*

Mastrius de Meldula quæst. 5. de pecc. origin. art.1. n.155.& 159.vocat sententiam Authoris communissimam inter Catholicos, adducitque S.Bonaventuram asserentem, eandem sententiam omnes Magistros magis approbare communiter, & Scotum ipsam appellantem sententiam Magistrorum. Jure meritò autem S. Cælestinus Papa scribens ad ,,Galliæ Episcopos: Augustinum tantæ scientiæ fuisse, memorat, ut inter Magistros optimos etiam ante à suis decessoribus haberetur. Et S. Gelasius in epistola 6. profitetur, Augustinum, & Hieronymum esse lumina Magistrorum.

Cardinalis Aureolus in 2.sent.dist.33.q.unicâ art. 1. scribit, quòd illa doctrina (sententiæ Sfondrati) *est communis Ecclesiæ sententia.* Æquissimè tamen pronunciavit Joannes II.Papa in epist.3. Doctrinam S. ,,Augustini in Ecclesia observari secundùm Prædecessorum statuta. Alexander VII. SS. Augustini, & Thomæ asserta appellavit *dogmata inconcussa, tutissimaque.* Et Clemens X. de S. Augustino: Est Ecclesiæ Doctor præcellentissimus, qui spiritu Dei ,,plenus hæresum,errorumq; tenebras tanquam ful-,,gētissimū christianæ eruditionis jubar, profūdissi-,,mis, simulq; sole clarioribus scriptis profligavit.

Nicolaus de Lyra in cap.4 Ecclesiast.asserit, infantes absque Baptismo defunctos non sustinere ,,aliquam Pœnam sensibilem, sed habere vitam ,,delectabilem, quàm possit haberi in vita præsenti ,,*secundum omnes Doctores, qui loquuntur de morientibus in solo peccato originali.* Joannes Maldonatus exponens verba Joannis 3. vers. 5. *Nisi quis renatus* ,,*fuerit &c.* subjungit: Lego apud Severum An-

„tiochenum in Catena Græca; quòd omnes hodie „Catholici docent, infantes, qui ſine Baptiſmo de„cedunt, beatâ quidem privari vitâ, aliâ tamen pœnâ non puniri. Ecquis autem arbitrabitur, Scriptores iſtos diſcrepare à Poſſidio in epiſt. ad Macedonium vocante S. Auguſtinum, *Patrem Patrum, Doctorem Doctorum*? à Siſto IV. aſſerente, eum eſſe *inter intemerata Eccleſiæ Doctores præcipuum*? ab Hugone Victorino didaſcal. lib. 4. c. 14. teſtante; *omnes Eccleſiæ Doctores eum ingenio viciſſe incomparabiliter*? à Martino V. *illum Patrum, ſapientiumque omnium ingenia, ac ſtudia exhibere*?

Nemini autem palmam cedere in exornando S. Auguſtino Eminentiſſ. Sfondratum (quamvis ſanctiſſimus Doctor omni humana laude longè major ſit) elegantiſſima ejuſdem verba demonſtrant pag. 56. & 218.

Eâdem poſtmodum oberrat chordâ Cenſor crambem recoctam jam toties in cineres effuſam porrigens, videlicet, imponendo Authori, ipſum aſſignare medium locum, in quo infantes abſque Baptiſmo decedentes ſine ulla ſenſibili pœna naturali felicitate in æternum fruantur. Centies oſtendimus, Scriptorem hac in re perquam ſobriè, & temperatè ſe geſſiſſe, affirmando cum S. Thoma pag. 164. Illos „infantes in eum ſtatum bonorum naturalium transferri, quem paragrapho primo ex Angelico Doctore deſcripſerat.

Ad ultima verò Cenſoris verba Petrus de Comitibus Regens Auguſtinianus diſp. 5. de pecc. origin. art. 3. ſectatus ſententiam, quam de pœnis parvulorum tenet Eminentiſſ. Author, ita reſpondet: Ex capite

,,pite authoritatis est multò probabilior, & communior nostra sententia, quàm opposita, atque adeò non video, quomodo possit sustineri, quòd nostra sententia adversetur Statutis Pontificum, D. Bonaventuræ, Scoti, Ægidii, & aliorum. Facillimè trahūtur ad nostrum sensūm Africanæ Synodi, Gelasius, Gregorius, Avitus, Isidorus, Anselmus &c. Suffragatur Andreas Duvallius tract. de peccatis quæst. 4. art. 5. inquiens: Non esse apertè de fide infantes absque Baptismo decedentes non puniri pœnâ sensus, sed tantùm damni; siquidem cap. *Majores: de Baptismo.* non definitur absolutè pœnam peccati originalis esse solùm privationem Divinæ Visionis, sed illud dumtaxat ex communi Theologorum sententia, tanquam certum statuitur, & supponitur. Ita ut hæc definitio non sit majoris ponderis pro fide, quàm sit communis Theologorum sententia; dicendum tamen est ad fidem accedere, tum propter hanc communem Theologorum sententiam, cum Theologorum unanimis consensus in aliquo dogmate Ecclesiæ sensūm de illo aperire videatur; tum etiam propter rationes Theologicas, quas constat, quando evidentes sunt, certitudinem maximam ingenerare; tum denique propter definitionem allatam Pontificis, qui quando approbat doctrinam communem Theologorum, eam ad certum aliquem gradum certitudinis elevat, ut si doctrina illa non sit de fide, ad eam tamen quàm proximè accedat.

De voluntate Dei omnes salvos faciendi, & de Christo pro omnibus mortuo.

PROPOSITIO UNDECIMA.

Duæ sunt in Deo voluntates; prima absoluta, efficax independensque ab omni hominum merito, qua Deus naturaliter, meroque suæ bonitatis instinctu, atque ut dicam, motu proprio vult omnium hominum salutem, æternamque felicitatem..... & hanc vocamus voluntatem antecedentem; pag. 21. lin. ult. Altera voluntas est hypothetica, & conditionata..... & hanc vocamus voluntatem consequentem. pag. 6. lin. 31.

N O T A.

HÆc *duplex in Deo voluntas*, antecedens, *videlicet*, & consequens, *cujus primus meminit S. Ioannes Damascenus lib. 2. de orthodoxa fide cap. 29. novo prorsùs sensu hic accipitur, quem apud nullum etiam ex recentioribus Theologis reperias. Aliter omninò utramque hanc Dei voluntatem exposuit Doctor Angelicus 1. p. q. 19. art. 6. ad 1. ubi allato exemplo Iudicis, qui cum velit* antecedenter *omnes Cives vivere, hunc homicidij reum* consequenter *atque absolutè, ob justitiam, ac bonum publicum vult morte puniri, hæc subjun„git: Deus vult antecedenter omnem hominem sal„vari, sed consequenter vult aliquos damnari secun-*

dùm

„dùm exigentiam suæ justitiæ. Neque tamen id, quod „antecedenter volumus, simpliciter volumus, sed secundùm quid: quia voluntas comparatur ad res secundùm „quod in se ipsis sunt, in se ipsis autem sunt, „in particulari: undè simpliciter volumus aliquid secundùm quod volumus illud, consideratis omnibus circumstantiis particularibus, quod est consequenter velle: „Unde potest dici, quòd Iudex justus simpliciter vult homicidam suspendi, sed secundùm quid vellet eum vivere, „scilicet, in quantum est homo, undè magis potest dici „velleitas, quàm absoluta voluntas. Et iterum eadem par. quæst. 23. art. 4. ad 3. de voluntate Dei salvandi omnes, sic „loquitur: Deus vult omnes homines salvos fieri antecedenter (quod non est velle simpliciter.) Idem habet 3. p. q. 21. art. 4. Allatæ propositioni nihil magis contrarium, quàm hæc doctrina D. Thomæ, ut omninò mirandum sit, Authorem in ipso jam libri titulo profiteri, se nodum prædestinationis ex doctrina ejusdem S. Doctoris explicaturum.

DISPUNCTIO.

EXscribendus necessariò hic est integer locus à Censore propositus, ex eo enim adæquatè accepto omnis cavillatio penitùs evanescet. Duæ, inquit Eminentiss. Scriptor pag. 5. Sunt in Deo „voluntates. Prima absoluta, efficax, independensque ab omni hominum merito, qua „Deus naturaliter, meroque bonitatis suæ instinctu, atque, ut dicam, motu proprio vult „omnium hominum salutem, æternamque felicitatem, & ideò eos creat, eos redimit, & ac-

„commodatissimis ad hunc finem mediis accingit, „aliter tamen, aliterque juxta infinitæ, ac ordina„tissimæ Sapientiæ suæ modum. Et hanc vocamus „voluntatem antecedentem, seu voluntatem amo„ris, quia nullam aliam causam habet, quàm ut „dixi, naturalem bonitatis suæ instinctum, mo„tumque proprium. Hæc, inquam, voluntas, quan„tum est ex parte Dei, efficax, & absoluta est. Effi„cax, quia vi hujus voluntatis movetur Deus ad „media, non tantùm huic fini necessaria, & com„moda, verùm etiam abundantissima, & præstan„tissima hominibus applicanda, adeò ut ne unige„nito quidem, nec sanguini, vitæque parcat, „quod nemo facit, nisi qui finem flagrantissimè, „ac efficacissimè ex parte sua cupit. Absoluta verò „hæc ipsa voluntas dicitur, quia licet Deus exequi „hanc suam voluntatem nolit, nisi homine consen„sum suum præbente, cùm salvare invitum nolit, „quod tamen creaverit, & quod ideò creaverit, „ut æternam vitam adipisceretur, quodque in „hunc finem nobilissimis, & validissimis mediis „instruxerit, id totum gratis, totumque opus „summi amoris, & bonitatis fuit, nihil homine ip„so ad propositum tam regiæ spontaneæque adop„tionis conferente, nullaque ex ejus parte condi„tione expectata. . . . . . Quod Deus te voluerit „condere, voluerit in filium, quantum est de se, „adoptare, voluerit regni cœlestis hæredem esse, „in eumque finem mille, ac pretiosissimis te „dotibus, ac beneficiis exornaverit, meræ „charitatis, & misericordiæ fuit, nihil te, „tuisque meritis adjuvantibus. Voluntas verò, qua

„qua decrevit, ne hoc ipſum regnum obtineres, niſi „velles, & merereris, quodque ſpoliare te illo vo„luerit, quia prævidit, te operari, & mereri nolle, „hæc, inquam, voluntas conditionata, & conſe„quens dici debet, quippè ex prævisâ voluntate, ar„bitrioque tuo pendens, quod Theologi noſtri a„liis terminis voluntatem intentivam, & executi„vam appellant.

S. Joann. Damaſcenus primus quidem omnium illam duplicem voluntatem nomine antecedentis & conſequentis appellavit, eam autem diſtinctionem duplicis voluntatis deſumpſit vel à Tertulliano, vel à S. Chryſoſtomo: primus lib. 2. contr. „Marcionem c. 11. habet: Bonitas Dei prior ſecun„dùm naturam, ſeveritas poſterior ſecundùm cau„ſam; illa ingenita, hæc accidens; illa propria, hæc „accommodata; illa edita, hæc adhibita. Nec natu„ra enim inoperatam debuit continuiſſe bonita„tem nec cauſam diſſimulatam evaſiſſe ſeverita„tem, alteram ſibi, alteram rei Deus præſtitit. „Chryſoſtomus verò homil. 1. in epiſt. ad Epheſ. U„bique ait, beneplacitum eſt voluntas antecedens; „Nam eſt alia voluntas: velut, voluntas prima eſt, „ut ne, qui peccaverunt, pereant, . . . Beneplaci„tum ergo primam voluntatem nominat, nempè, „vehementem voluntatem, voluntatē cum cupidi„tate conjunctam, quæ & firma animi perſuaſio dicitur. Damaſcenus horum Patrum veſtigiis inſiſtens in calce libri contra Manichæos inquit: Pri„maria voluntas eſt id, quod quiſpiam ex ſe ipſo vult: & lib. 1. de fide Orthodoxa cap. 29. „Sciendum eſt, ait, Deum præcipuâ, & antece-

„dente voluntate velle omnes ſalvari, & regni ſui „compotes fieri, non enim nos ut puniret condidit, „ſed ut participes ſimus ipſius bonitatis tanquam „bonus. Peccantes verò puniri vult tanquam „juſtus. Itaque prima illa voluntas antecedens di- „citur, & beneplacitum, quod ex ipſo eſt; ſecunda „autem conſequens voluntas, & permiſſio ex no- „ſtra cauſa ortum habens &c.

Componat, quæſo, Lector Eminen. Authoris verba aliis præfatorum Patrum, & nec lac lacti tam ſimile reperiet, adeò religiosè eorum veſtigia preſſit Sfondratus. Voluntatem Dei antecedentem relatè ad ſalutem omnium hominum appellat Author efficacem, & efficaciſſimam, ſed cum addito diminuente, nempè, vel quantum eſt ex parte Dei, ut pag. 2. 5. 6. 10. 17. 18. 19. 23. 28. 29. 30. 31. 32. 41. 43. 112. vel cum iſto alio addito diminuente illi alteri æquipollente, nimirùm, *ſi ipſi homines velint*, ut in pag. 5. 18. 19. 32. 41. 50. 53. 58. 60. 82. Voluntatem Dei antecedentem de ſalute omnium hominum cum illo duplici addito diminuente conſideratam importare dumtaxat voluntatem efficacem inadæquatè, ſeu in actu primo relatè ad finem principalem, id eſt, ſalutem omnium hominum eſt evidens, & innegabile ex ipſis terminis. Videatur Maſtrius de Meldula celebris Theologus in primo Sent. diſp. 3. quæſt. 4. art. 4. n. 260. diſp. 4. quæſt. 3. art. 3. n. 62. & latiùs quæſt. 5. n. 96. 98. & ſeq. ubi ex verbis Chryſoſtomi ſuperiùs allatis infert; Si ex illis „non explicatur, ait, voluntas beneplaciti, & quæ „ſit efficax quantum ex parte ſua, quibus aliis cla- „tioribus verbis id explicare potuerit planè ig-

„noro. & disp. 5. q. 1. art. 2. n. 22. docet, quòd nisi
„dicatur illam voluntatem esse ex parte Dei effica-
„cem quantum in se ipso est, jam talis voluntas
„non declarat ingens, flagransque, ac vehemens
„Dei desiderium, quòd omnes salventur, nec ex ta-
„li voluntate Patres rectè arguerent summam Dei
„bonitatem, & eam exaltare altitudinem divitia-
„rum divinæ gratiæ, ac misericordiæ, & minimè
„declararet affectum Dei erga totum genus huma-
num. Et n. 9. post allata verba antiquissimi Authoris Constitutionum Apostolicarum sub nomine S. Clementis lib. 2. cap. 59. subjungit idem Mastrius:
„Ecce quòd voluntas salvandi omnes vocatur à
„Clemente placens, id est, voluntas beneplaciti in
„sensu superius declarato, ut beneplacitum dicitur
„quidquid Deo placet, & quod cupit, ut fiat quan-
„tum in ipso est, quo etiam sensu vocatur perfecta,
„ut ostendatur, esse efficax, quantum est ex parte
„Dei, in multis enim non perficitur ex ipsorum defectu. Hoc totum, & nihil amplius contendit Sfondratus in hoc suo Tractatu, ut magis magisque inferiùs patefiet.

Huic loquendi modo apertè concinunt tum S. Chrysost. homil. 2. in epist. ad Hebr. ubi generalem voluntatem in Deo esse dicit salutis omnium homi-
„num, quos quantum in se est ad salutem perduce-
„re cupit. Tum Ambrosiaster super illa eadem verba Apostoli: *Deus vult omnes homines salvos fieri.* Tum S. Petrus Chrysologus serm. 108. eleganter exprimens eximium Dei affectum, quantum ex se est omnium impiorum salutem desiderantis, & procurantis: Audi, inquit, rogantem Domi-

„dente voluntate velle omnes salvari, & regni sui „compotes fieri, non enim nos ut puniret condidit, „sed ut participes simus ipsius bonitatis tanquam „bonus. Peccantes verò puniri vult tanquam „justus. Itaque prima illa voluntas antecedens di„citur, & beneplacitum, quod ex ipso est; secunda „autem consequens voluntas, & permissio ex no„stra causa ortum habens &c.

Componat, quæso, Lector Eminen. Authoris verba aliis præfatorum Patrum, & nec lac lacti tam simile reperiet, adeò religiosè eorum vestigia pressit Sfondratus. Voluntatem Dei antecedentem relatè ad salutem omnium hominum appellat Author efficacem, & efficacissimam, sed cum addito diminuente, nempè, vel quantum est ex parte Dei, ut pag. 2. 5. 6. 10. 17. 18. 19. 23. 28. 29. 30. 31. 32. 41. 43. 112. vel cum isto alio addito diminuente illi alteri æquipollente, nimirùm, *si ipsi homines velint*, ut in pag. 5. 18. 19. 32. 41. 50. 53. 58. 60. 82. Voluntatem Dei antecedentem de salute omnium hominum cum illo duplici addito diminuente consideratam importare dumtaxat voluntatem efficacem inadæquatè, seu in actu primo relatè ad finem principalem, id est, salutem omnium hominum est evidens, & innegabile ex ipsis terminis. Videatur Mastrius de Meldula celebris Theologus in primo Sent. disp. 3. quæst. 4. art. 4. n. 260. disp. 4. quæst. 3. art. 3. n. 62. & latiùs quæst. 5. n. 96. 98. & seq. ubi ex verbis Chrysostomi superiùs allatis infert; Si ex illis „non explicatur, ait, voluntas beneplaciti, & quæ „sit efficax quantum ex parte sua, quibus aliis cla„rioribus verbis id explicare potuerit planè ig-

nora

„noro. & diſp. 5. q. 1. art. 2. n. 22. docet, quòd niſi „dicatur illam voluntatem eſſe ex parte Dei efficacem quantum in ſe ipſo eſt, jam talis voluntas „non declarat ingens, flagranſque, ac vehemens „Dei deſiderium, quòd omnes ſalventur, nec ex ta-„li voluntate Patres rectè arguerent ſummam Dei „bonitatem, & eam exaltare altitudinem divitia-„rum divinæ gratiæ, ac miſericordiæ, & minimè „declararet affectum Dei erga totum genus humanum. Et n. 9. poſt allata verba antiquiſſimi Authoris Conſtitutionum Apoſtolicarum ſub nomine S. Clementis lib. 2. cap. 59. ſubjungit idem Maſtrius: „Ecce quòd voluntas ſalvandi omnes vocatur à „Clemente placens, id eſt, voluntas beneplaciti in „ſenſu ſuperius declarato, ut beneplacitum dicitur „quidquid Deo placet, & quod cupit, ut fiat quan-„tum in ipſo eſt, quo etiam ſenſu vocatur perfecta, „ut oſtendatur, eſſe efficax, quantum eſt ex parte „Dei, in multis enim non perficitur ex ipſorum defectu. Hoc totum, & nihil amplius contendit Sfondratus in hoc ſuo Tractatu, ut magis magiſque inferiùs patefiet.

Huic loquendi modo apertè concinunt tum S. Chryſoſt. homil. 2. in epiſt. ad Hebr. ubi generalem voluntatem in Deo eſſe dicit ſalutis omnium homi-„num, quos quantum in ſe eſt ad ſalutem perduce-„re cupit. Tum Ambroſiaſter ſuper illa eadem verba Apoſtoli: *Deus vult omnes homines ſalvos fieri.* Tum S. Petrus Chryſologus ſerm. 108. eleganter exprimens eximium Dei affectum, quantum ex ſe eſt omnium impiorum ſalutem deſiderantis, & procurantis: Audi, inquit, rogantem Domi-

,,num:tota die expandi manus meas, ipſo habitu ,,rogat? Expandi manus meas, ad quem? ad populum non credentem, ſed contradicentem; diſtendit membra, dilatat viſcera, pectus porrigit, offert ,,ſinum, gremium pandit, ut patrem ſe tantæ ob- ,,ſecrationis demonſtret affectu. Audi & aliter rogantem Deum: Popule meus quid feci tibi, aut ,,quid contriſtavi te? &c. Tum S. Paulinus Nolanus in epiſt. de Gazophilac: Deus quantum in ipſo ,,eſt, omnem hominem vult ſalvum fieri, quia in ,,omni homine opus ſuum diligit &c. Tum S. Laurentius Juſtinianus lib. de contemptu mundi cap. 8. ,,Noli ô homo cum delinquis bonitatem damnare ,,divinam, quòd ſuam tibi minimè prærogavit gra- ,,tiam, & benè agendi tibi negaverit poteſtatem, ,,vult, quantum in ipſo eſt, omnes homines ſalvos ,,fieri, & ad agnitionem veritatis venire, quatenùs ,,in omnibus reperiat, quod coronet. Tum S. Thomas in cap. 19. Joan. lect. 3. Per hoc, quod dicit ,,*ſitio*, oſtendit ejus ardens deſiderium de ſalute ge- ,,neris humani, 1. ad Timoth. 2. vult omnes homines ,,ſalvos fieri. Lucæ 19. venit filius hominis quærere, ,,& ſalvum facere quod perierat; vehemens autem ,,deſiderium conſuevimus exprimere per ſitim. ,,Tum Enchiridion Colonienſe in tit. de Sacram. ,,Pœnit. Miſericors Deus vult omnes homines ſalvos fieri, quantum ad ſe attinet, voluntate antece- ,,dente, quòd verò reprobos damnat, fit vo- ,,luntate conſequente. . . . . . Deus adeò vult ,,omnes homines ſalvos fieri, ut nemini quan- ,,tumlibet ſcelerato gratiam ſuam ſubtrahat. ,,Tum denique Scotus in 2. diſt. 37. dum promiſcuè

miſcuè diſputat quæſtiones quatuor §. ad *ſolutionem* ,,*iſtorum*, ait: Deus licet non teneatur dare rectitu- ,,dinem noſtris actibus, tamen quantum eſt ex ſe ,,daret, ſi voluntas creata cooperaretur. Univerſa- ,,ſaliter enim quidquid Deus dat antecedenter, da- ,,ret illud conſequenter, quantum eſt ex ſe, niſi eſ- ,,ſet impedimentum. Nota (admonet poſt relata hæc verba Scoti Ruiz diſp.19.de voluntate Dei ſect. 5.n.21.) generalem doctrinam de antecedente vo- ,,luntate *quantum eſt ex ſe efficaci*: & paulò anteà dixerat, eandem eſſe ſententiam omnium ferè ſcholaſticorum.

Hanc Dei voluntatem antecedentem ſalvandi omnes homines appellant efficacem, quantum eſt de ſe, ſeu quantum eſt ex parte Dei, vel ſi homines velint, Dionyſius Petavius tom. primo Theolog. dogm.lib.10.cap.3.& 4.ubi hoc latè probat ex pluribus SS.Patribus,quemadmodum etiam habet Didacus Ruiz frequenter in ſuis tomis Theologicis, Henrincz in Academia Lovanienſi S. Theologiæ Lector jubilatus par.1.Theol.diſp.8.q.2.n.27. Marcus de Berulle tom.1.Theol. Scoti diſp. de Prædeſtinat.quæſt.de voluntate Dei; Antonius Bernaldus de Quiros in Collegio Valliſoleti generalis ſtudiorum Præfectus, & Theologiæ Profeſſor primarius in ſelectis diſp. Theolog.de Deo q.19.art. 6. nu.79. Petrus de Comitibus Regens Auguſtinianus diſp.2. de prædeſtin. art. 1. & omnes illi Theologi, qui aſſerunt illam voluntatem Dei antecedentem eſſe abſolutam, & Deum dare omnibus gratiam quantum eſt de ſe efficacem, ſeu ſi homo velit.

Eodem modo diſcurrendum eſt de illa voce *abſo-*

luta, cujus in toto libro hac solùm occasione semel, aut bis meminit Author. In pag. namque 19 fit mera repetitio verbalis præhabita in loco à Censore producto, & pag. 112. ponitur *τὸ absolutè* in sensu diverso, prout opponitur huic particulæ *τὸ comparativè*. Quod autem loc. cit. illa voluntas Dei antecedens certissimè, & ab omni procul censurâ dicatur absoluta, non quidem respectu finis principaliter intenti, id est, salutis omnium hominum, ut falsò obtrudit Censor, sed respectu mediorum, est exploratissimum legenti integrum textum supra allatum. Nonne verissimum est, Deum absolutè hominem creasse, elevasse extrinsecè ad finem supernaturalem, ipsique in ordine ad æternam salutem validissimis mediis opitulatum esse? Undè Mastrius loc. cit. disp. 4. quæst. 5. n. 97. docet cum Gabriele Pennoto Canonico Regulari Ord. S. Augustini de „libert. lib. 4. c. 21. quòd, voluntas Dei præveniendi „hominem per gratiam non est voluntas conditionata, si non fuerit impedimentum ex parte hominis, sed est omninò absoluta, nec homo potest „ejus executionem impedire; licèt enim sit in ejus „potestate ei consentire, vel dissentire, non tamen „eam recipere, vel non recipere, quia Deus operatur eam in nobis sine nobis. Quamvis hæc ex verbis ipsius Authoris sint evidentissima, & ad omnes cavillos Censoris confringendos abundantissima, ut autem ipse addiscat, quàm leviter jactavit, illam voluntatem Dei antecedentem de omnium hominum salute dici non posse absolutam, patiatur se instrui à scholæ Theologicæ principibus.

B. Al-

B. Albertus Magnus apud Dionyſium Carthuſianum 1. Sent. diſp.46.q. 1. loquens de diſtinct. divinæ voluntatis in antecedentem, & conſequentem, „ait: Quidam Magiſtri noſtri temporis dicunt i-„dem ſubtilioribus verbis: duplex eſt voluntas, u-„na abſoluta, quæ abſolutè, ac ſimpliciter compa-„ratur ad volitum, & non per aliud, quemadmo-„dum enim ſcientia Dei comparatur per ſe ad om-„ne verum, & potentia Dei ad omne ens poſſibile „poteſtate efficientis, ita voluntas per ſe eſt omnis „boni, & non niſi boni, & hoc modo vult omnem „hominem ſalvari. Alia eſt Dei voluntas pendens „ex præſcientia meritorum non ſicut ex cauſa, ſed „ſicut ex ratione concomitante, & hac voluntate „non omnem hominem vult ſalvari : Hæc Alber-„tus. Tum pergit Dionyſius: Alberti reſponſio „procedit ſecundùm opinionem ſuperiùs recita-„tam eorum, qui dicunt, quòd præſcientia meri-„torum ſit ratio prædeſtinationis. Advertat hic obiter Lector, Dionyſium cum aliis pluribus meritò inter Authores docentes, prædeſtinationem ad gloriam fieri poſt præviſa merita, recenſere Albertum Magnum.

Doctor Angelicus, ad quem in ſua cenſura provocat Notator, ſuper eadem verba Apoſtoli ſic altè ediſſerit in Comment. ejuſdem epiſtolæ lect. 1. A-„lio modo ſecundùm Damaſcenum, ut intelligatur „de voluntate antecedente, non conſequente. „In voluntate enim Dei, licet non ſit priùs, & po-„ſteriùs, dicitur tamen voluntas antecedens, & „conſequens. Item ſecundùm quod voluntas „poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet in univerſali,

„versali, vel *absolutè*, & secundùm aliquas circum-„stantias,& in particulari. Et priùs est *absoluta* con-„sideratio,& in universali, quàm in particulari,& „comparata. Et ideò voluntas *absoluta* est quasi an-„tecedens,& voluntas alicujus rei in particulari est „quasi consequens. Exemplum de Mercatore, qui „vult omnes merces suas salvare *absolutè*,& hoc vo-„luntate antecedente. Sed si consideret salutem , „non vult omnes merces per comparationem ad a-„lia salvare, scilicet , quando cum salute sequitur „submersio Navis, & hæc voluntas est consequens. „Sic in Deo salus omnium hominum secundùm se „considerata habet rationem ut sit volibilis. Et A-„postolus hic ita loquitur , & sic ejus voluntas est „antecedens. Sed si consideretur bonum justitiæ,& „quod peccata puniantur, sic non vult , & hæc vo-„luntas est consequens.

S. Bernardinus Senensis tom. 2. serm. 5. feriæ quartæ in die cinerum ca. 2. pag. 32. ita sententiosè fatetur: De Domino Apostolus 1. Timoth. 2. ait: Qui vult omnes homines salvos fieri. Quod verbum „exponens Damascenus ait , quòd in Deo est du-„plex voluntas, non quidem ex parte volentis, sed „voliti, scilicet voluntas antecedens , vel *absoluta*, „& voluntas consequens , seu *conditionata*. Volun-„tas autem *absoluta* est , quæ respicit ordinem natu-„ræ , prout à Deo condita est , & quia à Deo om-„ne bonum est volitum, & naturam intellectua-„lem bonum est obtinere salutem, ideò , quan-„tum ex se est , vult omnes homines salvos fie-„ri, quia ad hoc omnes conveniunt in humana na-„tura. Voluntas verò conditionata respicit ordi-

nem

„nem personæ ex parte liberi arbitrii,in quo incidit
„in malum, & quia non est bonum omnes homi-
„nes salvos fieri, nisi sub conditionibus istis, scili-
„cet, ut qui se præparat, & salvari consentit, vult
„Deus salvari per suæ gratiæ largitatem;nolentem
„verò,& suæ gratiæ resistentem Deus non vult sal-
„vari, quia nec bonum, nec justum est. Patet ex-
„emplo: licet enim sol omnes illuminare sit aptus,
„tamen qui oculum claudit, vel se ab eo avertit,
„non illuminatur à Sole. Sic Deus, quantum in se
„est, paratus est omnes salvare, & tamen homines,
„qui obstaculum ponunt, nequaquam salvat. Nihil
accommodatius, nihil splendidius pro doctrina
Sfondrati efferri poterat.

Franciscus Horantius gravissimus Theologus
Ord.Minorum,qui Concilio Tridentino Procura-
tor pro Episcopo Palentino interfuit, & postmo-
dum ad Ecclesiæ Ovetensis infulas evectus fuit,hanc
eruditam attexit ponderationem lib.3. de locis ca-
„tholicis c. 6. D. Paulus dum discipulum eo loco
„persuadet pro omnibus orare, egregiè judicat om-
„nium salutem Deum sitire; parum etiam repug-
„nabimus,si quis hujusmodi Dei desiderium,& vo-
„luntatem,aut conditionalem,aut magis *absolutam*,
„suoq; modo perfectam appellet, modò eam sic o-
„mnes commodissimè exprimamus, Deus vult o-
„mnes homines,& eorum quemq;, salvos fieri,nisi
„obstinatorum hominum gravitas,ac durities divi-
„num à se favorem excutiat.

Vincentius Contensonus piissimus, & solidissi-
mus Theologus ex inclyto Ordine Prædicatorum
primo tom. Theologiæ primæ editionis disp. 9. de
Divina

Divina voluntate cap. 1. ſpecul. 3. pag. 384. habet: „Similiter Deus *abſolutè* vult reprobum ſalvari , „quem tamen attentis variis cauſis ſinit in pecca- „tum labi, & propter peccata damnari.

Petrus de Comitibus Auguſtinianus in tract. de Prædeſtinat. diſp. 2. art. 1. explicans verba D. Thom. 1. par. qu. 19. art, 6. ad 1. ait, quòd S. Doctor nomine voluntatis antecedentis intelligit voluntatem *abſolutam*, qua Deus fertur in hominem, ut homo eſt abſque ullo adjuncto bonitatis, ſeu malitiæ; & nomine voluntatis conſequentis intelligit actum voluntatis, quo Deus fertur in hominem cum adjuncto, hoc eſt, ut bonum, ſeu malum.

Gabriel Vaſquez Theologus præſtantiſſimus in 1. par. diſp. 85. n. 15. ita diſcurrit: Juxta mentem Da- „maſceni, qui priùs hanc diviſionem divinæ volun- „tatis in antecedentem, & conſequentem ex Chry- „ſoſtomo accepit, & nobis explicavit, aliqua etiam „voluntas antecedens eſt efficax, & omninò abſo- „luta, qualis eſt voluntas præveniendi hominem „gratiâ vocationis. Porrò tametſi voluntas, qua ex „ſe vult Deus omnium hominum ſalutem, ſit effi- „cax, tamen non eſt omninò ſub conditione, ſed eſt „voluntas verè abſoluta, licet nonnihil conditionis „includat, quare non ſolùm velleitas, ſed voluntas „nuncupanda eſt. Explicat hanc diviſionem S. Tho- „mas in hoc articulo, qui & exemplo, quo utitur, & „doctrinâ ipsâ mentem Damaſceni apprimè intelle- „xiſſe videtur. Inquit igitur in ſolutione primi ar- „gumenti, eam eſſe voluntatem antecedentem, quæ „circa rem aliquam abſolutè, & ſecundùm ſe conſi- „deratam verſatur, conſequentem verò, quæ eſt cir-

ca rem

,,ca rem cum aliqua circumſtantia. Rurſus n. 20. & ,,21. habet: Inter voluntates antecedentes neceſſariò ,,fatendum eſt, eſſe aliquas omninò abſolutas, & ef- ,,ficaces, ſi explicationem Damaſceni, & S. Thomæ ,,ſequamur. Cùm enim ex eorum ſententia volun- ,,tas antecedens, reſpectu noſtri ſit, quæ ex ſolo ,,Deo, nec ullo modo occaſione noſtrorum operum ,,ortum habet, illa etiam erit antecedens, qua Deus ,, decrevit vocare nos hac aut alia vocatione, quæ ,,omninò abſoluta, & efficax eſt. Sicut enim ex ſua ,,ſola benignitate vocare voluit, ſic etiam nullo im- ,,pediente in tempore vocat, nec talis voluntas vo- ,,candi unquam effectu caret, quamvis ipſa vocatio ,,non ſemper voluntatem noſtram moveat.

Didacus Alarcon in Complutenſi Collegio Societ Jeſu primarius Theolog. profeſſor tract. 3. de Voluntate Dei, diſput. 6. cap. 3. n. 13. firmat hanc aſ- ,,ſertionem: Voluntas antecedens, qua Deus vult ,,omnes homines ſalvos fieri, eſt omninò abſoluta ,, ex parte ſubjecti, & ex parte objecti, & formali- ,,ter eſt ſimplex, virtualiter tamen dicitur efficax, ,, ut tradunt quotquot docent, non eſſe decreta cō- ,,ditionata in Deo, & probant teſtimonia pluri- ,,ma Sanctorũ omniũ aſſerentium, voluntatem hanc ,,eſſe ardentiſſimum deſiderium Dei ſalutis omni- ,,um, & oſtendunt etiam infinita beneficia, quæ ,,Deus omnibus hominibus conſulit, quibus ſuam ,,ſalutem conſequantur.

De Quiros in Collegio Valliſoleti Soc. Jeſu Generalis ſtudiorum Præfectus quæſt. 19. de volunta- ,,te Dei, art. 6. n. 8. Mea, inquit, ſententia ſit, hanc ,,voluntatem Dei antecedentem ſalvandi omnes

„esse absolutam simpliciter, & secundùm quid „conditionatam: & num. 79. dixerat: Deus ex se „efficaciter vult salutem omnium, saltem sub con„ditione, quòd benè vivant, & nemo catholicus „negare potest; Ergo vult *absolutè* omnium etiam reproborum salutem. Georgius de Rhodes disp. 5. de Deo quæst. 2. sect. 2. §. 1. appellat illam Dei voluntatem antecedentem conditionatam, & inefficacem ex parte objecti, at ex parte Dei omninò *absolutam, & efficacem*, allegatque pro hac sententia Suarez, & Ruiz.

Joannes Gisbert in Academia Tolosana Regius Theologiæ Professor tom. 2. Scientiæ Religionis par. 1. de Deo uno, & Trino in serie quæstionum Juris, prævia approbatione Decani illius universitatis edito, ponit q. 3. de voluntate Dei cap. 5. art. 2. „hanc Thesim n. 5. Voluntas generalis Dei salvandi „omnes homines partim est efficax, partim ineffi„cax; formaliter verò, & quoad intentionem *absolu„ta* est, non conditionata.

Videat Censor, an allata Sfondrati propositio sit adeò contraria D. Thomæ, ut nihil magis, unde desinat mirari, quòd Author in ipso libri titulo professus sit, se nodum prædestinationis ex doctrina ejusdem S. Doctoris explicaturum. Ea autem Theologorum testimonia (quibus alia plura adjici possunt) coacervata sunt ad instructionem ipsius Censoris, ut addiscat, modum illum loquendi non esse contra omnes veteres, & recentes Theologos, quamvis re vera, nusquam dixerit Sfondratus, voluntatem Dei antecedentem salvandi omnes esse absolutam relatè ad terminum principalem, id est,

ad

ad salutem omnium hominum, sed dumtaxat relatè ad media omnibus collata, ut ex ejusdem verbis evidentissimum est.

PROPOSITIO XII.

Deus seriò, impensissimè, ac quantum in se est, efficacissimè omnium hominum salutem vult. pag. 2. lin. penult.

PROPOSITIO XIII.

Hanc Dei voluntatem omnes salvandi, quantum ex parte Dei est, efficacem esse, dubitari non potest, pag. 43. lin. 32. superiori propositione eandem voluntatem *absolutam* vocat.

NOTA

HÆc è diametro opponuntur Scripturis sacris, quæ nobis omnipotentiam Dei commendant. In ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ. *Esther cap. 13. num. 9.* Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. *Psal. 113. nu. 11. quæ verba* P*salmistæ expendens Augustinus Enchirid. cap. 43. ait*, quod utique non est verum, si aliqua voluit Deus, & non fecit, quoniam ne fieret, quod volebat Omnipotens, voluntas hominis impedivit. *Vnde ex hujusmodi assertionibus, ut ait adhuc Augustinus eodem lib. cap. 96. Periclitatur „ipsum nostræ fidei confessionis initium, qua nos in „Deum Patrem omnipotentem credere confitemur,*

„*neque enim veraciter ob aliud vocatur omnipo-*
„*tens, nisi quia quidquid vult, potest, nec voluntate*
„*cujusquam creaturæ voluntatis Omnipotentis impedi-*
„*tur effectus.*

DISPVNCTIO.

SUperſediſſet ſanè Cenſor jactanda oppoſitione propoſitionum Authoris contra Scripturam; ſi hæc in ejus libro legiſſet, ſeu potius non diſſimulaſ-
„ſet, nempè: Duæ ſunt voluntates in Deo (ex Commentatore S. Matthæi inter opera S. Anſelmi) eſt
„& alia, quæ eſt de effectibus rerum, de qua dicitur,
„omnia quæcunque voluit fecit, huic nemo poteſt
„reſiſtere, hæc providentiæ concordat ſemper &c.
„item pag. 34. Voluntas Dei non poteſt mu-
„tari, aut vinci. pagin. 39. Divina volun-
„tas eſt immutabilis. pagin. 217. *Nihil eſt*
„*quod tuæ poſsit reſiſtere voluntati, ſi ſalvare de-*
„*creveris Iſrael*, ex Eſther. 13. quæ verba contra Authorem afferuntur à Cenſore, qui potius adnotare debuiſſet; prædictas authoritates evidenter procedere de voluntate Dei efficaci ſimpliciter, & adæquatè, ſeu in actu ſecundo.

Obſervat autem Stephanus Dechamps de hæreſi Janſeniana lib. 1. diſputat. 7. cap. 2. num. 3. Janſenium ad improbandum in Deo voluntatem ſeriam, & impenſam ſalvandi omnes homines fœdè hæreticos expilaſſe, infamemque ex variis illorum ſententiis ac veluti laciniis centonem concinnaſſe, ſic Janſeniani in Gallico Catechiſmo de Gratia ad illam
„interrogationem 66. Voluitne Deus ſolos electos

„salvos fieri? Respondent: Si vellet omnes, ac singulos homines salvare, omnes reipsa salvarentur, quia omnia quæcumque vult in cœlo, & in terra facit, nec est, qui possit ejus resistere voluntati. Urget id ipsum acerrimè Theodorus Beza in Apolog. colloq. Mompelg. pag. 315. Si verè, inquit, & „simpliciter Deus vellet omnes salvos fieri, om„nes necessariò ad salutem perducerentur, quia „voluntas ejus est omnipotentissima. At non omnes actualiter salvantur &c. Urget quoque Hiero„nymus Zanchius de prædest. cap. 5. thesi 11. Cùm „Dei voluntas nulla ratione impediri possit, & sit „omnipotentissima, idcircò nullo modo dici po„test, Deum simpliciter, & propriè velle omnes „in universum homines salvos esse. Et in expli„catione thesis 12. Cùm voluntas Dei sit omnipo„tentissima perfectio, si simpliciter vellet, omnes „salvos fieri, omnes salvi fierent &c. Ideo psal. 113. „dicitur: quæcunque voluit Dominus fecit in cœ„lo, & in terra. Rursus paucis interjectis: Cæterùm „pugnat cum Dei omnipotentia, & majestate dice„re, Deum aliquid simpliciter velle, & illud non „fieri; quare si qui non salvantur, dicendum est „ Deum noluisse simpliciter illos salvari &c. Deducit exhinc Dechamps, tritum illud esse, & familiare Calvinianum argumentum, quo Janseniani rem confici, & suos exarmari adversarios putant.

N O T A.

NEque potest dici, *hac verba Authoris*, efficacem, & efficacissimam *esse Dei voluntatem salvandi omnes, commodè intelligi posse, atque eo plane sensu, quo Apostolus absolùtè dicit, Deum velle, ut omnes salvi fiant, tametsi non omnes salventur. Non enim licitum est in rebus* Theologicis *verborum significationem immutare, & ea novo prorsus sensu contra communem, & apud omnes receptum, intelligenda proponere, quia, ut ait Hieronymus*, ex malè ordinatis verbis sæpè hæresis incurritur, *quod quidem hic accidit, supra enim vidimus ex S.* Thoma *1. q.19.art. 1.ad 1. antecedentem Dei voluntatem, potiùs dicendam velleitatem, quàm voluntatem absolutam, cùm è contrario hac verba Authoris*, scriò, impensissimè, efficax, efficacissima, absoluta voluntas *in sensu obvio, & apud omnes recepto voluntatem Dei simpliciter absolutam significent, quæ si non impletur, jam Deus non est omnipotens.*

D I S P U N C T I O.

SOlerter adnotavit Bernardus Guyard in opere inscripto: *Discrimina inter doctrinam Thomisticam, Iansenianam* lib.2.qu.5.art.8, quod: Jansenius Iprensis contradicit Doctori Angelico quoad illam distinctionem, quia vulgò dicit, quòd Deus vult omnium salutem, *quantùm in ipso est*. Hæc enim ultima clausula non illi arridet. *Quòd si*, inquit Cornelius apud eundem, *ab authoribus istis quæratur, quomodo non omnes salvi fiunt, si Deus velit omnes salvos fieri, cum ejus omnipotentissimæ voluntati nihil resistere possit, di-*

cere

„*cere solent, Deum omnes homines velle salvos fieri, quan-*
„*tum in ipso est.* Verùm non tantùm ista expositio
„non placet illi, imò contrariam divinæ sinceritati
„dicit; sed modum illum loquendi familiarem esse
„D. Thomæ, qui in ejus lectione versati sunt, non
„possunt ignorare. Celebris est locus ille lib. 3. cont.
„Gentes cap. 159. in quo postquam ostendit, quòd,
„licèt in potestate hominis non sit, nec promereri,
„nec advocare gratiam Dei, potest tamen impedire
„ne eam recipiat, propter quòd justè rebellis gra-
„tiæ dicitur, & peccatum illi imputatur, addit se-
„quentem rationem, *quia Deus in quantum est in se,*
„*paratus est omnibus gratiam dare, vult enim omnes ho-*
„*mines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire.*
„Sic altera authoritas, quæ est Principis Apostolo-
„rum, Deus patienter agit propter vos nolens ali-
„quos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti;
„quam etiam ad ostendendum Deum velle omni-
„um salutem à Theologis malè impendi, scribit
„Jansenius, eandem in S. Thoma interpretationem
„recipit; *vel secundùm Damascenum*, inquit, *non vult*
„*aliquem perire voluntate beneplaciti antecedente, quia*
„*facit quod in ipso est, ad nostram salutem.* Quamvis e-
„nim voluntas Dei ex se per consensum liberi arbi-
„trii efficax non reddatur, modus iste loquen-
„di, quantum est in se, cùm illa voluntate efficaci
„non est incompatibilis. Ab aliis abstineo, si-
„cut & in hac parte ab ejus discipulis, in quo-
„rum scriptis nihil frequentius, quàm hæc clau-
„sula *in quantum in ipso est* legitur, quis autem in
„animum suum inducere poterit expositionem S.
„Thomæ super locum Apostoli vult omnes &c.

„Esse contrariam divinæ sinceritati ? solus Jansenius.

Deum autem seriò, impensissimè, & quantum est de se efficacissimè velle salutem omnium hominum est constantissima, & exploratissima veritas à pluribus SS. Patribus, & Theologis ex sacris Scripturis deducta, ut etiam ex dispunctione sequentium notarum constabit. In antecessum verò observamus, voluntatem Dei antecedentem salvandi omnes, ut non semel dictum est, esse efficacem, quantum est ex parte Dei, seu si homines velint, seu si auxilijs consenserint; adeòque non esse absolutam ex parte termini principalis, qui est salus omnium hominum, sed conditionatam, & coarctari ad finem, ut stat sub tali conditione, & non aliter. Undè cum volitione finis conditionatâ stat nolitio ejusdem, si non purificetur conditio, & utraque, tam volitio, quàm nolitio, quæ erat antecedenter ad conditionem, transit ad volitionem, vel nolitionem absolutam, consequenter ad purificatam, vel non purificatam conditionem, & per consequens efficacia voluntatis conditionatæ non consistit in hoc, quod fiat effectus absolutè, sed quod fiat, si purificetur conditio. Cùm hoc tamen optimè cohæret, quòd illa voluntas Dei de salute omnium non sit inefficax ex eo, quòd salus omnium non sortiatur suum effectum. Siquidem nulla voluntas conditionata finis redditur inefficax ex eo, quòd finis volitus non sortiatur absolutè effectum suum. Sicut enim se habet efficacia volitionis divinæ absolutæ in ordine ad effectum absolutum, ita se habet efficacia volitionis divinæ conditionatæ in ordine ad effectum conditionatum,

tum,& per consequens sicut volitio divina absoluta est efficax, per hoc,quod effectus ex vi illius est absolutè futurus, ita volitio divina conditionata est efficax per hoc,quod effectus est ex vi illius conditionatè futurus. Porrò non potest per id,quod ex voluntate alicujus fit eo modo,quo fieri vult,reddi inefficax talis volũtas,cum efficacia voluntatis consistat in hoc,ut fiat,quod vult, & eo modo, quo vult. Aliquos autẽ non salvari, non purificata conditione cooperationis ex parte ipsorũ, fit ex vi ipsiusmet voluntatis divinæ de salute omnium alligatæ huic conditioni,si cooperentur,& non aliter, cũ hæc ipsa volitio de salute omniũ sub hac conditione involvat nolitionẽ de salute omniũ,nõ posita cõditione. Idcircò per hoc, quod aliqui non salvantur,non purificata conditione cooperationis,non potest reddi inefficax voluntas Dei conditionata de salute omnium;immò esset inefficax,si omnes etiam non cooperantes salvarentur,& hoc contrariaretur illi voluntati,quâ fertur in salutem omnium cum particula taxativa,prout stat sub conditione cooperationis, & non aliter. Hinc fit,ut salus omnium,non impleta conditione,esset contra efficaciam voluntatis divinæ, quæ vult talem salutem non simpliciter, sed sub tali modo, & tali conditione. Quod egregiè animadvertens S.Thom.1. par. quæst. 15. art. 8. in „corpore dicit: Ex eo, quod voluntas Dei sit ef„ficacissima,non solum sequi, quod fiant ea, quæ „Deus vult, sed etiam quod eo modo fiant, quo Deus fieri vult. Cùm ergo Deus velit salutem omnium hominum non simpliciter, sed ut stat sub conditione cooperantis contingenter ex

parte libertatis humanæ, hoc ipsum est juxta voluntatem Dei, ut salus omnium non sequatur, quando contingit deficere id, quod requiritur ex parte aliquorum. Quare optimè salvatur divinam voluntatem semper impleri, prout fertur ad volitum non secundùm se, & simpliciter, sed conditionatè, & ut stat sub tali modo contingenti. Tota æquivocatio Censoris est, quod efficaciam voluntatis conditionatæ à Sfondrato assertam constituit in sortitione effectus absoluta, quæ est extra terminos tali efficaciæ proportionatos.

Nequid autem ad exactam hujus notæ solutionem desideretur, paucis explicandum est cum Didaco Ruiz disp.20.de volunt.Dei sect.4.n.18. quomodo voluntas illa Dei antecedens salvandi omnes velleitas dici possit: Velleitas, ait, quæ non vult ex „parte sua præstare, quæ præstare requirit illud bo„num, quod per eam est volitum, illa videtur esse „propria voluntatis ignavæ; sed aliter se habet Dei „velleitas, quæ multò melius significatur verbo in„dicativi dicendo. Deus vult, omnes homines sal„vos fieri. Tunc enim maximè velleitas significa„tur verbo indicativi, quando ex parte volentis „nihil deficit, quo minus obtineatur effectus voli„tus, nam talis volitio est particulariter efficax, & absoluta.

Hinc Bernardus Guyard.in quæstione nuper laudatâ art.7. opportunè animadvertit: Tantæ esse „necessitatis explicationem illius sententiæ Pauli„næ: *Deus vult omnes homines salvos fieri*, ut exindè „pendeat explicatio, an Christus Dominus pro o„mnibus omninò hominibus mortuus sit. Quod

cùm

„cùm à longè perſpexerit Janſenius, voluntatem „antecedentem pro omnium ſalute in Deo extinguere, aut inutilem efficere conatur. *Poſtquam peccata* (verba ſunt Janſenii) *jam ab hominibus inducta „conſiderantur, antecedens voluntas in ſola præciſione „mentis, adeoque nudâ quadam velleitate, nihil omninò „gratia cauſante, conſiſtere poteſt, quod ex eo manifeſtiſ„ſimè patet, quia talem antecedentem voluntatem etiam „erga damnatas creaturas ſive hominum ſive Angelorum „Deus habet*. Obſervat idem Guyardus articulo octavo ſequenti: Janſenium jactare, quòd S. Thomas ſuper allegatum textum Apoſtoli ſecutus eſt duas explicationes S. Auguſtini, quarum prima fit per diſtributionem accommodam, altera per diſtributionem, non pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum, quæ duæ ſolùm prædeſtinatos reſpiciunt, non autem omnes omninò homines. „Fateor, inquit Guyardus, & non ſolùm hoc i„bi habet S. Thomas; ſed etiam in prima parte, „ſed nonne addit, & admittit tertiam explicatio„nem de voluntate antecedente, per quam omnium „vult ſalutem? Sed quia vim facit Iprenſis in „Commentariis S. Apoſtoli, quare non deſcen„dit uſque in finem iſtius lectionis primæ? Inve„niſſet enim, quòd homo Chriſtus Jeſus eſt media„tor Dei, & hominum, *non quorundam*, ſed inter „Deum, & *omnes homines*, poſt quæ ſanè gloriari „auſus non fuiſſet, habere ſe favorabilem S. Tho„mam, nam ly *non quorundam* pertinet ne ad diſtri„butionem accommodam, ſive ad diſtributio„nem pro generibus ſingulorum, non pro ſin„gulis generum? Nonne potiùs denotat, eum

velle

velle salutem omnium omninò hominum, hoc „est, omnium individuorum naturæ humanæ? Deindè explicat, quomodo S. Doctor illam expositionem de distributione accommoda tantùm pro prædestinatis usurpans, eam de voluntate consequenti, quæ simpliciter voluntas dicitur, intelligit, quando verò eam ad omnes omninò homines extendit, tunc ipse loquitur de voluntate antecedenti, quæ dicitur velleitas per respectum ad voluntatem consequentem, quamvis illa dicat actum formalem in Deo. Undè quæst. 6. art. 2. refert hanc egregiam sententiam Dominici Soto, in 4. dist. 15. q. 1. art. 1. Dominicus Soto, inquit, quem Calvinus in disp. sup. Concil. Tridentinum, Regentem Concil. Tridentini prædicat, mentem utique Patrum circa mortem Christi apprimè novit; Sic autem ait, quòd: Bo„nitati divinæ nullum magis nativum est in operi„bus ad extra se factis, quàm omnes homines, ut ait Paulus, salvos facere. Hoc enim uno proposito illos creavit, atque hac siti eos redempturus de cœlo descendit, ut NEMINE EXCEPTO, suam eis beatitudinem impertiret.

PROPOSITIO XIV.

Manifestum est, Deum non tantùm seriò omnium salutem velle, verùm etiam ad hanc consequendam non avarè, non parcè, sed effusissimè, quantum est de se, omnia media suppeditare, quæ non modò sufficiant, imò abundent; pag. 128. lin. 25.

NOTA.

Qvàm hæc falsa sint, infantes ipsi, ut loquitur Augustinus lib. 4. contra Iulianum cap. 8. sua taciturnitate convincunt: quandoquidem eos vel in sinu matrum, vel statim atque lucem aspexerunt, antequam ad Baptismum pervenerint, extinctos, omnia media ad salutem consequendam necessaria non habuisse, res ipsa per se clamat.

DISPUNCTIO.

INstantia illa de parvulis absque Baptismo decedentibus à V.C. Ludovico Bail Doctore Theologo Ecclesiæ Parisiensis Propœnitentiario in libro de beneficio Crucis Parisiis impresso anno 1653. par. 3. art. 7. rectè vocatur Achilles Jansenistarum, ibiq; „egregiè docetur: Quòd etsi discernerentur parvu„li ab adultis in hac causa, non iniquum videretur, „quia parvuli igne perpetuo non torquentur post „mortem, sicut adulti: quare si salus esset impossi„bilis parvulis, cùm ex hoc torqueri non debeant „in æternum, tolerari posset; sed quòd sit impossi„bilis adultis, quibus aliter paratum est incendium „sempiternum, ut non possint aliter esse, quam in „inferno, quaquà se vertant, hoc horrescit animus, „& intollerandum videtur iis, qui de Deo sentire norunt in bonitate ejus. Nihilominus præfata objectio nullatenus tangit Cardinalem Authorem, qui pag. 29. & 48. expressè excipit infantes absque Baptismo decedentes, ut nos supra specialiter explicavimus.

NO-

NOTA.

Quid de omnibus gentibus, quos ante adventum Christi vias suas ingredi dimisit Deus? Certè de his S. Prosper in respons. ad cap. 8. Gallorum sic habet: Si circa universi-„tatem generis humani salvandam, & in agnitionem ve-„ritatis vocandam ita indifferens per omnia sæcula asse-„renda est voluntas Dei, & usquequaque neminem ho-„minum prætermisisse monstretur, impenetrabilis judicio-„rum Dei altitudo pulsatur. Quare enim in præteritis sæ-„culis dimiserit Deus omnes gentes ingredi vias suas, quan-„do Iacob elegit sibi Dominus. . . quare quod quærebat „Israel, non est consecutus, electio autem consecuta est, cæ-„teri verò excæcati sunt, impossibile est comprehendere, & „perniciosa curiositatis est quærere.

DISPUNCTIO.

HUic objectioni ita satisfit in Enchiridio Concilij Coloniensis de Sacramento Pœnitentiæ fol. 93. edit. Paris. anni 1558. nimirum. Constat „Deum nulli hominum gratiâ illâ generaliùs acce-„ptâ deesse, adeò ut nullus sit peccator tam scele-„stus, cui Deus quoad in hac vita superstes fuerit, „hanc gratiam penitùs subtrahat &c. Vel Pharao, „vel Judas traditor exemplo esse possunt, quam „liberalis sit Deus in hac gratia subministrandâ. „Quòd autem Act. 14. legimus, dicente Paulo ad vi-„ros Lystrios, Deum in præteritis generationibus „dimisisse omnes gentes ingredi vias suas, non sic intel-

,,intelligendum, quasi Deus gentes suâ gratiâ dese-
,,ruerit. Qui enim non reliquit se expertem testi-
,,monii, hoc est, qui beneficiis innumeris testifica-
,,tur se esse Deum optimum, & maximum, qui om-
,,ne genus hominum inhabitare facit super terram,
,,ut quærant eum, adeòque declarat se eum esse, qui
,,det omnibus vitam, & inspirationem & omnia,
,,sequitur non longè esse ab unoquoque nostrum,
,,quod in ipso vivamus, moveamur, & simus, isne
,,putandus est ulli genti gratiam suam prævenientem subtraxisse? Deinde declaratur, quomodo Deus peccatores gravioribus vitiis implicatos deserat.
,,Factum est, ut gentes Dei gratiam contemnentes
,,ac repudiantes dimissæ sint ingredi vias suas. At-
,,que eadem omnino ratione fit, ut non omnes illos
,,motus gratiæ specialis omnibus peccatoribus
,,Deus impertiat. In causa est enim peccatoris ob-
,,duratio gratiam illam communem seu generalem negligentis, & repudiantis.

Tametsi Deus: In hæc verba quoque respondet Bail modò laudatus art. 17. Dimiserit gentes in-
,,gredi vias suas, non impedit istud, quin auxilia
,,quædam interiora ad vitanda pleraque peccata, &
,,aliquod bonum operandum acceperint, Deus e-
,,nim dicitur deserere, non denegatione omnimo-
,,modæ gratiæ, sed non appositione quarumdam
,,gratiarum magis specialium, quas omnibus non
,,concedi apud nos indubitatum, sed vel illas, vel
,,quandam gratiam generalem parciùs, & occultiùs
,,omnium hominum corda pulsantem, cùm dispa-
,,res sint mensuræ, & quantitates gratiarum,
,,quantò meliùs ex aliis verbis ejusdem S. Prosperi

„confici poteſt , gratiam ſufficientem dari etiam „his, qui pereunt; Sic enim loquitur in reſponſio- „nibus ad objectiones Vincentianas in fine: Qui e- „nim voluntatem Dei ſpreverunt invitantem, vo- „luntatem Dei ſentiunt vindicantem. Tum ſubdit hanc ſententiam ex lib. 2. de vocat. Gentium cap. „10. Manifeſtaverunt, inquit, divinorum eloquio- „rum multæ authoritates, & continua omnium ſæ- „culorum experimenta docuerunt, juſtam Dei mi- „ſericordiam, & juſtitiam nec alendis unquam cor- „poribus hominum, nec docendis, juvandiſque „eorum mentibus unquam defuiſſe. Ex eodem Authore operis de vocatione Gentium ſubnecti poſſunt alia luculentiſſima teſtimonia ab Eminentiſſ. Scriptore deprompta pag. 16. 133. 149. 153. 190. quibus addere viſum eſt hoc aliud ex lib. 2. cap. 4. ubi explicatur, quomodo Deus ante Chriſti adventum dimiſerit omnes gentes vias ſuas ingredi: Quam- „vis ſpeciali cura, inquit Author ille, atque indul- „gentiâ Dei populum Iſraeliticum conſtet electum, „& omnes alias nationes ſuas vias ingredi, hoc eſt, „ſecundùm propriam permiſſæ ſint vivere volun- „tatem, non ita ſe tamen æterna Creatoris bonitas „ab illis hominibus avertit, ut eos ad cognoſcen- „dum ſe, atque metuendum, nullis ſignificationi- bus admoneret. Et cum deſcripſerit gratiam internam cum externa conjunctam à Deo omnibus „collatam, pergit: Quoniam etſi longè eſt à „peccatoribus ſalus, præſentiâ tamen ſalutis „ipſius, ac virtute nihil vacuum eſt &c. Sicut enim „iſta gratiæ largitas, quæ in omnes gentes effluxit, „non evacuat eam, quæ ſuper unum Iſrael ſub

lege

,, lege roravit, nec præsentes divitiæ fidem præte-
,, ritæ abrogant parcitati, ita nec de illâ curâ Dei,
,, quæ Patriarcharum filiis propriè præsidebat,
,, conjiciendum est, gubernacula divinæ misericor-
,, diæ cæteris hominibus fuisse subtracta. Qui qui-
,, dem in comparationem electorum videntur ab-
,, jecti, sed nunquam sunt manifestis, occultisque
,, beneficiis abdicati.

Ast ambages omnes à Censore inductas his verbis Eminent. Sfondratus evertit: Si enim Deus,
,, inquit pag. 122. quantum ex se est, vult omnes
,, efficaciter, impensèque salvari, sequitur non
,, minùs efficaciter, impensèque media, & grati-
,, as homini dari, quibus hunc finem obtinere pos-
,, sit, voluntati enim finis respondet voluntas, &
,, cura mediorum. Vel igitur reprobanda est illa
,, Dei voluntas efficax secundùm se salvandi om-
,, nes, vel si hæc admittitur, rejici nequaquam po-
,, terit, Deum effusissimè, quantum est de se, om-
,, nia media abundanter suppeditare: Unde S. Joannes Chrysostomus homil. 7. in Joannem hæc præclara habet: Gratia in omnes diffusa est, non
,, Judæum, non Gentilem, non Barbarum, non
,, Scytham, non liberum, non servum, non virum,
,, non mulierem, non senem, non juvenem aversa-
,, tur, omnibus autem facilem se præbet, omnes
,, pari honore vocat. Consonant Augustinus lib. de Genes. ad lit. Author lib. de vocatione Gentium. l. 2. S. Cyrillus lib. 1. in Joannem, & doctrina scholæ Sorbonicæ apud Philippum Gamachæum de grat. ad quæst. 3. c. 5. Pagani, inquit, in summâ rerum divinarum ignorantiâ, & caligi-

„ ne versantes, nec ullam Evangelii lucem habentes præter „ lumen naturæ, habent adhuc varias inspirationes supernaturales quibus præveniuntur & excitantur, quibus si assensum præbeant, futurum est, ut Deus cætera ad salutem necessaria illis suppeditet, illosq; erudiat, vel per se immediate, vel per Angelos, vel per homines, sicut de Centurione, de Eunucho, & aliis legimus.

Habertus Episcop. Vabrensis lib. 2. de grat c. 6. n. 1. affert illud testimonium Gamachæi 12. ad qu. 3. c. 5 prop. 2. his verbis: Philippus Gamachæus vir qualis! quantorum ἀντάξιος, Gratia sufficiens, ait, nemini denegatur, sed datur „ re verâ omnibus cujuscunque sortis, status, & conditionis „ fuerint, nec solum electis, sed etiam reprobis; assertio est „ contra Calvinum, & probatur ex scripturis &c.

Deinde exscribit verba Andreæ Duvallii, quem paulò post vocat professorem Regium magni nominis, & insignis notæ, & postea Isamberti, & tum subdit: Professores hodierni do„ ctiss. in Sorbonæ, & Navarræ Regiæ numerosissimis scho„ lis, quæ sunt turres David, ex quibus pendent mille clypei „ omnis armatura fortium, Hennequinus, Dautruvius, Pe„ reretius, Lemoinus, Robertus Duvallius & alii eandem sen„ tentiam contra hæreticos sentiunt, & docent.

NOTA.

Quid deindè de tot barbaris nationibus, quas à ducentis annis in novo Orbe Europæi invenerunt, quasq; etiam nunc in novis subindè tractus penetrantes inveniunt, in quibus vix ullum veri Dei cultus vestigium occurrit, an apud illos omnibus, & singulis hominibus tam adultis, quàm infantibus semper omnia ad salutem consequendam media effusissimè à Deo suppeditata fuisse dicemus?

DISPUNCTIO.

Audiat de illis tot barbaris nationibus Censor responsum testis omni exceptione majoris: Iapones ut refert S. „ Francisc Salesius l. 4 de amo. Dei c. 5. Apostolo suo B Fran„ cisco Xaverio querebantur de eo, quod Deus, qui tantam „ curam habuerat aliarum nationum, suorum oblitus fuisse „ majorum videretur, cum eis sui ipsius cognitione non fa„ vissct, defectu cujus perditi fuerant. Vir Dei respondit, di„ vinam legẽ naturalem sitam esse in spiritu omnium mor„ talium, quam si prisci sui custodissent, absq; dubio illos lux „ cælestis illuminasset, sicut è contra quia eam violarũt dam

nari

nari meruere Tum Salesius divinitùs edoctus pergit: Re-
„ sponsio Apostolica Viri Apostolici, & omninò similis rati-
„ oni, quam magnus Apostolus assignat perditionis antiquo-
rum Gentiliū, (Ecce aliud responsū de gentibus ante Christi
adventum, quod Censor opposuerat.) Quæ eos inexcusabiles
„ facit, nam cum cognovissent bonum, secuti fuerūt malum,
„ quod est uno verbo, illud quod illis intimat in 1. cap epist.
„ ad Roman. miseriam supra miseriā eis, qui non agnoscunt
„ perditionē suam à malitia suâ dimanare: Assignat
„ paulò antè rationem S. Præsul, quia Deus sol justi-
„ tiæ supra OMNES diffundit sufficienter, aut ut me-
„ lius dicam, SUPERABUNDANTER radios suarum
„ inspirationum corda nostra suis benedictionibus
„ calefacit, unumquemque pulsando illecebris sui
„ amoris. Item ex lib. 2. de amore Dei c. 8. Deus,
inquit, non relinquit nobis inutilitèr inclinatio-
„ nem naturalem ipsum amandi, sed ut illa non re-
„ maneat otiosa, hoc præcepto generali nobis
„ præcipit eà uti, & ut hoc præceptum executio-
„ ni mandari possit, *nullum* relinquit *hominem viven-*
„ *tem*, cui ipse non donet *abundanter omnia media*
„ ad hoc necessaria. Sol visibilis omnes attingit suo
„ calore vivificante, & velut amator universalis re-
„ rum inferiorum in eas immittit vigorem neces-
„ sarium ad rerum productionem; ità pariter divi-
„ na bonitas vivificat omnes animas, & largitur
„ robur omnibus cordibus ad ipsam amandam,
„ absque eò quod nemo sit absconditus suo calo-
„ ri. (& infra) Deus non donat nobis solùm sim-
„ plicem sufficientiam mediorum ad ipsum aman-
„ dum, & ejus amore ad nos salvandum, sed *copi-*
„ *am opulentam, amplam, magnificam, dignam tàm ma-*
„ *gnâ bonitate*, uti est divina &c. Non exercet ergò
„ Deus simplicem sufficientiā remediorum ad con-
„ vertēdos obstinatos, sed ad id applicat divitias suæ

„ bonitatis. Apoſtolus oppoſuit divitias bonitatis
„ theſauro malitiæ cordis impœnitentis, & loqui-
„ tur de corde malitioſo, & tam pleno iniquitate,
„ ut contemnat etiam divitias manſuetudinis, quâ
„ ipſum pertrahit Deus ad pœnitentiam; & no-
„ tetur, quòd obſtinatus non ſpernit tantùm di-
„ vitias bonitatis divinæ, ſed divitias trahentes ad
„ pœnitentiam, ita ut *nemo* poſſit veraciter ignora-
„ re hanc divitem, opulentam, fæcundam, & co-
„ pioſam abundantiam mediorum, quæ Deus lar-
„ gitus eſt peccatoribus ad ipſum amandum, *id cer-*
„ *tum videtur quaſi in tota Scripturâ*: O quàm multa
quàm paucis! Videat Cenſor, quàm aptè hæc con-
cinant Sfondrato.

N O T A.

Certè ſi hæc tàm incredibilia, atque ipſis rerum experimentis contraria tanquam ad defendendam Dei cauſam neceſſaria, ita in Eccleſia proponuntur, valdè timendum eſt, nè Hæreticis, Iudæis, Mahometanis, imo & tot impiis libertinis, atque Atheis, quibus hoc ſæculum abundat, occaſio detur, Eccleſiam, & fidem catholicam ſubſannandi.

DISPUNCTIO.

CAveat Notator hipercriticus, quid ipſa univerſalis Eccleſia in Lectionibus Breviarii Romani pro die feſto S. Antiſtitis atteſtetur de S. Franciſci Saleſii ſcriptis, quibus ſupereminet iſte tractatus de amore Dei: Suis etiam ſcriptis cæleſti doctri-

„ doctrinâ refertis ecclesiam illustravit, quibus i-
„ ter ad christianam perfectionem tutum, & pla-
„ num demonstrat.

Hæc autem de tractatu amoris Divini à Sancto Præsule conscripto memoriæ consignavit Christophorus Giarda Episcopus Castrensis tum religione, tum pastorali zelo probatissimus in compendio ejus vitæ lib. 2. c. 24. Ipse ait, complanavit,
„ & facile reddidit animabus piis iter valdè cer-
„ tum ad montem perfectionis ex communi sen-
„ tentiâ Academiæ spiritualium, & meritò con-
„ secutus est Lauream, & Magisterium hujus ar-
„ tis artium ..... Franciscus tractans de amore
„ Dei simul junxit praxim cum theorica, nec docuit
„ alios nisi id, quod prius expertus fuerat in se ipso,
„ non sunt ejus præcepta meræ speculationes, sed
„ reales experientiæ, non inventiones ingenii, sed
„ operationes affectus, neque hoc opus fuit par-
„ tus naturæ, sed donum gratiæ, nec illud eruit
„ ex suo marte transmittens posteris proprias con-
„ siderationes, sed id didicit ex unctione spiritûs,
„ & exercitio cordis. Prius fecit, posteà scripsit,
„ priùs operatus est, posteà docuit.... Deniq; tra-
„ ctatus Dei aliud non est, quã epitome exercitiorũ
„ spiritualium cũ cælesti sponso præhabitorum &c.

Sed ne pigeat ad fastidium usque congerere, & inculcare aliorum Patrum, & Doctorum testimonia ad rem tanti momenti firmandam. Familiam ducat S. Paulinus Nolanus epist. de Gazophilac.
„ Patent, inquit, thesauri bonorum Dei, & divi-
„ tiæ bonitatis ejus in promptu sunt, ut unusquis-
„ que non exspectet accipere, sed ultrò sibi rapiat,

„ quantum velit .... ob hoc quantum in ipso est
„ omnem hominem vult salvum fieri, quia in omni
„ homine opus suum diligit, & impensè tibi lar-
„ gitus est de suis opibus, si tu tibi ipsi non sis in-
„ vidus, & avarus de iis, quæ Deus tua fecit,
„ non ut causa tibi ad mortem, sed ut pretium ad
„ vitam forent. O abundantia bonitatis Dei &c.
S. Ephrem Syrus serm. de compunctione cordis:
„ Divinam providentiam, ait, & in nos munifi-
„ centiam quantaque nobis quotidiè largiatur,
„ consideremus universi. Semper ejus gratia cor-
„ da nostra visitat &c. Et postquam multa dixit
de benignitate, quæ Deum compellit, ut semper
visitet etiam peccatores, à quibus repellitur, ad-
„ dit: Cernis quantò desiderio salutem nostram si-
„ tiat, quantopere nos salvare cupiat? Cardinalis
„ Hosius, qui Legatus Summi Pontificis Conci-
lio Tridentino præfuit, in confessione fidei capite
„ 68. scribit: Sicut Sol in suo splendore permanens
„ illuminat revelatâ facie fulgorē suum speculan-
„ tes, eodem modo, & lux Christi splendet qui-
„ dem omnibus, ditissimè eis largiens suam clari-
„ tatem. Episcopus Roffensis lib. contra Luter. art.
„ 36. Præsto est Deus cuique volenti fidem, &
„ gratiam elargiri suam, jam hujus incomparabi-
„ lis thesauri cunctis factâ potestate. Enchiridion
Coloniense in tit. de sacram. pœnit. Misericors
„ Deus vult omnes homines salvos fieri quoad se
„ attinet voluntate antecedente; quòd verò re-
„ probos damnat, fit voluntate consequente,
„ quod justus sit eos, quibus præbita est OMNIS
„ OCCASIO consequendæ saluti, nec apprehen-
dere

„ dere voluerunt, damnare &c. Deus adeò vult „ omnes homines salvos fieri, ut nemini quantum- „ libet scelerato gratiam suam subtrahat: Universitas Duacena lib. inscripto: Veritas, & Æquitas Censuræ Pontifici &c. Omnes illustrationes, & „ inspirationes, quæ non desunt infidelibus, sunt „ gratiæ Christi, ad cuius fidem disponunt remo- „ tissimè. Infideles carere gratiâ sufficienti ad sa- „ lutem tam proximâ quam remotâ, & omnibus „ principiis ejus, non est benè sentire de gratiâ „ Christi, & copiosa redemptione. Et pagina „ 95. Nemo autem est, qui auxilium quoddam „ speciale, illustrationem, piam motionem &c, „ non percipiat: Matthæus Ory Doctor Parisiensis Ordinis Prædicatorum, qui tempore Francisci I. Inquisitorem fidei Lutetiæ agebat, libro contra hæreses folio 13. Speciale Dei auxilium nemi- „ ni denegatur, sed omnibus velùt lumen Solis „ diffunditur, ita ut non sit acceptio personarum „ apud Deum, cum non sit Deus Judæorum tan- „ tùm, sed & gentium: Ruiz disputatione 69. de scientia Dei sectione 10. numero 7. Deus „ quantum ex se est, ardentissimo amore desiderat „ reproborum conversionem, & salutem, validissi- „ misque mediis, & auxiliis procurat eandem.

Excipiat tandem Censor doctas has voces Francisci Horantii supra laudati libro 1. de locis catholicis pag. 52. Gratia sufficiens & necessaria, „ ait, est omnibus parata non minus quàm sit per- „ via oculis nostris lux hæc materialis, imo nolen- „ tes, & reluctantes humanissimè provocat, at- „ que inexcogitabili arte impiorum etiam pecto-

 ribus

„ ctoribus, quæ nostri Salvatoris benignitas est & „ humanitas, sese insinuat, & undique miserentis „ Dei divitiæ prodeuntes se se nobis ostentant etiam peccatoribus, & malis. Sed audiatur Calvinus lib. 2. c. 2. sect. 6. *Phanaticos nihil moror, qui gratiam pariter, & promiscuè expositam esse garriunt.* „ Sit ut lubet, simus nos phanatici, simus garruli, „ simus divinæ gratiæ expositores, modò id crimen nobis commune sit cum antiquis Prophetis, cum Apostolicâ majestate, cum universâ „ Sanctorum multitudine, utriusque Ecclesiæ veteris, scilicet, ac novæ, Græcæ, & Latinæ, utrum „ magis præoptandum nobis cum his recensitis nos „ male audire à Calvino, an bene nobis esse cum „ istâ suâ maledicentiâ? Viderit Censor, cui suffragetur magis, utri accedere malit. Sibi placeat, sibi plaudat, sibi sapiat, quantum volet Notator, tot criminum reos agat laudatos Doctores, aliosque plurimos his consentaneos, tot accusationibus illos oneret, Sfondrato optatius est à talibus cum talibus accusari, quàm absolvi.

PROPOSITIO XV.

Palam est, nullum omninò hominum esse ...., quem Christus nolit efficaciter, quantum est de se, salvum esse; pag. 17. lin. 20. Quod si nihil scriptura, nihil Patres de hoc Dei omnes homines salvandi propositoloquerentur, id ipsum apertissima ratio convinceret, cui nemo, nisi expers rationis repugnare possit pag. 18. lin. 18.

NOTA

NOTA.

Quod Christus omnium salutem voluerit, proque omnibus sanguinem suum fuderit, nullus dubitat Catholicus; at quod efficaciter pro omnium, ac singulorum hominum salute sanguinem suum Deo Patri obtulerit, negabit profectò, non qui, ut ait Author, rationis expers fuerit, sed quisquis meminerit, Christum jam jam iturum ad mortem, dixisse patri: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, qui tui sunt *Ioann. 17. v. 9. Item quisquis novit eum orantem ad Patrem non potuisse non exaudiri pro suâ reverentiâ; Hebraeorum 5. versu 7. Denique quisque ex doctrina gratuitae predestinationis, agnoscit Deum solis electis salutem aeternam absolutâ voluntate dare decrevisse, ex quâ voluntate pendet series illa gratiarum, & beneficiorum, quibus certissimè liberantur, quicunque liberantur, quorum utique potissimum est perseverantia donum.*

DISPUNCTIO.

Calumniosam obtrudit in hac notâ imposturam Censor, argumentatus à propositione modificata termino diminuente, & particulâ taxativâ ad propositionem ampliativè, & nullo addito diminuente affectam. Author in delatâ propositione expresse ponit voluntatem efficacem Christi *quantum est de se* circa salutem omnium. Dum ergò Notator exindè transit ad voluntatem Christi simpliciter, & adaequatè efficacem, manifestam patefacit suam inscitiam, vel dolum. Porrò de volunta-

te Christi Domini, utpotè quæ fuit semper divinæ Patris voluntati perfectissimè conformis, discurrendum est in præsenti materiâ eodem modo, quo de voluntate diviná superiùs locuti sumus. Propterea Christus voluntate generali antecedenter quãtum est de se efficaci voluit, ut omnes homines, qui per peccatum Adæ perierant, per media quædam convenientia salutem æternam consequerentur, sicut, & sciebat Deum Patrem eo modo velle omnes homines salvos fieri. Undè cum maximo pietatis sensu scripsit S. Franciscus Salesius introductionis suæ part. 5. cap. 13. quòd sicut olim summus Sacerdos super pectus in rationali suo filiorum Israel nomina descripta gerebat, ita Christus Dominus, ut veritas figuræ responderet, omnes homines verè in corde suo expressis omnium, & singulorum propriis nominibus habuerit, & sic omnibus, & singulis meritorum suorum fructus distribuerit. Item lib. 2. de Amore Dei cap. 4. in fin. declarans S. Præsul summum beneficium Redemptionis generi humano à Domino communicatum edisserit: Ita demonstravit Dominus divi-
„tias suæ bonitatis in hac Redemptione copiosâ
„abundanti, superabundanti magnificâ & exces-
„sivâ, qua nobis acquisivit, & veluti recuperavit
„omnia media necessaria pro adeptione gloriæ,
„adeo ut nemo possit unquam conqueri quasi di-
„vina misericordia alicui deesset. & cap. 6. De-
„us certè ostendit mirificè divitias incomprehen-
„sibiles suæ potentiæ in hac tam magnâ varietate
„rerum, quas nos videmus in naturâ, sed etiam ma-
„jori magnificentiâ ostentat thesauros infinitos suæ
bonita-

„ bonitatis in varietate incomprehensibili bono-
„ rum, quæ nos agnoſcimus circa gratiam. Ipſe non
„ fuit contentus in ſacro exceſſu ſuæ miſericor-
„ diæ mittere ſuo populo, id eſt, *generi humano* re-
„ demptionem generalem, & univerſalem, quâ
„ quiſque ſalvus eſſe poteſt, ſed eam tot modis va-
„ riavit, ita ut ſuâ liberalitate relucēte in totâ hac
„ varietate iſta veritas mutuò exornet etiam ſuam
„ liberalitatem, & cap. 7. Hæc ſuprema Dei boni-
„ tas diffundit abundantiam gratiarum, & benedi-
„ ctionum in totum genus humanum, & naturam
„ Angelicam, à quà omnes irrigati fuere, velut à
„ pluvià, quæ cadit ſupra bonos, & malos, omnes
„ illuminati fuerunt tanquam à lumine, quod illu-
„ minat omnes homines in hunc mundum venien-
„ tes. Omnes receperunt ſuam partem, veluti ex
„ ſemine, quod cadit non ſolùm ſupra terram bo-
„ nam, ſed etiam in medium viarum intra ſpinas,
„ & ſupra petras, ita ut omnes inexcuſabiles fo-
„ rent coram Redemptore, ſi ipſi hac abundantiſ-
„ ſimâ redemptione non uterentur pro propriâ ſa-
„ lute. Quamvis autem hæc abundantiſſima gra-
„ tiarum opulentia ſit ità diffuſa ſupra totam natu-
„ ram humanam, & in ipsâ nos ſimus omnes æqua-
„ les, & dives abundantia benedictionum ſit om-
„ nibus nobis oblata, nihilominùs harum gratia-
„ rum varietas eſt tam magna, ut dici non poſſit,
„ an ſit mirabilior magnitudo omnium gratiarum
„ in tam ingenti diverſitate, aut diverſitas in tan-
„ tâ magnitudine. & infra: Quiſquis habet non
„ ſolùm ad ſufficientiam, ſed abundanter quid-
„ quid opus eſt ad ſalutem. Hæc S. Franciſcus
Saleſius

Salesius, qui ab Eminentiss. & piissimo Cardinali de Aguirre tom. 3. Theologiæ S. Anselmi disp. 120. sect. 7. num. 65. Vocatur Seraphicus amator Dei, ardentissimus Dei amator, & Ecclesiæ in hoc ipso sæculo eximium decus. Zelator ardentissimus gloriæ divinæ, qui nihil cogitabat, volebat, loquebatur, agebat, nisi ex præsentissimo atque æstuante Dei amore ipsius cor urente, & alibi nuncupatur alter hujus sæculi Bernardus.

N O T A.

Certum est enim, Christum Dominum paternæ voluntati sibi notæ semper consentientem hoc decretum, nec precibus, nec morte suâ mutare voluisse, ac proindè solis electis absolutè, & efficaciter magnum illud usque ad finem perseverantiæ donum, ut loquitur Concilium Tridentinum ad salutem æternam promereri voluisse, quos videlicet sibi à Patre datos, neque à quoquam de manu suâ raptum iri in Evangelio declaravit. Vnde S. Thomas sanctum Augustinum sequens 3. parte quæstione 21. articulo 4. docet: omnem Christi voluntatem absolutam fuisse semper impletam, atque adeò quamlibet ejus orationem esse exauditam: omnis, inquit, absoluta voluntas Christi, etiam humana fuit impleta, quia Deo fuit conformis, & per consequens omnis ejus oratio fuit exaudita: Et eodem articulo respondens ad 2. ait dicendum, quòd Dominus; Non oravit pro omnibus Crucifixoribus, neque etiam pro omnibus, qui erant credituri in eum, sed pro his solùm, qui erant prædestinati, ut per ipsum vitam consequerentur æternam: Quapropter si credamus Authori, dicendum esset, S. Thomam,

item-

itemque S. Augustinum cum omnibus eorum sequacibus apertissimæ rationi repugnare, quod an tolerandum sit, aliorum, ad quos pertinet, judicium esto.

DISPUNCTIO.

Nonnulla tùm supra, tùm hic opposuit Censor de oratione Christi, qui sanè præfocata sunt ab Eminen. Authore pag. 50. sed cum ea non legerit, vel saltem dissimularit, ut ipsi invidiam crearet, proinde hic exscribenda sunt: Sciendum est, „inquit Sfondratus, Christum Dominum Joan. „17. mundo valedicentem pro tribus persona„rum generibus preces suas ad Patrem fudisse. Pri„mo à versu 9. usque ad 20. prò solis Apostolis „rogat, quibus tantùm, & non toti mundo con„veniunt, quæ illic à Christo dicuntur, videli„cet, quod sermonem suum eis dederit, quòd „mundus eos odio habuerit, quòd non sint de mun„do, quod eos in mundum mittat &c. posteà à „versu 20. non pro solis Apostolis, sed pro omni„bus fidelibus, (quos inter multi utique reprobi „erant) orat iis verbis. *Non pro eis autem rogo tan„tùm, sed, & pro iis, qui in me credituri sunt per ver„bum eorum*, ubi apertè ostendit, se priùs pro solis „Apostolis ad Patrem precatum esse. Denique „versu 21. rogat, & pro toto mundo, *ut credat „mundus, quia tu me misisti.* Ubi vides licet Chri„stus à speciali illâ oratione, quæ solos Apostolos „complectebatur, Mundum excluserit, non ex„clusisse tamen à reliquâ oratione suâ, in qua pe„tebantur, quæ toti mundo convenirent, videli-

cet,

„ licet, ut in Christum crederent. Licet ergo Christus præcipuè pro Apostolis, pro fidelibus, pro „ prædestinatis oraverit, non ideò tamen reliquum „ mundum orationis suæ expertem voluit, ut etiam S. Paulus clarè 1. ad Timotheum 4. his verbis insinuat: *Qui est Salvator omnium hominum maximè fidelium.* Vides in hoc reprobos, & electos „ pares esse, quòd omnes ad redemptionem pertineant, sed in hoc distingui, quod electi præcipuas partes redemptionis obtineant, quia soli „ ejus effectum consequuntur. Plane cum sanctus „ Joannes testetur, Christum esse Advocatum „ pro peccatis totius mundi, sequitur orasse quoque pro peccatis totius mundi, alioquin tam „ frustrà esset Advocatus, qui non erat, quàm frustrà esset musicus qui non cantat. Omnes ergò „ redempti, omnes commendati, omnes Christo ad „ salutem commissi, sed electi præcipuè, non oravit „ tamen soli. Oravit ergò pro mundo, & non „ oravit prece illâ communi, omnesque complectente, non oravit oratione illâ speciali ad solos „ Apostolos, aliosque electos spectante, quo modo „ intelligendus etiam est Angelicus Doctor 3. par. „ quæst. 21. art. 4. ad 2. cum enim nihil aliud sit „ oratio, quam expressio desiderii, sicut Christus „ omnibus etiam reprobis salutem ardentissimè „ optavit, ita pro omnibus quoque precatus est.

Ex his eminentiss. Authoris verbis contritos jam vides Lector omnes cavillos Censoris, qui, ut apertissimum est, insidiosè dissimulavit præclarissimam illam Sfondrati doctrinā, ubi etiam satisfit S. Thomæ, ejusque locus nominatim exprimitur

à No-

à Notatore objectus, cui hanc aliam responsionem Bernardi Guyard supra commendati lib. 2. de disc. criminibus inter doctrinam Thomisticam, & Jansenianam art. 3. reponere visum est: S. Thomas, in-
„ quit, scripturas (si quis unquam) intellexit, &
„ benè de Domino sensit. Quis autem benè de
„ Domino sentire potest, nisi eum non solum cru-
„ cifixoribus prædestinatis, sed etiam reprobis
„ vitam ex visceribus suis extrahentibus peper-
„ cisse credat? si enim exemplum dedit nobis, si il-
„ lis, qui oderunt nos benefaciamus præcipit, si
„ pro persequentibus nos jubet, ut oremus, si eam
„ perfectionem commendat nobis, quæ perfectio
„ est Patris cælestis, qui facit oriri solem suum su-
„ per bonos, & malos, ipsum pro omnibus per-
„ secutoribus, & crucifixoribus suis non orasse
„ credet S. Thomas? ut autem Christus Domi-
„ nus non tantùm amicis, sed & inimicis benefa-
„ ciendum, pro illisque orandum persuaderet, di-
„ cebat Ethnicos & id quidem præstare, hoc est,
„ amicis suis benefacere; at verò Christianis,
„ qui ad nobiliorem, sanctiorem, generosiorem-
„ que dignitatem promoti sunt, non tantùm ami-
„ cos, sed & inimicos diligendos esse. Quis igitur
„ Patrem, Legislatorem, & Ductorem Christia-
„ norum in hoc articulo defecisse poterit sibi per-
„ suadere. Quis pro charis, & amicis suis tantùm,
„ hoc est, pro Prædestinatis orasse dicet? Hoc &
„ Ethnici faciunt. Deindè Christus Dominus
„ pro illis omnibus, quibus pepercit, oravit,
„ ignoscendo enim orabat, & orando ignoscebat;
„ At non tantùm Crucifixoribus prædestinatis,

„ sed etiam reprobis, quantum est ex se ignovit.
„ Horribile enim & dictu, & cogitatu esset, in a-
„ nima Christi sive viventis, sive morientis odi-
„ um aliquod, aut rancorem adversus istos parri-
„ cidas remansisse, ita ut veniam illis concedere
„ renuisset, igitur & pro omnibus illis oravit:
Tum id confirmat doctissime Guyardus ex ipsis verbis Christi Domini juxta expositionem Venerabilis Bedæ super Luc. 23. & ejusdem S. Thomæ pluribus in locis, additque suffragia insignium Theologorum Medinæ, & Cabreræ.

Huic Doctori Parisiensi adjungere libet alterum ejusdem facultatis Theologum Franciscum Fevardentium, qui lib. 5. Theomachiæ cap. 25. ita refellit objectionem Calvinistarum, & Jansenianorum de precibus Christi: Preces Christi, inquit,
„ aliquando singulares, ac pro privatis amicis fu-
„ erunt conceptæ, velut cum pro Petro rogavit,
„ ut non deficeret fides ejus, ac etiam frequenter
„ pro se ipso, velut in suscitatione Lazari, & ge-
„ stis tam in horto olivarum, quàm in monte Cal-
„ variæ omnibus compertum est. Aliquando verò
„ magis communes, & universæ, quales fuêre,
„ quas modo pro suis Apostolis, modò pro credi-
„ turis per verbum illorum, modò etiam pro Cru-
„ cifixoribus, & inimicis suis effudit dicens: *Pater*
„ *ignosce illis &c.* Alias denique preces effudit pro
„ toto Mundo, cunctisque filiis hominum, cujus-
„ modi fuerunt illæ, quas in montibus pernoctans
„ divino Patri offerebat, ut etiam volens, nolens
„ agnoscit Hæresiarcha. Nemoque dubitare potest,
„ Dominicas preces omninò pares, & conformes
fuisse

„ fuisse operibus. cùm ergo pro omnibus indifferenter, & sufficienter passus, & mortuus sit, indubitatum esse debet, eundem etiam preces, & orationes suas pro omnibus sufficienter coram Patre suo fudisse, & obtulisse. Quod autem soli electi re ipsâ finalem gratiam, æternamque beatitudinem consequantur, cæteri omnes in peccatis suis moriantur, ac pereant, horum culpis efficitur, non meritorum Christi insufficientiâ, quemadmodum in illis evidenter apparet, quibus dicitur, volui vos congregare, & noluistis: perditio tua ex te Israel, ex me verò salus tua; vocavi & audire, venireque renuistis; ego in interitu vestro ridebo. Deus enim reliquit hominem in manu consilii sui, adjecit illi præcepta, & mandata, vitam proposuit, & mortem, ad quodcunque voluerit, apponat manum. Si volueris servare mandata, ipsa servabunt te &c. Cudebantur, & vibrabantur hæc tela adversus Calvinianos, & Jansenianos; hinc sibi prospiciat Censor, ne quis fortè ei exprobret, eisdem ipsum configi, & in eorum castis stipendia facere. Viderit ipse, quas in angustias partium studio se se conjecerit.

PROPOSITIO XVI.

Unus est Deus, unus est mediator, inquit Apostolus .... ergò qui omnium Deus, & mediator est, aut oportet officio suo desit, aut omnium salutem, & vitam efficaciter velit. pag. 10. lin. 1, art. 18.

N O T A.

Jam suprà ostensum est, periclitari ipsum confessionis nostræ initium, qua Deum omnipotentem prædicamus, si Deus efficaciter aliquid velit, quod effectu careat, unde nequaquam dicendum est, Christum omnium mediatorem futurum non fuisse, nisi omnium salutem, & vitam efficaciter voluisset. Alio quippè, aliaque ratione juxta prædestinationis gratuitæ defensores verè mediator, ac Redemptor omnium dicitur, quòd videlicet sufficiens pro omnibus pretium, ac superabundans, morte sua Patri obtulerit, ac re ipsa solverit, ac deinde Sacramenta instituerit tanquam communes gratiæ fontes, ex quibus omnes salutem hauriant. Id quod S. Prosper his verbis exprimit responsione ad primam objectionem Vincent. Cum propter unam omnium naturam, & pro-
„pter unam omnium causam à Domino nostro in veritate
„susceptam rectè omnes dicuntur redempti, & tamen
„non omnes à captivitate sunt eruti, redemptionis pro-
„prietas haud dubiè penes illos est, de quibus Princeps
„Mundi missus est foras, poculum quippè immortalita-
„tis, quod confectum est de infirmitate nostrâ, & vir-
„tute divinâ, habet quidem in se, ut omnibus prosit, sed
„si non bibitur, non medetur. Quam doctrinam sequitur, & confirmat concilium Tridentinum sess. 3. cap. 2. & 3. dum ait: Hunc Christum proposuit Deus propitiatorem per
„fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris, non solùm
„autem pro nostris, sed etiam pro totius Mundi: verum et-
„si ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mor-
„tis ejus beneficium recipiunt, sed ii dumtaxat, quibus
„meritum passionis ejus communicatur: Videndus hac

de

dere Cardinalis de Lauraa opusc. 1. *de pradest. cap.* 20. *& opusc.* 2. *de reprob. malorum cap.* 11.

DISPUNCTIO.

APage nugas. Pudet diutiùs immorari his mendaciis jam ſupra non ſemel detectis, & exſufflatis. Ne ſerram, ut Tertulliani verbis utar, per eandem lineam fruſtrà reciprocem, adnotaſſe ſufficiat, Eminentiſs. Authorem ibi loqui de voluntate Dei efficaci, *quantum eſt de ſe*. En ejuſdem verba à Cenſore ſuppreſſa in medio illius textus: Cum „ Deus, inquit, ſit omnium Dominus, omni- „ um mediator, non poteſt non omnibus, *quantum* „ *eſt ex ſe*, vitam, & felicitatem velle, &c. Quis autem ambiget, ut quis de facto liberetur à ſervitute Dæmonis, debeant ei Chriſti merita applicari per Sacramentum, & ideò in effectu non redimi reprobos, quia Sacramenta non recipiunt, quando, & ut oportet? hoc dumtaxat intendit Eminen. de Lauræa opuſc. 2. de reprob. malorum cap. 11. allegato à Cenſore, qui exindè ſuffuratus eſt textus S. Proſperi, & Concilii Tridentini, qui ſolùm eodèm ſpectant. Nihilominùs idem doctiſs. Cardinalis opuſculo 3. de gratiis actualibus capite 19. ponit hanc primam concluſionem num. 429. Pro o- „ mni lege omnibus infidelibus omnis generis De- „ us largitus eſt, ac largitur gratiam ſufficientem „ (quam Sfondratus efficacem vocat, quan- „ tum eſt de ſe juxta locutionem plurium graviſ- „ ſimorum Theologorum inferiùs adducendam) „ ad poſſe in eum credere, ſicut oportet, & ad poſſe

„legem Dei ſalvantem, ſeu conducentem ad ſalu-
„tem obſervare, licet non fecerint. Et num. 456.
aſtruit hanc aliam aſſertionem : Dicendum ergò
„& veraciter confitendum, quòd benigniſſimus
„Dominus, & amantiſſimus Pater noſter Deus,
„qui creavit hominem, ut ſummum bonum intel-
„ligeret, intelligendo amaret, amando poſſide-
„ret, ac poſſidendo frueretur, id eſt, illum eleva-
„vit ad ſuper naturalium fruendorum ordinem,
„quamvis illum liberum formaverit, & in manu
„conſilii ſui reliquerit, ut faceret, quod vellet, ſi-
„vè bonum, ſivè malum, ſciens eum propriis vi-
„ribus non poſſe ad bonum ſupernaturale, hoc eſt,
„ad ſummi boni cognitionem, & poſſeſſionem ſe
„conducere, veriſimile, ac probabile non eſt,
„quòd homini talia bona opera ad id bonum con-
„ducentia præceperit, niſi ei virtutem, ſeu auxi-
„lium, per quod id poſſet facere, conceſſerit, alio-
„quin & impoſſibilia præcepiſſet, & poſtea ſine
„culpâ hominem damnaret. Hic eſt ipſiſſimus S.
Auguſtini diſcurſus, ut in ſuo loco diximus de
„auxilio, *ſine quo non* collato Angelis, & Adamo,
„inquiens, quod ſi illud non dediſſet, transgre-
„diendo Dei præceptum non peccaſſent. Hùc e-
„nim collimant omnia Sacræ Scripturæ loca,
„quæ Dei in hominem amorem ac miſericordiam
„commendant.

Hactenùs iſte Purpuratus Pater, qui inibi eaſdem geminas theſes validiſſimis argumentis ex ſcripturâ, Patribus, & Conciliis, atque rationibus communit, penituſque proſternit ambages, & techitas omnes, quas Cenſor in has ultimas propoſi-

tiones

tiones injicit circa media salutis à Deo concessa omnibus infidelibus, barbaris, & silvicolis ante, & post adventum Christi Domini.

De reliquo in loco accusatæ Propositionis Scriptor efficacissimè demonstrat, Deum seriò, & efficaciter, quantum est de se, velle omnes prorsùs homines salvos fieri, ex textu Apostoli, ex quo eodem omninò modo argumentatur Doctor Angelicus lect. 1. in cap. 2. epist. 1. ad Timoth: Homo Christus, inquit, est mediator Dei, & hominum, „ non quorundam, sed inter Deum, & omnes ho- „ mines, & hoc non fuisset, nisi vellet omnes sal- „ vare. Et in limine lectionis 2. pergit: Supra di- „ xit Apostolus, quòd Deus vult omnes salvos fi- „ ri, & probavit hoc ex parte Dei, quia est unus „ omnium, & ex parte Christi, qui est unus media- „ tor omnium &c. Subscribit Eminentiss. Cajeta- „ nus in comment. ejusdem epistolæ: Manifestat, „ ait, quod Deus vult omnes homines salvos fieri, „ & ad agnitionem veritatis venire, tum ex unitate „ Dei &c. tùm ex unitate Mediatoris: Si plures „ essent mediatores inter Deum, & hominem, „ existimaretur, quod unus esset mediator pro „ quibusdam, & alius pro aliis; Sed ex quo unus est „ mediator Dei, & hominum ad reconciliandum „ homines Deo, & illi uni incumbit mediare inter „ Deum, & omnes homines. Et propterea idem „ sequitur, scilicet, quòd Deus vult omnes homi- „ nes salvos fieri, & ad agnitionem veritatis veni- „ re ex hoc ipso, quòd unum constituit mediato- „ rem Dei, & hominum. Qui tanto magis omnium „ hominum mediator est ad Deum, quanto ipse est

,, homo, quanto ab ipso nihil humani alienum est. ,, *qui dedit Redemptionem semetipsum pro omnibus.* Ab ,, effectu manifestat, quod etiam mediator vult ,, omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem ,, veritatis venire, ex hoc ipso, quod dedit se- ,, metipsum pretium ad redimendum, non ali- ,, quos, sed omnes. Quod verissimum est non so- ,, lùm quantum ad sufficientiam, sed etiam quan- ,, tum ad efficientiam. Adjungit hic Cornelius à Lapide Theodoretum Commentatorem Apostoli apud sanctum Anselmum, & alios: Unus, inquit, ,, est omnium hominum tam fidelium, quàm in- ,, fidelium Deus, id est, Creator, Provisor, & ,, Pater, qui summe bonus omnes homines quasi ,, filios suos amat ac salvos esse cupit, ideoque dedit ,, Christum mediatorem, ut scilicet unus, & idem ,, Christus omnium omninò hominum esset Re- ,, demptor, utque per Christum omnes sibi homi- ,, nes jungeret, ac salvaret; patet ergò, quòd De- ,, us velit omnes homines salvos fieri seriò, & sin- ,, cerè, seu ut addit Sfondratus, efficaciter quan- ,, tum est de se, videlicet, ut explicat S. Thomas ,, loc. cit. nisi impedimentum ponant.

PROPOSITIO XVII.

Cum Sacræ Scripturæ totiès, ac tam enixis verbis Christum pro omnibus mortuum esse testentur, nullibi verò, & nunquam pro aliquibus tantùm, planè temerarius sit, qui id dicat. . . . . . Si quis Princeps moriturus ultimis tabulis disponat, ut ex regio, immensoque thesauro,

thesauro, quem hæredi relinquit, omnes prorsùs regni captivi redimantur, qui triremibus, & servituti addicti sunt, hæres verò non de singulis generum, sed de generibus singulorum, hoc est, non de omnibus, sed de paucis tantùm id intelligi vellet, quis non infidelem prævaricatorem, hostemque paternæ voluntatis non diceret? pag. 15. lin. 25.

N O T A.

Nemo non videt, hic tanquam temerarios, infideles prævaricatores, ac divinæ voluntatis hostes traduci, quot hæc loca scripturæ, Deus vult omnes homines salvos fieri, & Christus pro omnibus mortuus est, ita interpretantur, ut vocabulum omnes *accipiant, non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum, id est, non pro quolibet individuo, sed pro cujuscumque sexus, ætatis, conditionis, nationis hominibus, quæ in re Author manifeste ostendit, vel se non legisse sanctos Augustinum, Prosperum, Fulgentium, Gregorium Magnum, Remigium Lugdunensem, sanctum Thomam, aliosque Patres, qui inter alias locorum istorum explicationes hanc ipsam afferunt, & in primis commendant, vel si eos loca illa ità intellexisse noverat, vix ipse temeritatis, atque in sanctos Patres irreverentiæ notam effugiet, qui non solùm eorum interpretationem non est secutus, sed eam cum fastidio, & injuriâ rejecit. Sat erit indicare loca, ubi prædicti sancti Patres hanc explicationem tradunt. Sanctus Augustinus Enchirid. capite* 103. *epistola* 107. *libro de correptione, & gratiâ capite* 14. *Episcopi Aphricani pro fide exules in epistola*

epistola synodica, S. Fulgentius lib. de incarnat. & gratia cap. 13. S. Gregorius in pr. Regum lib. 1. S. Remigius cum tota Ecclesia Lugdunensi lib. de tribus cap. Lupus Ferrariensis d. 3. q. 1. S. Anselmus lib. de voluntate Dei in fine, S. Thomas 1. p. quaest. 19. art. 6. ad 1. item in comment. super caput 2. epist. 1. ad Timotheum vers. 4. hos sequuntur inter recentiores Estius in 1. dist. 46. item in suis ad hunc locum Apostoli Commentariis, Sylvius 1. p. quaest. 19. Fromondus in comment, Cardinalis de Lauraea opusc. 1. de praedest. cap. 20. & innumeri alii.

Rectè Thomas Lemos loquens de eâdem explicatione tom. 2. tractatu 2. de dilectione Dei aeternâ cap. 14. num. 138, ait, eam tanquam Sanctorum explicationem venerandam esse, & respiciendam: Asserere autem inquit, illam esse extortam, & peregrinam, seù minus rectam non est solùm sanctis Ecclesiae doctoribus contradicere, quod & gravissimum est, sed re ipsâ est idem S. Augustino & S. Prospero objicere, quod antiquitus eisdem sanctis Doctoribus à Pelagianis, & semipelagianis objiciebatur.

DISPUNCTIO.

RUrsùs involucris, & ambagibus nos obruere progreditur Censor propositionem mancam, & mutilam obtrudens. Desunt enim ista verba in medio: Qui id dicat, quod scriptura non dicit, id verò non dicat, quod scriptura tam clarè, & toties dicit. Et in fine desiderantur haec alia: At quando id justius dicendum de illis erit, qui contra clarissimam scripturae sententiam Christi Redemptionem angustissimam faciunt, ejusque infinitum in homines amorem brevissimis terminis

„ coercent : Textus autem scripturæ ab authore ibi indicatus non est ille Apostoli 1. ad Timoth. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri*, &c. ut falsò „ supponit Censor, sed sunt ista loca scriptu- „ ræ: Nec minus hanc in rem faciunt, inquit, Sfon- „ dratus ibidem, illæ sententiæ, quibus sacræ li- „ teræ clarissimis verbis docent, Christum pro o- „ mnibus mortuum esse, quales sunt ad Rom. 8. „ *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus tra-* „ *didit illum*, & 2. ad Cor. 5. *si unus pro omnibus* „ *mortuus est Christus, ut qui vivunt non sibi vivant,* „ *sed illi qui pro omnibus mortuus est*, & 1. ad Ti- „ moth. 4. *Qui est Salvator omnium hominum maxi-* „ *mè fidelium*, & epist. 1. ad Cor. 8. *Peribit infir-* „ *mus in tuâ scientiâ, pro quo mortuus est Christus?* Ubi „ Apostolus apertissimè supponit, Christum etiam „ pro morituris, hoc est, pro reprobis mortuum „ esse, & 1. Joan. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis no-* „ *stris, non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro to-* „ *tius Mundi.* Oculos Lectoris appello, Nonnè Sfondratus hìc evidentissimè loquitur, Christum mortuum esse pro omnibus contra Calvinistas, & Jansenianos? Hoc autem est de fide sanctum, & est dogma orthodoxum à sede Apostolicâ definitum, & à Sfondrato pluribus etiam Patrũ suffragiis roboratum, & præcipuè Augustini, ac Concilij Tridentini statuentis sess. 6. cap. 31. Quòd etsi „ Christus pro omnibus mortuus est, non omnes ta- „ men beneficium ejus mortis accipiunt. Ex qui- bus testimoniis immediatè infert Author: Ex his „ omnibus, inquit, palam est, nullum omninò ho- „ minem esse, pro quo Christus passus non sit:

Deindè verba illa Authoris contra eos jaciuntur, qui dicunt, quod scriptura non dicit, id verò non dicunt, quod scriptura dicit, atque Christi Redemptionem angustissimam faciunt, ejusque infinitum in homines amorem brevissimis terminis coercent. Hæc autem non feriunt Patres à Censore nominatos, qui, ut ipsemet fatetur, non tenent tantùm expositionem textus Paulini ab eodem assertam, sed etiam tradunt alias explicationes, & sanè Augustinus explanationem Authoris palam docet, ut indicatur pag. 16. 17. 18. 30. 31. 32. 35. 37. 47. 50. 75. 185. 186.

Tempestivè observat Ludovicus Bail de beneficio Crucis parte 3. art. 4. quod: Dogmatistæ „ (Bajani, & Janseniani) Christum charitate spo- „ liant, minusque sitientem salutis hominum ex- „ hibent, quàm sint plerique homines, quos cha- „ ritas urget ad desiderandam, & procurandam „ pro viribus salutem omnium. Tam irrationabile „ est dogma, & Christo tam injuriosum, cujus „ charitas omnibus supereminet, ut si sola hæc „ inesset ratio, mihi esset horrori, sicut omnibus „ Christum amantibus esse debet. Et articulo 5. „ subjungit, quod Apologistæ Janseniani objici- „ unt Patres, & Concilia, quorum verbis deter- „ minatur, Christum pro mundo Electorum „ mortem subiisse, &c. sed in ista farragine autho- „ ritatum operam ludunt Apologistæ: legi enim, „ & iterum legi, nec aliud lego, nisi quod aliqui „ ex his Patribus indicant, Christum mortuum fu- „ isse pro electis, aut pro populo christiano, eosque „ redemisse; at istud lubentes admittimus, nec eâ

„ de re controversia est. Non negant autem isti Pa-
„ tres, etiam mortuum fuisse pro aliis. Ad quid
„ igitur ista, nisi ad fastum, & pompam, & ad sim-
„ plicium deceptionem paginam occcupant in eo-
„ rum Apologiâ?

Equidem minimè diffiteor non paucos Theologos immemores obsequii, & reverentiæ innumeris titulis magno Augustino ab omnibus debitæ acriùs perstringere expositionem illorum verborum Apostoli, *Deus vult omnes homines salvos fieri* à S. Doctore habitam pro generibus singulorum, non pro singulis generum. Ast Eminentiss. Author duobus in locis proposuit eandem explicationem S. Augustini circa illa verba Apostoli, & summâ, qua par est, veneratione, & modestiâ eam excipit. Primo enim pagina 56. scribit: Augustinum, pro-
„ ut illi cum Pelagianis certamen erat, illam Apo-
„ stoli sententiam explicasse, eamque expositio-
„ nem conceptis verbis asseverat *esse veram* in sensu
„ insinuato, idque refellendis pelagianis satis fu-
isse. Et postmodùm luculentissimum elogium S. Doctori attexit. Idem repetit Author alio in loco pag. 165. nempè. Sententiam illam Apostoli di-
„ versis modis à S. Augustino expositam, utcum-
„ que opportunius videbatur Pelagianis confu-
„ tandis, & sustineri debere, quod suorum ver-
„ borum Augustinus interpres sit. Unde idem S. Pater in tribus locis à Censore citatis versat tantummodò illud dictum Apostoli 1. Timoth. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri*. De morte verò Christi pro omnibus perpessâ nulla ibidem mentio, benè tamen in locis ab Eminentiss. Authore

alle-

allegatis pag. 15. 16. & alibi, ubi Doctor gratiæ Christi Augustinus desertè asserit, Christum pro omnibus mortuum fuisse.

Locus epistolæ Synodicæ Episcoporum Aphrorum in Sardiniâ exulum à Censore significatus extat in cap. 14. ubi solum fit sermo de eodem effato Apostoli. *Deus vult omnes homines salvos fieri*, quod idem patet expressè in cap. 31. lib. de Incarnat. & Grat. S. Fulgentii à Censore notato, & in loco allegato P. Lemos, imò S. Fulgentius lib. 1. de remiss. peccat. cap. 16. asserit Christum Dominum mortuum fuisse, etiam pro Juda: Post traditio-
„ nem Christi, inquit, habuit traditor tempus,
„ quo per illum sanguinem, qui effusus est in re-
„ missionem peccatorum, ipsius quoque Judæ pos-
„ set remitti peccatum. Quoniam Christus, qui
„ pro impiis mortuus est, non denegasset suo tra-
„ ditori remissionis beneficium, si non ille sibi de-
„ sperando adimeret tempus remissioni concessum. Et Epist. 7. ad Venantiam cap. 8. tradit, medicinam cælestem ex se nunquam deficere pro quocunque vulnere; Sicut medico nostro, in-
„ quit, nulla est incurabilis plaga, ita nec in aliquo
„ vulnere, nec in aliquo tempore cælestis potest
„ deficere medicina: S. Gregorius magnus homil. 25. in Evangel. in idem conspirat: ubique
„ nobis occurrit superna medicina, quia & dedit
„ homini præcepta ne peccet, & tamen peccanti
„ dedit remedia, ne desperet. Sed hinc cognosci-
„ mus quantum Redemptori humani generis debi-
„ tores sumus &c. & homil. 35. Ecce vocat, &
„ quos inquinatos denuntiat, hoc eos etiam am-

plecti-

„ plecti quærit, à quibus desertum esse se que-„ ritur. Nemo ergo tantæ misericordiæ tem-„ pus perdat, nemo oblata remedia divinæ pie-„ tatis abjiciat. Ecce superna benignitas aversos „ nos revocat, & nobis revertentibus clementiæ „ suæ sinum aperit. Item homil. 34. Adhuc expe-„ ctat, & provocat, ut surgamus, sinum suæ pie-„ tatis aperit, nosque ad se recipere per pœnitenti-„ am quærit &c. sed ecce adhuc post tergum sequi-„ tur, & monet, quia jam & à nobis contemptus est, „ & tamen adhuc vocare nos cessat &c. superbè a-„ versos benignè revocat, & qui ferire non adver-„ santes potuit, ut revertamur, munera promit-tit.

S. Remigio cum Ecclesiâ Lugdunensi de tribus cap. respondet Andreas Duvallius Doctor Sorbonicus in notis ad easdem epistolas, agens de variis expositionibus loci Pauli, *qui vult omnes homines salvos fieri:* Licet prima expositio, inquit, sit Au-„ gustini Enchirid. cap. 103. nihilominus propter „ hujus temporis hæreticos parumper est pericu-„ losa. Quòd verò Christus non fuerit passus pro „ his, qui in infidelitate moriuntur, ejusque pas-„ sio fuerit dumtaxat pro multis, & non pro om-„ nibus, hæc benignâ indigent interpretatione; „ sermo enim est de merito, & satisfactione quo-„ ad efficaciam, non autem quoad sufficientiam, „ quomodò pro omnibus omninò hominibus pas-sus est. Qua quidem distinctione facile est omnibus Ecclesiæ Lugdunensis rationibus occurrere, ut legendo cuivis facile constabit.

De Servato Lupo Abbate Ferrariensi advertit

dovicus Bail. in lib. de beneficio Crucis p. 3. cap. 22. quod: Cum librum illius de tribus quæstioni-
„ bus typis editum approbassent antiqui Profes-
„ sores facultatis sacræ Duacenæ Colvenesius, &
„ *Sylvius*, ac ea de causa malè audirent apud ali-
„ quos, quasi arma suppeditassent Jansenij defen-
„ soribus, Apologeticam scripserunt epistolam,
„ in qua demonstrant, illum Authorem alienum
„ esse ab opinionibus Jansenij, multaque in illo
„ libro contineri dogmatibus Jansenii contraria.
„ At inquiunt, Lupus asserit, Christum non pro
„ omnibus mortuum, nec esse Salvatorem omni-
„ um quæst. 3. Certè Catholicus non esset, si di-
„ ceret, Christum Salvare omnes, damnare ne-
„ minem, damnaretur ipse Pontificiâ Bullâ, si
„ affirmaret, cuipiam non suppetere sufficientia
„ per Christum auxilia ad abstinendum à peccato,
„ & hominem etiam peccare damnabiliter in eo,
„ quod necessario facit, art. 64. hic error est, à quo
„ alienissimus est Servatus, pag. 63. cum Chry-
„ sostomo sapit, quod *gratia Dei pro omnibus gusta-*
„ *verit mortem, non pro fidelibus tantùm, sed pro mun-*
„ *do universo*, & ipse quidem pro omnibus mortu-
„ us est. Quod autem, si non omnes credunt, il-
„ le quod suum erat, implevit; id est, auxilia
„ gratiæ sufficientia cuique, ne in perpetuum la-
„ batur, & ut à peccato resurgat, promeritus est,
„ ut sit omnium Redemptor sufficienter, pauco-
„ rum efficaciter, & verum sit, *perditio tua ex te*
„ *Israel, tantummodo ex me auxilium tuum.* Imò
„ vult Lupus, *tanti pretii merito etiam damnatos*
„ *mitiùs puniri* pagina 62. Utinam ex doctrinâ

Servati

„ Servati discant Pontificum Bullis adversantes, „ Deum nullos æternis gehennæ cruciatibus addicere, quibus non dederit ex Christi meritis „ aliqua auxilia sufficientia ad salutem, *vel saltem* „ *adorandum*, ut impetrent uberiora, multò minus se ipsum decipiat quisquam, quasi destitutus „ auxiliis ad non peccandum sufficientibus æternas sibi pœnas peccando non accumulet &c. ex „ quibus perspicuum est, tantum abesse, ut Lupus neget Christum mortuum pro omnibus fuisse, ut etiam doceat, quod supra insinuavimus, „ profuisse damnatis ejus sanguinem, ut mitius „ torqueantur . . . . Mordeant ne Baiani dentibus Lupi, an potius mordeantur? quæstionem „ relinquimus excutiendam.

S. Anselmus in devotissimis orationibus, & Meditationibus nunc recusis in Urbe eruditissimâ pietate religiosissimi, ac doctissimi Cardinalis de Aguirre tantam veritatem clarissimè profitetur oratione 28. numero 10. Tu verò, „ dulcissime Domine JEsu, non solùm pro amicis, sed & pro inimicis mori voluisti. Oratione „ 34. numero 1. Domine JEsu Christe, qui Patre disponente, Spiritu Sancto cooperante „ mortem tuam, spontaneâ voluntate misericorditer à peccato, & morte æternâ mundum redemisti. Orat 4. num. 1. Ille venit in hunc mundum, & humanum genus suo sanguine salvavit, „ & inferni claustra destruxit, & cælestis Regni „ januas aperuit. Meditat. 6. num. 9. Certi sint „ omnes peccatores, & iniqui, se peccatorum suorum veniam accipere, si ipsi peccata sua curant

dimit-

„ dimittere „ & pœnitentiam agere, ipse fons pie-
„ tatis pro amore, quem erga eos habebat, ean-
„ dem carnem, quam pro eis sumpsit, pertulit cru-
„ cifigi, ut qui erant peccatis mortui, nec aliter
„ ad vitam redire poterant, nisi pretio ejus san-
„ guinis redempti, nullo modo desperent, cernen-
„ tes pretium, quod est datum pro peccatis suis.
„ Medit. 11. §. 3. n. 15. homo ille redemit omnes
„ alios. Et tandem medit. 15. §. 3. num. 45. ille ipsis
„ potiùs, à quibus patitur, compatitur, à quibus
„ vulneratur, ille medetur, ille vitam procurat,
„ à quibus occiditur. Cum qua mentis dulcedine,
„ cum qua spiritûs devotione, cum qua charitatis
„ plenitudine clamat, Pater ignosce illis!

Tandem divus Thomas 1. parte quæstione 19. articulo 6. ad 1. exponit dumtaxat textum Apostoli: *Deus vult omnes homines salvos fieri*. In Comment verò epist. 1. ad Timotheum c. 2. dilucidè habet, ut paulo ante retulimus, quod: JEsus
„ Christus est mediator Dei, & hominum, non
„ quorundam, sed inter Deum, & omnes homi-
„ nes, & hoc non fuisset, nisi vellet omnes salvare.
„ Item Christus est propitiatio pro peccatis no-
„ stris, pro aliquibus (electis nimirum) efficaci-
„ ter, sed pro omnibus sufficienter, quia pretium
„ sanguinis ejus est sufficiens ad salutem omnium.
Rursùs 3. parte quæstione 79. articulo 7. ad 2.
„ Dicendum, inquit, quòd passio Christi pro-
„ dest omnibus quantum ad sufficientiam. Si pro-
„ dest omnibus quantum ad sufficientiam (sub-
„ jungit Contensonus dissertatione 5. pro defen-

sione

„ sione Innocentianæ Constitutionis) profectò pro
„ omnibus passio servatoris oblata est. Adducit ibidem Contensonus alios clarissimos textus
„ Doctoris Angelici pro eodem catholico dogmate ex 3. dist. 20. quæst. 1. art. 1. q. 1. ad 2. ex comment. in cap. 8. prioris epist. ad Corinth. ex lect. 3. in cap. 19. Joann.

Ex recentioribus à Censore allatis seligere visum est Emin. Cardinalem de Lauræa, qui in loco citato assumit dumtaxàt quærendum; *quomodò salvetur, quod Deus vult omnes homines salvos fieri, si pauci sunt prædestinati*, quibus verbis constat titulus illius capitis vigesimi; nullam autem inibi habet quæstionem, an Christus pro omnibus omninò hominibus tam prædestinatis, quàm reprobis passus, ac mortuus sit. Istud enim ex professo agitat cap. 11. in opusc. 2. de reprobatione malorum, ubi num. 162. conceptis verbis asserit: Quòd si-
„ cut fides docet, Christus est Salvator, ac Re-
„ demptor, & Mediator humani generis indefi-
„ nitè, & universaliter, non verò hujus, vel illius
„ generis, aut nationis, & sic tam hominum, qui
„ in lege naturæ, aut lege scriptâ, quam eorum,
„ qui fuerunt, sunt, & erunt pro tempore legis E-
„ vangelicæ, & sic omnium omnis temporis homi-
„ num. Et deindè ponit hanc conclusionem n. 165.
„ Christus pro omnibus omninò hominibus tam
„ prædestinatis, quam reprobis passus, ac mor-
„ tuus est. Eamq; probat pluribus argumentis de-
„ sumptis ex sacrâ Scripturâ, Patribus Græcis, & Latinis, & ex Concilis, & nu. 183. scribit: Tandem

„ à summis Pontificibus Innocentio decimo pri-
„ mùm, posteà à Successore Alexandro Septimo
„ damnantibus ut hæreticas quinque propositio-
„ nes Jansenij; quæ dicebat, *Christum non esse mor-*
„ *tuum pro omnibus*, in ordine quinta, *heretica de-*
„ *clarata, & damnata est.* Postea his verbis Emi-
nentissimus Theologus eidem capiti finem im-
„ ponit: Concludamus ergò caput istud, simulq;
„ opusculum cum Sancto Augustino libro de sa-
„ lut. document. capite 46. *Christus non pro*
„ *Sanctis tantùm passus est, sed pro peccatoribus, & im-*
„ *piis, ac sceleratis ascendit in Crucem, & passione*
„ *suâ nos omnes revocavit ad vitam, non Sanctis tan-*
„ *tùm dedit Deus Solem, & Lunam, & pluviam. & om-*
„ *nia nascentia terræ &c.* Non enim injustus est Deus,
„ aut personarum acceptor, sed justus,
„ benignus ac misericors, Cui
„ gloria in sæcula.
Amen.



De gra-

De gratia, quæ omnibus datur, seu de gratia orandi.

PROPOSITIO XVIII.

Gratia orandi omnibus, qui præcepto tenentur; loco, & tempore opportuno datur; p.181. l. 16. Deus, ut omnibus, quantum ex se est, efficaciter vult salutem, ita ut ad illam obtinendam omnibus copiosissima media tribuit, quorum potissimum, & maximè necessarium est Gratia orandi pag. 138. lin. 36.

NOTA.

Nova prorsus, & SS. Patribus, imò & Theologorum scholis inaudita doctrina, qua etiam infidelibus, impiis, idololatris, quocunque tempore, & loco vixerint, gratia orationis communicatur, cui quidem doctrinæ sat erit opponere hæc verba Apostoli, quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? *Rom.* 10. *versu* 14. *quam in rem ait Augustinus:* Si fides deficit, oratio perit, quis enim orat, quod non credit? *Serm.* 36. *de verbis Apostoli cap.* 2. *Iterumque eodem Sermone loquens „ de Paulo Apostolo: Vt ostenderet, inquit, fidem fontem esse orationis, nec posse ire rivulum, ubi caput fontis siccaretur; adiunxit atque ait, quomodò invocabunt, in quem non crediderunt? ergò ut oremus, credamus. Certè hic est communis Christianæ doctrinæ, ac pietatis sensus;* quod fides sit fons orationis, *& quod in tantum quisque orare incipiat, in quantum ad Deum per fidem accedit.*

Vndè paradoxi, vel potius monstri simile est, ei, qui necdum aliquid de fide audivit, munus orandi, & quidem copiosum, & quodammodò continuum tribuere.

DISPUNCTIO.

ERgò Eminentiss. Cardinales Bellarminus, de Lugo, de Lauræa', de Aguirre, & Norisius, Illustrissimi Episcopi Gallicani Habertus Vabrensis, & Abelii Ruthenensis, celebres Theologi Vincentius Ferre ex schola D. Thomæ, Mastrius ex schola Scotistarum, ac Lemoinus ex Sorbona, & alii plures in hac dispunctione, & in sequentibus allegandi novam prorsùs, & SS. Patribus, imò & Theologorum scholis inauditam à Censore incusabuntur tradidisse doctrinam, & potius paradoxum, & monstri simile, eo quia omnibus hominibus urgente præcepto, & pro loco ac tempore opportuno à Deo gratiam orandi communicari doceant, & præcipuè sapientissimus Cardinalis Norisius illud probans ex S. Augustino.

Nænias autem, gerras, & offucias in nota congestas jam penitùs difflavit Sfondratus, qui, ut evidens est ex ipsiusmet verbis primæ propositionis delatæ, non scripsit omnibus dari gratiam orandi quocunque tempore, & loco, ut calumniatur Censor, sed *instante præcepto, & loco, ac tempore opportuno.* Quinimò oppositum disertè tradit Author pag. 162. Quidquid, inquit, de hac quæstione sit,
„ an, videlicet, quoties præceptum urget, etiam
„ improbissimis peccatoribus gratia detur, nostri
„ instituti haud est, id indubitanter asserere, sed so-
„ lum dicimus nullũ hominẽ esse, cui dum vivit, &
„ ut loquitur August. per mensuras temporum, per

inter-

„ intervalla locorũ, non quãplurima gratiæ auxilia
„ dentur, quibus & majorem completamq; grati-
„ am, & ipſam quoq; vitam æternam conſequi poſ-
„ ſit; id enim ſufficit ad Dei bonitatem plane oſten-
„ dendam in omnes effuſam, nihil interim conten-
„ dendo, quandò, quotiès, quantoq; nume-
„ ro ea auxilia præſtentur: ſicut enim aliud eſt So-
„ lem omnibus lucere, aliud ſemper lucere, ita ali-
„ ud eſt, Deum omnibus gratiam dare, aliud ſem-
„ per dare, iſtud dubium, illud compertum, ut à
„ nobis hactenùs probatum eſt.

Duplicem autem orationis ſpeciem appoſitè di-ſtinguit Scriptor pag. 182. aliam imperfectam, ali-am perfectam: Gratia, ſeu ſpiritus orãdi, ait, gradus
„ quoq; ſuos, & minorem, majoremq; perfectionem
„ habet: nam quoad initia ſua, primoſq; gradus à
„ Deo non petitur, ſed ſpontè gratiſq; datur (alio-
„ quin eundum in infinitum eſſet, & hoc ipſo, quod
„ petis, jam gratiam petendi habes) non ergò pe-
„ tis ut detur, ſed datur ut petas... ſed quoad ma-
„ jorem intenſionem, fervorem, & perſeverantiam,
„ etiam ipſa gratia orandi poſtulatur, ſic enim cum
„ Eccleſiâ precamur: *Actiones noſtras quæſumus Domi-*
„ *ne &c.* His ergò, quæ nemini deſunt, & major
„ ac perſeverantior orandi ſpiritus, & proxi-
„ mum auxilium Dei ad legem implendam obti-
„ neri poſſunt. Primis ergò illis precibus, quarum
„ facultas Dei liberaliſſimo dono omnibus pecca-
„ toribus præſto eſt, duo petimus, opportunum,
„ videlicet, auxilium Dei tùm ad omnem oratio-
„ nem (quam oportet humilem, fiducialem, ac per-
„ ſeverantem eſſe,) tùm ad omnẽ operationem ho-
„ neſtam, & ſalutarem.

N 3 Hanc

Hanc doctrinam posteà confirmat Scriptor testimoniis SS. Augustini, Gelasii Papæ & Doctoris Angelici; in propositione autem delatâ Authorem loqui tantùm de illâ gratiâ minus perfectâ, ejusdem verba modò allata, & alia plura variis in locis posita evincunt. Quandoque etiam docet, gratiam orandi supponere fidem, sic pag. 225. affert illud Jacobi p. *postulet autem in fide nihil hæsitans*; & cum Doctore Angelico 22. quæst. 83. att. 16. ait, „ibidem: Orationem habere vim merendi à Cha„ritate, efficaciam verò impetrandi à fide, & fiducia. Ex quo corruunt omnia consectaria in notâ Censoris allata.

Supponenda hic quoque est alia Authoris doctrina ex pag. 155. & seq. decerpta, nimirum: Ne„mo potest invincibiliter ignorare illum præser„tim articulum fidei de existentiâ Dei; & licèt „modò nos lateat, quibus modis quibusq; secretis „spiraculis Deus etiam barbaris lucem, & gratiam „suam infundat, certum est infundere, nullus„que est sinus conscientiæ impervius Deo, quem „gratiâ, & radio veritatis non impleat. Ea qui„dem cognitio naturalis est, cum, ut observat S. „Thomas 1. parte quæstione 2. art. 2. ad 1. sit ma„gis præambulum ad fidem, quam ipsa fides, „Fides enim præsupponit cognitionem naturalem, „sicut gratia naturam, sed quia hujusmodi noti„tia præsertim apud Barbaros, & rudes est nimis „vaga, confusa, & universalis, propterea à Deo „supplente defectum naturæ, ea per gratiæ inspi„rationem magis completur ad ipsum Creato„rem velut rerum humanarum principium, &

bono-

„ bonorum malorumque remuneratorem cognoſ-
„ cendum, invocandum, colendum, timendum-
„ que, & hæc eſt illa fides inchoata, ſine qua nemo
„ placere Deo poteſt, & qua ſi benè aliquis utatur,
„ ad completam quoque, & chriſtianam fidem
„ perventurus eſt. Item pag. 160. ait dicendum eſ-
„ ſe cum Angelico Doctore ad Rom. 10. lect. 3.
„ Omnibus hominibus etiam incultiſsimis, ac pla-
„ nè barbaris auxilium gratiæ dari, quo legem na-
„ turalem obſervent, qua obſervatâ, & niſi obi-
„ cem ponant, Deum curaturum, ut eis quoque
„ Evangelium innoteſcat.

Undè antiqui Theologi Hugo à S. Victore, S. Bonaventura, Gerſon, Adrianus, Guillelmus Pariſienſis, ut teſtatur Contenſonus diſſertat. 6. cap. 1. de probabilitatis commento, docuerunt, nullam etiam apud infideles dari juris nèdum naturalis, ſed divini invincibilem ignorantiam, quia inquiunt, poſſunt recurrere ad ſupremum, quem intra ſe habent, magiſtrum Deum *facilè exorandum*, ſi veritatem ſtudio quæſitam continuis precibus à Deo efflagitent, & ſe pœnitentiâ vitæque emendatione divinâ luce dignos efficiant, adeoque fidei ignorantiam eis imputaudam credunt, quia Deus fidem nutritis etiam in ſylvis minimè negaret, ſi illam adhibitis omnibus, quibus poteſt comparari mediis poſtularent.

Ita ergò respondet Cenſori Cardinalis Bellarminus libro 2. de gratia & libero arbitrio ca-
„ pite 8. Poſſunt inquit Gentiles, quibus
„ nondùm eſt Evangelium prædicatum, co-
„ gnoſcere per creaturas Deum eſſe, & prorindè

,,proindè possunt à Deo per gratiam prævenientem ,, excitari ad credendum de Deo, quia est, & quòd ,, inquirentibus se remunerator sit, & ex tali fide ,, excitari possunt eodem dirigente, & adjuvant ,, Deo ad orandum, & eleemosynas faciendas, & ,, eo modo impetrandum à Deo majus fidei lumen ,, quod Deus ipse per se, vel per Angelos, vel per ,, homines facilè communicabit. Ita respondet S. ,, Thomas quæst. 14. de veritate, art. 11. ad 1. & af- ,, fert exemplum Cornelii. Quare Vincentius Ferre. ex Ordine amplissimo Prædic. in tom. de fide tract. 2. q. 1. n. 3. loquens de infidelibus apertè ne- ,, gat: Quòd si quis in pœnam peccati privetur o- ,, mni auxilio sufficienti ad legem implendam, ille ,, talis adhuc non peccabit legem non ad implen- ,, do, quia nemo peccat in eo, quod vitare non ,, potest, proindè dicit Tridentinum, Deus im- ,, possibila non jubet, sed jubendo monet, & fa- ,, cere quod possis, & petere quod non possis, ideo- ,, què saltem debent restare in aliquo *auxilia suffi-* ,, *cientia ad posse petere* auxilia sufficientia requisita ,, ad præceptorum adimpletionem. Quod si hæc ,, adsint, quamvis prima deficiant, homo non om- ,, ni auxilio sufficienti privabitur, & sic tenebitur ,, ad legis adimpletionem; si autē omni auxilio suf- ,, ficiēti destituatur, sic quòd adimpletio sit homini ,, impossibilis, non peccabit non observādo legem.

Opportunissima est in præsenti doctrina Mastrii de Meldula in 3. sent. disp. 16. de virtutibus Theologicis, quæstione 15. articulo 2. numero 405. ubi funditus evertit molimina omnia, quæ contra Authoris doctrinam machinari quispiam posset. Ora-

„ tio illa inquit, qua aliquis petit à Deo fidē, perti-
„ net aliquo modo ad ipſam fidem, & in ratione
„ doni computatur cum ipſo fidei dono, ut docuit
„ Gregor. homil. 9. in Ezechiel. dum ait, opera ſi-
„ ne fide non adjuvare, niſi pro fide percipiendâ
„ fiant. Unde non mirum, quod Deus nunc con-
„ currat auxilio ſupernaturali ad illam volunta-
„ tem, quæ non procedit merè ex lumine rationis
„ naturalis, ſed ex lumine fidei ſub obſcuro, & qua-
„ ſi ab aurorâ fidei, & ejus crepuſculo, ut quæ-
„ rat idem lumen clarius, & oret pro illo obtinen-
„ do, quemadmodum eleganter diſcurrit Cardi-
„ nalis de Lugo diſp. 12. ſect. 3. ubi alia plura diſ-
„ ſolvit ad præſens negotium ſpectantia. Dum au-
„ tem negamus, dari non poſſe meritum aliquod
„ ad ſalutem proximum, vel remotum ante fidem,
„ hoc aſſerimus in ordine ad juſtificationem, qua-
„ tenùs non poteſt adultus juſtificationem conſe-
„ qui abſque propriâ fide, & ſtrictè ſumptâ, nam
„ ſi quis concedere velit infideli aliquos actus ſu-
„ pernaturales ante fidem ex auxilio Dei elicitos,
„ qui ſint veluti præviæ diſpoſitiones ſaltem remo-
„ tæ, quibus Deus moveatur ad illum illuminan-
„ dum circa res fidei, & ad ulteriora trahendum,
„ ut juſtificationem conſequi poſſit, hoc nullum
„ reputo inconveniens; nam ad doctrinam Pa-
„ trum, & Conciliorum in præſenti negotio ſalvan-
„ dam ſufficit, quod nemo ſine fide, vel ante fi-
„ dem juſtificationem conſequi poſſit, quia de
„ potentiâ ordinariâ, ut inquit Apoſtolus, im-
„ poſsibile eſt ſine fide placere Domino, quod de
„ fide ſupernaturali explicat Tridentinum ſeſſ. 6.

„ cit. cap. 6. cum inquit, Deum benè utenti super-
„ naturali excitatione ad bonum, inspiraturum ali-
„ qualem notitiam supernaturalem fidei, quam ad-
„ juvante Deo complecti queat, id est, credere. &
„ justificari; excitatio autem supernaturalis ad bo-
„ num in hac vitâ non est aliud, quam actus fidei,
„ vel actus proximè dispositivus ad illum. Idcircò
„ Smisinch de Deo uno tract. 3. disp. 6. quæst. 4.
„ ostendit, infidelibus, quibus fides prædicata non
„ est, non omninò defuisse auxilium Dei remo-
„ tè sufficiens ad salutem, quo si benè usi fuissent,
„ ad auxilia ulteriora pervenissent usque ad illud,
„ quod proximè sufficeret ad credendum Deo sic
„ disposituro, ut per ministerium hominis, vel
„ Angeli, vel à solo Deo fides illa annuntiata fuis-
„ set, & ab eodem concessa fuisset vocatio inter-
„ na proximè sufficiens ad fidem.

Accedit Eminentiss. de Lauræa opusc. 3. de gratiis actualibus cap. 19. asserens, omnes infideles habere sufficientem gratiam ad Deum orandum, ut ipsis veritatem Religionis insinuet. Itque innumeri alii Catholici tradunt. Suffragantur duo Episcopi Gallicani. Alter est Ludovicus Abelli in tract. de gratia sect. 7. ubi docet, quod, Concilium
„ Tridendinum sess. 6. cap. 11. hanc Sancti Au-
„ gustini sententiam ex ejus libro de naturâ, &
„ gratiâ cap. 47. refert, & approbat: Deus im-
„ possibilia non jubet, sed jubedo monet, & facere
„ quod possis, & petere quod non possis, & adju-
„ vat ut possis. Ex quo sequitur, quod quamvis ali-
„ quando desit gratia benè operandi, *nunquã tamen*
„ *deest gratia postulandi, & impetrandi auxilii* DIVINI.

Alter

Alter est Isahac Habertus Episcopus, & Comes Vabrensis Doctor Sorbonicus, qui in Theologiâ Græcorum Patrum circa gratiam cum perpetuâ collatione scripturæ, Conciliorum, doctrinæ S. Augustini, S. Thomæ, & Scholæ Sorbonicæ lib. 2. cap. 15. n. 3. habet: Theologiæ celeberrimus Pro-„fessor Alphonsus Lemoinus Doctor Sorbonicus „gratiam sufficientem docuit esse *gratiam petendi*, „*seu gratiam orationis*, de qua toties D. Augustinus; „& verum id quidem, sententiæque nostræ prorsùs „consentaneum.

Adstipulatur Ludovicus Bail, qui lib. de benefic. Crucis part. 2. art. 53. impensè commendat Tostatum Abulensem in cap. 16. Matth. quæst. 178. scribentem: mandata Dei possibilia esse, & si „ad ea requiratur gratia Dei, quia quod per ali-„um possumus, dicimur simpliciter posse, ut dici-„tur 3. Ethic. quæ per amicos possumus, & per „nos dicimur posse. Deus autem nulli subtrahit „auxilium generale, ideò non est crudelis juben-„do, etiamsi juberet, quod haberemus charita-„tem, & gratiam, & virtutes, quia etiam hoc erat „facile obtineri, cum *quidquid ab eo petierimus*, „*statim concedit, si est de necessariis ad salutem nostram.* Insuper ipsum Bail in dispunctione notæ proximè superioris pro hac veritate audivimus cum Colvenerio, & Sylvio disertè locutum.

Concinit de ista gratia orandi nemini denegatâ Raphael Venostus Canonicus Regularis S. Augustini libro 2. de prædestinat. capite 20. Hæc gra-„tiâ, ait, neminem quantumvis peccatorem o-„mninò privat Deus viatorem, ut se se ad Deum oratio-

„ oratione convertere poſſit, pro lumine, & cha-
„ ritate impetranda, ac benè ut poſſit moraliter
„ operari, ſupraque carnis naturam vivere, & ſe
„ præparare ad charitatis ſpiritum ſuſcipiendum
„ à Deo. Hinc fit, ut etiam exiſtentes ſub regno
„ Sathanæ Dominus omninò non deſerat, ſed co-
„ adjuvat Dei inimicos, ut poſſint ſe in regnum
„ Chriſti transferre. Hic eſt ille ſpiritualis Sol, qui
„ oritur æquè ſuper bonos, & malos, & aqua ſtil-
„ lans ſuper juſtos, & injuſtos. Hac gratiâ reſiſte-
„ re poteſt tentationi viator, ſed non ea merendo
„ vincere ſine charitate. Ideò dixit Dominus Ca-
„ in ejus inimico: Subter te erit appetitus, & do-
„ minaberis illi in reſiſtendo, & non peccando, li-
„ cet non meritoriè vincendo, ſi volueris.

Pro coronide tot inſignium Doctorum ſit Eminentiſs. Cardinalis de Aguirre Sapientia, & Religione nulli ſecũdus, qui tom. 3. Theologiæ S. Anſelmi, diſputatione 124. ſectione 1. numero 2. ſtatuit hanc theſim: Hominibus lapſis adeſt ex miſericor-
„ dia, & dono Dei poteſtas ſimpliciter dicta ad
„ præcepta ſervanda, aut ſaltem facultas ad im-
„ petrandam illam *per orationem*, & alia pia opera.
„ Hæc aſſertio communis, & certa videtur inter
„ omnes Theologos quarumlibet ſcholarum, re-
„ pugnantibus ſolùm iis, qui aut tuentur Janſe-
„ nium, aut non ſatis ab eo ſe differe oſtendunt.

PROPOSITIO XIX.

Ex sacris literis, quæ totiès omnes, nulloque excepto, ad quærendum, pulsandum, petendum, vitamque mutandam invitant, constat, gratiam saltem remotam, hoc est orandi, & petendi omnibus dari, alioquin frustrà peccatores ad rem impossibilem invitarentur. pagina 184. linea 1.

NOTA.

HÆc fuit Maßiliensium, ac deindè Caßiani, Fausti, aliorumque Semipelagianorum sententia, qui omnibus hominibus orandi facultatem concedebant, per quam quærendo, pulsando, petendo divinam opem promererentur, ut videre est in Epistola Prosperi ad Augustinum, & apud Caßianum lib. 12. de institutione cænobii cap. 14. & apud Faustum lib. 2. cap. 10. quam sententiam rejecerat S. Augustinus ostendens, orationem non esse à nobis, quasi ex nobis, sed ex munere divino, seu speciali gratia Dei, haud secùs ac alia opera pia proficisci: ,, *Attendant, inquit, de Maßiliensibus, quomodò fallan-* ,, *tur, qui putant esse à nobis, non dari nobis, ut peta-* ,, *mus, quæramus, & hoc esse dicunt, quod gratia* ,, *præceditur merito nostro, ut sequatur illa cum accipimus* ,, *petentes, & invenimus quærentes, aperiaturque pul-* ,, *santibus nec, volunt intelligere etiam hoc divini mu-* ,, *neris esse, ut oremus, hoc est, petamus, quæramus, atq;* ,, *pulsemus. Libro de dono perseverantiæ capite 23. scribens verò contra Iulianum lib. 4. capite sic pronuntiat:*

Ne-

„ oratione convertere possit, pro lumine, & cha-
„ ritate impetranda, ac benè ut possit moraliter
„ operari, supraque carnis naturam vivere, & se
„ præparare ad charitatis spiritum suscipiendum
„ à Deo. Hinc fit, ut etiam existentes sub regno
„ Sathanæ Dominus omninò non deserat, sed co-
„ adjuvat Dei inimicos, ut possint se in regnum
„ Christi transferre. Hic est ille spiritualis Sol, qui
„ oritur æquè super bonos, & malos, & aqua stil-
„ lans super justos, & injustos. Hac gratiâ resiste-
„ re potest tentationi viator, sed non ea merendo
„ vincere sine charitate. Ideò dixit Dominus Ca-
„ in ejus inimico: Subter te erit appetitus, & do-
„ minaberis illi in resistendo, & non peccando, li-
„ cet non meritoriè vincendo, si volueris.

Pro coronide tot insignium Doctorum sit Eminentiss. Cardinalis de Aguirre Sapientia, & Religione nulli secũdus, qui tom. 3. Theologiæ S. Anselmi, disputatione 124. sectione 1. numero 2. statuit hanc thesim: Hominibus lapsis adest ex misericor-
„ dia, & dono Dei potestas simpliciter dicta ad
„ præcepta servanda, aut saltem facultas ad im-
„ petrandam illam *per orationem*, & alia pia opera.
„ Hæc assertio communis, & certa videtur inter
„ omnes Theologos quarumlibet scholarum, re-
„ pugnantibus solùm iis, qui aut tuentur Janse-
„ nium, aut non satis ab eo se differe ostendunt.

PRO-

PROPOSITIO XIX.

Ex sacris literis, quæ totiès omnes, nulloque excepto, ad quærendum, pulsandum, petendum, vitamque mutandam invitant, constat, gratiam saltem remotam, hoc est orandi, & petendi omnibus dari, alioquin frustrà peccatores ad rem impossibilem invitarentur. pagina 184. linea 1, 1

NOTA.

HÆc fuit Maßiliensium, ac deindè Caßiani, Fausti, aliorumque Semipelagianorum sententia, qui omnibus hominibus orandi facultatem concedebant, per quam quærendo, pulsando, petendo divinam opem promererentur, ut videre est in Epistola Prosperi ad Augustinum, & apud Caßianum lib. 12. de institutione cænobii cap. 14. & apud Faustum lib. 2. cap. 10. quam sententiam rejecerat S. Augustinus ostendens, orationem non esse à nobis, quasi ex nobis, sed ex munere divino, seù speciali gratia Dei, haud secùs ac alia opera pia proficisci: „ Attendant, inquit, de Maßiliensibus, quomodò fallan„tur, qui putant esse à nobis, non dari nobis, ut peta„mus, quæramus, & hoc esse dicunt, quod gratia „præceditur merito nostro, ut sequatur illa cum accipimus „petentes, & invenimus quærentes, aperiaturque pul„santibus nec volunt intelligere etiam hoc divini mu„neris esse, ut oremus, hoc est, petamus, quæramus, atq; „pulsemus. Libro de dono perseverantiæ capite 23. scribens verò contra Iulianum lib. 4. capite sic pronuntiat:

Ne-

„ *Necesse est gratiam præcedere, & cor tangere, ut beatissimum donum à Deo petatur, & ut pulsetur ad Deum.* Idem postea S. Fulgentius contra Semipelagianos his verbis expressit epist. 6. cap. 7.: *Haberi non potest ipse salutem orationis affectus, nisi divinitùs fuerit attributus,* „ *ut ergò desideremus adjutorium gratiæ, hoc ipsum* „ *quoque est opus gratiæ, ipsa namque incipit infundi ut* „ *incipiat posci, ipsa quoque amplius infunditur, cum poscentibus datur.*

DISPUNCTIO.

„ MEns non sanari, sed vincere cupiens, inquie„ bat Maxentius Dial. 2. adversa ab his, quæ „ dicuntur, ad nihil aliud intenta est, nisi ut in„ veniat, quòd pro suis partibus eloquatur. Non quidem verbis, sed exemplari castigatione digna est temeritas Censoris, qui, ut hæresim Semipelagianam Eminentiss. Cardinali per summum nefas inureret, eam propositionem ad modum hæresis efformavit, & subticuit in medio hæc verba: *Quæ omnia supponunt, hæc fieri posse, & consequenter gratiam saltem remotam,* quæ penitus extinguunt dogma Massiliensium, qui, ut fatetur ipse Censor, tenebant orationem esse à nobis, quasi ex nobis, non ex munere divino, seù speciali gratia. Optimè notat Sfondratus errores Semipelagianorum, inter quos recenset sequentes pag. 55. Do„ cebant Semipelagiani, à Deo non omnia merita „ præveniri, priorem esse hominis obedientiam, „ quàm gratiam, initium salutis esse ex eo qui sal„ vatur, non ex eo qui salvat, gratiam à volun-

tate

„ tate præcedi, qua tantùm Medicum quærat, fi-
„ dem, aut saltem initium fidei non ex gratia, sed
„ ex naturæ viribus esse, eum adjuvari à gratia, qui
„ cæperit velle, ipsum autem velle à gratia non
dari. His autem pravis dogmatibus è diametro opponuntur ipsamet Authoris verba à Censore relata, & alia omissa, quibus ipsa orandi facultas vocatur *gratia orandi*, quo nomine in toto contextu insignitur, proinde pag. 182. dicitur: Hæc gratia, seù
„ spiritus orandi, quoad initia sua primosq; gradus à
„ Deo non petitur, sed sponte gratisque datur.

Attendat quæso, benignus Lector testimonia Augustini à Censore in suâ notâ congesta, & luce meridiana clarius videbit, illa contra ipsum plurimùm, pro ipso nihil facere, ea namque omninò consona sunt doctrinæ ibi à Sfondrato traditæ, ut legenti facillimè patebit.

PROPOSITIO XX.

Gratia, seù Spiritus orandi, quoad initia sua primosq; gradus à Deo non petitur. pag. 182. lin. 8.

NOTA.

Assertionis hujus falsitas apertè demonstratur per preces Ecclesiæ, quæ dum orat pro infidelibus, & incredulis ut credant, orat, ut orare incipiant. Ex fide enim statim orandi spiritus concipitur, cum autem Ecclesiæ preces exaudiuntur, recenter conversi, *inquit Augustinus epistola* 107. velle incipiunt, quod nolebant, & habere fidem, quam non habebant, quod

ut

ut fiat in eis, oratur pro eis, quamvis non oretur ab eis. Cum vero factum fuerit, quod oratur, ei, qui fecit, aguntur gratiæ, & pro eis, & ab eis.

DISPUNCTIO.

„ Ejusmodi est rationis expers, ut solerter mo„ net Nazianzenus apud Damascenum in E„ clogis. lit. A. tit. 61. & ad oppugnandam veri„ tatem obfirmata temeritas, ut qui eâ laborant, nec „ tum quidem, cum in se ipsos incurrunt, vel intel„ ligant, vel pudore suffundantur. Si enim suæ integritati restituatur illa propositio, ut jacet penes Authorem, & ut à nobis descripta est in vestibulo dispunctionis notæ impactæ 18. propositioni, omnis præcisa fuisset Censori ansa, calumnias, & hæreses ingeminandi in libro Eminent. Authoris, qui ibidem loquitur quidem de prima gratia orandi non petendâ ab ipso orante, non tamen excludit, quod pro illo petatur ab aliis. Porrò ratio ab ipso Authore adducta est evidens ex propriis terminis, quia in illis gratiis, vel esset procedendum in infinitum, vel asserendum esset, eam orationem proficisci à pura potentia naturali, atque adeò necesse est, quod ante illam gratiam, quam supponit Scriptor simpliciter primam, non detur in eo alia gratia, per quam ipse possit petere ipsam primam gratiam, quamvis hæc peti possit ab alio pro ipso. Propterea scribit Sfondratus pag. 181. Gra„ tia orandi habet se per modum primi principii „ practici, quod alio principio non eget, sed est „ causa omnium aliarum actionum supernatura-

lium.

lium: Siquidem, ut videre est apud Oviedum controversia 7. de gratia, puncto 1. n. 4. Plures Theologi existimant, esse veritatem de fide, quòd homo non poßit sibi promereri primam gratiam actualem, secùs gratia caderet sub meritum aut condignum, aut congruum operis purè naturalis, quod Pelagianum est. Quare Tridentinum seß. 6. cap. 5. decernit, *ipsius justificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum praeveniente gratiâ sumendum esse, hoc est, ab ejus vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur*; proinde existimo neque relatè ad potentiam Dei absolutam posse primam gratiam actualem cadere sub ullum prorsùs meritum. Hæc autem non impediunt, quin prima gratia actualis cadere poßit sub meritum alterius à recipiente, quia non est principium meriti in altero, & est gratia prima relatè ad eum, in quo recipitur, non relatè ad alios, & ideò cum in peccatore universaliter agnoscam meritum congruum simpliciter, & absolutè tale (quidquid alii contra sentiant) quilibet sivè justus, sivè peccator potest congruè mereri alteri primam gratiam vocantem (sic de facto solet tribui meritis S. Stephani prima efficax vocatio Pauli, & meritis S. Monicæ prima efficax vocatio Augustini) & saltem mediate primam gratiam habitualem, gratiæ augumentum, perseverantiam finalem, &c. quæ omnia ad primam gratiam actualem æqualiter consequuntur, eandemque habent cum congruo alterius merito proportionem. Cæterum pag. 158. Ultrò fatetur „ Author, quod gratiæ comparandæ nunquam me„ dia peccatoribus desunt, oratio videlicet, tum

,, propria, tùm aliena. Sed quod mirum eſt id ipſum declarat Cenſor in ſua nota, confirmatque ſuffragio S. Auguſtini minimè ratus ipſum ſecum committi. Unde potius Cenſor annotare debebat, cum Stephano Decamps libro 1. de hæreſi Janſeniana cap. 6. num. 4. etiam Janſenium lib. 3. de Gratia Chriſti cap. 1. ipſas Eccleſiæ preces in opinionis ſuæ defenſionem trahere: Tale adjutorium, ,, inquit, Eccleſiæ precibus repugnat, quia tollit ,, funditus fidelium orationes &c. Docent enim ii- ,, dem recentiores, hujuſmodi adjutorium ſemper ,, eſſe præſens omnibus &c. Quod ſi verum eſt, quis non videt pro illis, quibus ſufficiens adjutorium præſto eſt, inaniter preces fundi? Hoc accerſitum eſt ex Davide Paræo Calviniano ſic argumentante lib. 2. de lib. arbit. cap. 8. pag. 291. Si omni- ,, bus, ait, ſemper adeſſet ſufficiens auxilium vi- ,, tandi infidelitatem, & peccata, fruſtra oraret ,, Eccleſia. Quia ſufficiens auxilium cum fingatur ,, univerſale eſſe, non ex eorum beneficiorum ge- ,, nere, quæ precibus, & ſupplicationibus ſunt im- ,, petranda.

Unus autem inſtar omnium pro dilucidanda, corroborandaque Sfondrati ſententia, & profliganda nota Cenſoris mihi ſit Eminentiſs. & ſapientiſs. Card. Noriſius, qui in doctiſsimis vindiciis S. Auguſtini pag. 90. & ſeq. unà cum Authore diſſerat. 5. de calumnia ſublata Janſeniani erroris omnibus hominibus, etiam infidelibus concedit adjutorium, ſeù auxilium *ſine quo non* ad eliciendos actus bonos remiſſos, debiles, ac minus perfectos, quibus tamen adjutorium, *quo* ad robuſtiores actus ad im-

implendam legem necessarios impetrari potest. Item illud auxilium *sine quo non* dicit esse illud, quo quis conatur implere præceptum, quove deficiens viribus easdem à Deo deprecatur, seu quo homo simpliciter potest conari implere mandata, ac orare pro viribus impetrandis, seù quo Deus humanas voluntates ad bonum faciendum movet; nempe, ad actus tenues, & minùs perfectos, exempli gratiâ, conatus ad implenda præcepta, & orationes ad impetrandas vires, qui profectò actus non sunt puræ velleitates, uti censet Jansenius, sed voluntates, licèt sine ulteriori auxilio inefficaces ad implenda præcepta, & postmodum subjungit, hujus auxilii factos esse beneficio Redemptoris participes *Omnes homines.*

Comprobat id Purpuratus Doctor ex S. Augustino in lib. de natura, & gratiâ cap. 67. ubi ait. „ Cum verò ubique sit præsens, qui multis modis „ per creaturam sibi Domino servientem aversum „ vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem adhortetur, exaudiat deprecantem. Eodem omninò consilio Author dissertat. de calumn. sublata Janseniani erroris pag. 297. promit hoc aliud S. Doctoris testimonium lib. de grat. & lib. arbit. cap. 17. Qui vult ergò facere Dei mandatum, & non potest, jam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc parvam, & invalidam. Illa bona voluntas, inquit, eruditissimus Author, *est ab adjutorio sine quo non.* Quò desiderium „ præcepti implendi excitatur, qui tamen motus est invalidus, nisi adjutorium *quo* roboretur. Plura ad hoc ipsum Sanctus Doctor in supe-

„ riori cap. 15. Ut homo, ait, qui voluerit, & non
„ potuerit, nondum ſe plene velle cognoſcat, &
„ oret ut habeat tantam voluntatem, quanta ſuffi-
„ cit ad implenda mandata. Tanta autem volun-
„ tas habetur ab adjutorio *quo*, prior verò, quæ eſt
„ parvum deſiderium, ex adjutorio *ſine quo non*
„ derivatur; & in lib. de natura, & gratiâ cap. 25.
„ Conetur ergo, inquit, anima domare linguam, &
„ dum conatur, poſcat auxilium, & oret lingua,
„ ut dometur lingua. Ille conatus, & oratio ſunt
„ cum adjutorio *ſine quo non*, ipſam verò linguam
„ reapſe domare eſt effectus adjutorii *quo*, ac gra-
„ tiæ victricis. Hoc ipſum probatur ex lib. S. Do-
ctoris de naturâ, & gratiâ, cap. 68. ubi cum
dixiſſet, Deum non præcipere impoſſibilia, ait:
„ Hinc admonemur, ut in facilibus quid agamus,
„ & in difficilibus quid petamus. Igitur opera faci-
„ lia, ſeù actus bonos minùs perfectos facere poſ-
„ ſimus, abſque eo quod majus, & ulterius au-
„ xilium à Deo poſtulemus, quod tamen in acti-
„ bus perfectioribus, ac difficilioribus ſupplici-
ter petendum eſt. Idem in epiſt. 89. ad Hilarium
„ ſcribit: Quia etſi poſſit antequam petat, quid ei
„ prodeſt, niſi illi agat gratias, ex eo quod poteſt, à
quo petendum eſt, quod nondum poteſt? Hactenus
celeberrimus Theologus, cui hac de re *concors*
omninò eſt Sfondraus.

PROPOSITIO XXI.

Auguſtinus mille locis . . . de hominibus, quales in Mundo ſunt, hoc eſt, peccato originali, multiſque actualibus obſtrictis conſtantiſſimè docet

docet, nō peccaturos violatis divinis præceptis, niſi poteſtatem haberent illa obſervandi, & conſequenter, niſi haberent gratiam ſaltem inchoatam, hoc eſt, orandi, pag. 184. lin. 9.

NOTA.

Aliquam gratiam inchoatam, hoc eſt, ut Author interpretatur, gratiam orandi neceſſariam eſſe in quibusvis hominibus, ideſt, etiam induratis, obcæcatis, infidelibus, Idololatris, ad hoc ut eis peccata imputentur, cùm alioquin nullam ea vitandi, ac præcepta Dei adimplendi poteſtatem haberent, opinio eſt doctrinæ Auguſtinianæ prorsùs oppoſita, quam ſanctus Doctor in omnibus pœnè operibus contra Pelagianos, & Semipelagianos editis refellit, ac nominatim lib. de corrept. & grat. ex cap. 6. uſque ad 11. ut mirum omninò ſit, Authorem aſſerere S. Auguſtinum mille locis illud ipſum docere.

DISPUNCTIO.

TEſtimonia S. Auguſtini in ſuperiori diſpunctione ex eminentiſs. Noriſio, & Authore indicatæ diſſertationis producta apertiſſimè revincunt immodicam Cenſoris confidentiam, quæ ut ulterius pateſiat, ipſi opponere poſſumus alia ejuſdem Auguſtini, & aliorum SS. Patrum ſuffragia à Cardinali Sfondrato paſſim in hoc opere deprompta, præcipuè à pag. 148. uſq; ad 155. & in pag. 184. Authoritas autem à Notatore indicata, & à Doctoribus oppoſitæ ſententiæ allata jacet in cap. 11. lib. de correp. & grat. inter medium, & finem, ubi S. Doctor agit de adjutorio ad non peccandum mortali-

taliter, & perseverandum in gratiâ, non autem de adjutorio ad credendũ, & ad pœnitendum, ac propterea sensus illorum verborum est, pœnam peccati originalis esse, quibus deest adjutorium tale, quale non defuit Angelo, & primo homini. Videlicet, ut sine ulla difficultate posset perseverare, si vellet.

De induratis autem, & obcæcatis adnotat Bernardus Guyart lib. 2. de discriminibus inter doctrinam Thomisticam, & Jansenianam quæst. 3. art. 1. „ quod : Jansenius Iprensis cæcos magis obcæcat, „ magis indurat obduratos, & ultra progressus opi„ nionem eorum, qui gratiam sufficientem usque ad „ obcæcatos, & induratos extendere volunt, vi„ sâ Augustini doctrinâ, ad obsurditatem, imò & „ dilirium usque ascendere prædicat. Et articulo „ 2. observat, quod Jansenius opinionem er„ roneam, & pernitiosam sustinens, Orthodoxo„ rum sententiam, qui auxilium sufficiens infide„ libus à Deo impertiri docent, *non nisi gratis, ac* „ *temerè* dici posse audet affirmare. Antea quæst. 2. art. 2. retulit hæc verba Jansenii t. 3. l. 3. c. 13. nempe, *non adest semper gratia, qua possumus, hoc est, qua illa eadem præcepta adimplenda sufficiamus*, (& quod pejus est) *hæc impoßibilitas fidelibus accidit, non tantùm quando nolunt præcepta facere, sed etiam quandò volunt.* Bone Deus : exclamat ad ea verba Guyar„ dus : Quantum distat doctrina hæc ab ea Thomi„ starum, qua perpetuò docent, totiès quotiès oc„ currit præceptum faciendum, Deum ad id auxi„ lium sufficiens suppeditare. Colligo ex Banne„ sio, quem Pelagianum, aut Semipelagianum non „ dicent, Quotiescunq; inquit 1. part. quæst. 23. art. 3. „ conc. 3, aliquis peccat speciale pecatum contra su-

per

per naturale præceptū vel fidei, vel pœnitentiæ vel „ alterius supernaturalis virtutis, necesse est, ut ille „ de facto receperit aliquā divinam inspirationem „ illuminantis Dei, aut vocantis, aut invitantis ad „ fidem, vel pœnitentiam; hæc conclusio asseritur „ à nobis certa secundum fidem. Quid autem aliud, „ subdit Guyardus, radium illum intellectum illu- „ strantem, aut scintillam voluntatem excitantem, „ nisi adjutorium sufficiens appellamus? Tùm su- „ per hæc verba Joan. 15. *si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent*, adducit eundem Bannesium sic discurrentem: Hunc locum universi Doctores, „ præsertim D. Augustinus interpretatur de pec- „ cato infidelitatis, quod commiserunt Judæi non „ recipientes Jesum tanquam verum Christum, & „ Messiam promissum in lege, & dicit Christus „ Dominus, quod illud peccatum non commisis- „ sent, nisi ipse proposuisset illis sufficienter do- „ ctrinam, & miracula supernaturalia, quibus pro „ tunc obligabantur credere.

Deindè adjungit Guyardus suffragia Joannis à S. Thoma, Navarette, Medinæ, & Alvaris eodem sensu explicantium S. Augustinum, & allegat ista alia verba Jansenii: *Nunquam aliud ex præcepto colligit S. Augustinus, quam id, quod præcipitur non fieri sine libero voluntatis arbitrio, seu quod idem est, possibile esse, ut id, quod præcipitur, actu liberi arbitrii impleatur.* Sed quis credet, pergit Guyardus, „ eam esse mentem Augustini, nam per quid nisi „ per voluntatem potest aliquod præceptum „ divinum adimpleri? Agebatne contra

taliter, & perseverandum in gratiâ, non autem de adjutorio ad credendũ, & ad pœnitendum, ac propterea sensus illorum verborum est, pœnam peccati originalis esse, quibus deest adjutorium tale, quale non defuit Angelo, & primo homini. Videlicet, ut sine ulla difficultate posset perseverare, si vellet.

De induratis autem, & obcæcatis adnotat Bernardus Guyart lib. 2. de discriminibus inter doctrinam Thomisticam, & Jansenianam quæst. 3. art. 1. „ quod : Jansenius Iprensis cæcos magis obcæcat, „ magis indurat obduratos, & ultra progressus opi- „ nionem eorum, qui gratiam sufficientem usque ad „ obcæcatos, & induratos extendere volunt, vi- „ sâ Augustini doctrinâ, ad obsurditatem, imò & „ dilirium usque ascendere prædicat. Et articulo „ 2. observat, quod Jansenius opinionem er- „ roneam, & pernitiosam sustinens, Orthodoxo- „ rum sententiam, qui auxilium sufficiens infide- „ libus à Deo impertiri docent, *non nisi gratis, ac* „ *temerè* dici posse audet affirmare. Antea quæst. 2. art. 2. retulit hæc verba Jansenii t. 3. l. 3. c. 13. nempe, *non adest semper gratia, qua possumus, hoc est, qua illa eadem præcepta adimplenda sufficiamus*, (& quod pejus est) *hæc impoßibilitas fidelibus accidit, non tantùm quando nolunt præcepta facere, sed etiam quandò volunt.* Bone Deus : exclamat ad ea verba Guyar- „ dus : Quantum distat doctrina hæc ab ea Thomi- „ starum, qua perpetuò docent, totiès quotiès oc- „ currit præceptum faciendum, Deum ad id auxi- „ lium sufficiens suppeditare. Colligo ex Banne- „ sio, quem Pelagianum, aut Semipelagianum non „ dicent, Quotiescunq; inquit 1. part. quæst. 23. art. 3. „ conc. 3, aliquis peccat speciale pecatum contra su-

per naturale præceptũ vel fidei, vel pœnitentiæ vel
„ alterius supernaturalis virtutis, necesse est, ut ille
„ de facto receperit aliquá divinam inspirationem
„ illuminantis Dei, aut vocantis, aut invitantis ad
„ fidem, vel pœnitentiam; hæc conclusio asseritur
„ à nobis certa secundum fidem. Quid autem aliud,
„ subdit Guyardus, radium illum intellectum illu-
„ strantem, aut scintillam voluntatem excitantem,
„ nisi adjutorium sufficiens appellamus? Tùm su-
„ per hæc verba Joan. 15. *si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent*, adducit eundem Bannesium sic discurrentem: Hunc locum universi Doctores,
„ præsertim D. Augustinus interpretatur de pec-
„ cato infidelitatis, quod commiserunt Judæi non
„ recipientes Jesum tanquam verum Christum, &
„ Messiam promissum in lege, & dicit Christus
„ Dominus, quod illud peccatum non commisis-
„ sent, nisi ipse proposuisset illis sufficienter do-
„ ctrinam, & miracula supernaturalia, quibus pro
„ tunc obligabantur credere.

Deindè adjungit Guyardus suffragia Joannis à S. Thoma, Navarette, Medinæ, & Alvaris eodem sensu explicantium S. Augustinum, & allegat ista alia verba Jansenii: *Nunquam aliud ex præcepto colligit S. Augustinus, quam id, quod præcipitur non fieri sine libero voluntatis arbitrio, seu quod idem est, possibile esse, ut id, quod præcipitur, actu liberi arbitrii impleatur.* Sed quis credet, pergit Guyardus,
„ eam esse mentem Augustini, nam per quid nisi
„ per voluntatem potest aliquod præceptum
„ divinum adimpleri? Agebatne contra

„ aliquos,qui eleemosynam manui, non voluntati
„ adscribebant? Aliud autem tantum virum requi-
„ rere necesse est, per hoc enim dictum nefanda,
„ tùm Lutheri, tùm Calvini dogmata salvarentur,
„ nam sive liberum arbitrium merè passivè se habe-
„ ret, ut ajebat ille, sive spontaneè tantùm, ut Jan-
„ senius, quæ ab eo proficiscerentur opera, non fi-
„ erent sine eo. Aliud est igitur id, quod præcipi-
„ tur actu liberi arbitrii impleri, & aliud liberè ad-
„ impleri. In primo non salvatur, quam rejicit
„ Jansenius, indifferentia, in secundo autem pla-
„ nè conservatur, & consequenter vera libertas.
„ Quomodò etiam altera hæc ejus explicatio, nun-
„ quam aliud ex præcepto colligitur, quam id,
„ quod præcipitur possibile esse, ut actu liberi ar-
„ bitrii impleatur, subsistere potest? à quo nascitur
„ ista possibilitas? à principiis naturæ, & hoc est,
„ quod initio volebat Pelagius. Ab auxilio divino
„ juxta illud, quod per amicos possumus, per nos
„ ipsos dicimur posse; ergò si nō datur, impossibilia
„ jubet Deus. Quod cum sacrilegium sit asserere,
ex consensu omnium Thomistarum, planum est, *de fide*
„ *esse*, quotiescunq; aliquod præceptum implēdum
„ occurrit, à Deo *infallibiliter*, non solum justis, sed
„ & *perditis* auxilium sufficiens, per quod impleri
„ possit, *infallibiliter dari.*

Illa autem Jansenii calumnia ex Calvinianorum scholis aut gurgustiis emersit, ut observat Stephanus Dechamps lib. 1. de hæresi Janseniană cap. 5. quæ iisdem pœnè vocibus personat: nam sententiam de Gratiâ sufficienti omnibus prorsus adultis à Deo concessa ad evitanda peccata, & legem

Dei ſervandam Calviniana Synodus Dordracena ſeſſ. 34. pag. 165. damnat *ut Pelagianam, Papiſticam, Hæreticam.* Ipſe Calvinus lib. de æterna Dei prædeſtinat. pag. 696. omnes ingenii nervos contendit, ut ex S. Auguſtino Pelagianum eſſe probet, quod Albertus Pighius aſſerebat, offerri omnibus gratiam. Hæreſiarchæ iſtius famoſus aſſecla Paræus lib. 2. de grat. & lib. arbit. cap. 8. pag. 279. in eandem rem ſcribit: Induratos, ait, habere auxilium „ ſufficiens ad repellendam à ſe cæcitatem non „ eſt minus falſum, quàm cæcos habere auxilium „ ſufficiens ad aperiendos ſibi oculos. Deus enim „ ſibi ſoli id ſervavit, ut cæcitatem cordium tollat, „ cæcos illuminet &c. Dicere talis induratis dari „ ſufficiens auxilium reſiſtendi ſuo peccato, eſt a- „ perta inſania.

Ad locum vero S. Auguſtini ex lib. de Corrept. & grat. c. 11. quem à Janſenio magnificari dicit, reſpondit ibidem Guyardus cum Alvare diſp. 112. „ Quòd S. Auguſtinus ſolùm docet, quòd in natura „ lapſa ſit pœna peccati, quòd non detur ei auxi- „ lium, quo perſeverare poſſit, non tamen ſentit, „ quòd ſit novum peccatum, ſi homo non faciat, „ quod ex corruptione peccati originalis non po- „ teſt, niſi detur illi auxilium, quo id facere poſſit, „ ut patet in infidelitate negativa, & ita ſe expli- „ cat Auguſtinus cap. 67. citato.

Eodem collimat Eminentiſs. de Lauræa opuſc. 3. de grat. actualibus cap. 19. ubi ad probandum pro omni lege omnibus infidelibus omnis generis Deum largitum eſſe, ac largiri gratiam ſufficientem ad poſſe in eũ credere ſicut oportet, & ad poſſe legem

Dei ſalvantem, ſeu conducentem ad ſalutem obſervare, licet non fecerint, producit etiam S. Auguſtinum in pſal. 13. & 24. in lib. 3. de lib. arbit. c. 18. in lib. de nat. & grat. cap. 6. & 67. in lib. de ſpirit. & lit. cap. 33. & 34. & n. 453. ita concludit in favorem Eminentiſs. Sfondrati: Si ergo Patres Concilii Tridentini exiſtimantes cum Apoſtolo Paulo, ſine fide impoſſibile eſſe placere Deo, & quemlibet hominem habere poſſe fidem Dei, & neminem abſque propria culpa caruiſſe, aut carere eâ, *per neceſſariam conſequentiam infertur, quod omnes homines habuerint, & de facto habeant principium aliquod ſupernaturale*, per quod poſſint ſaltem eam habere, alioquin ſine propria culpa eâ carerent; hoc autem ſupernaturale principium eſt gratia ſufficiens, puta, illuminatio, ac inſpiratio ad credendum in Deum, illumque diligendum, in illumque ſperandum, & ad dolendum de peccatis, quæ quidem illuminatio, ac inſpiratio tripliciter accidere potuit, ac poteſt, vel alio prædicante, ut regulariter fit ex Rom. 10. Quomodò credent, quem non audierunt? & quomodo audient ſine prædicante? Tunc enim prædicante aliquo extrà, Deus ut cum Auguſtino tractatu 6. in primam Johannis epiſtolam diximus, loquitur intrà, illuminans, ac inſpirans. Alio ſed ſpeciali modo Deus ſine prædicante extrà, illuminat immittendo in alicujus infidelis intellectum, cogitationem, & dubitationem de veritate ſuæ Religionis, & inſpirando ad inquirendum de vera, & ad orandum ipſum, ut faciat cognoſcere veritatem. Tertio

„ tio tandem modo, qui frequentiùs accidit in „ rusticis, & idiotis, & aliis, qui prædicantem „ immediatè non audierunt, sed à suis majoribus, „ vel aliis civilioribus, aut in agendis rebus magis „ instructis, licèt non credentibus audierunt, quod „ datur alia Religio, quæ ab ejus sectatoribus præ- „ dicatur ut verior, in his casibus Deus illuminat, „ ac inspirat, ut ea inquiratur. Quod si præfati „ omnes quomodocunque illuminati, ac inspira- „ ti non despiciant, seu non respuant, resistant, „ ac derideant illuminationes illas, ac inspiratio- „ nes ut factum legimus, & modo fieri scimus à „ Gentilibus Mahometanis, Judæis, & Hæreticis „ ipsis Deus concederet gratiam adjuvantem, & „ efficacem ad inquirendam veram religionem, & „ successivè ad eam amplectendam, at quia reji- „ ciunt, despiciunt, & irrident, rejiciuntur à „ Deo, despiciuntur, & irridentur: ex proverb. „ 1. Act. Apost. c. 7. & 13. sibi ergò imputent, „ non Deo &c. sit ergò laus Deo virtus, & gloria „ in æternum, qui neminem vult perire, & om- „ nibus gratiam sufficientem concedit, per quam „ habeant posse non perire.

N O T A.

Idem illud principium tanquam Sacris Scripturis, & Sancti Augustini doctrinæ in primis adversarium pluribus locis evertit Angelicus Doctor, & aliud planè contrarium supponit tantùm enim abest, ut in quocunque, peccatore gratiam saltem inchoatam, vel remotam requirat, sine qua peccatum eis non imputaretur, ut potius expres-

*expressè doceat: Multis deesse auxilium ad evitandum pec-
„catum, quod quidem auxilium, inquit 2. 2. quæst. 2.
„art. 5. ad 1. quibuscunq; divinitùs datur, misericorditer
„datur, quibus autem non datur, ex iustitia non datur in
„pœnam præcedentis peccati, & saltem originalis pec-
„cati, ut August. in. dicit in lib. de corrept. & grat. Vi-
„de item 1. 2. quæst. 79. art. 1. & art. 3. nec non 1.
„par. q. 23. art. 3. ad 3.*

DISPUNCTIO.

IDem respondendum est ad illud testimonium S. Thomæ, cui non uno tantùm in loco satisfacit Eminentiss. Author, & maximè pag. 168. ajens: *Quod si aliquandò negat S. Thomas quibusdam auxilium gratiæ necessarium dari, ut videre est 2. 2. quæst. 2. art. 5. ad 1.* (qui locus citatur à Censore) *intelligendus est, ut supra ostendimus. vel quod subinde, non verò semper, totoque vitæ tempore negetur, vel de auxilio gratiæ proximo ad aliquid faciendum, non verò de remoto, & incompleto, quo si uteris, reliqua etiam necessaria adjungentur, ut idem Angelicus à nobis citatus docet de Cornelio Centurione, & de Barbaro in sylvis educato.*

Eandem responsionem allegatæ authoritati D. Thomæ attexit Ludovicus Bail lib. de beneficio Crucis par. 3. art. 26. eamque confirmat ex *S. Doctore* lib. 3. contra Gentes cap. 159. juncto commentario Ferrariensis, & per totum articulum exponit alios textus Præceptoris Angelici ab adversariis objectos. Demùm addatur expositio illius textus Angelici adducta à doctissimo Cabrera 3. par. quæst. 62. disp. 20. art. 1. Cum D. Thomas 2. 2. q. 2. art. 5.

art. 5. ad 1. fatetur, non dari quibusdam auxilium
,, gratiæ ad credendum in pœnam præcedentis pec-
,, cati, loquitur de auxilio necessario ad explicitè
,, credendum articulis fidei, ut colligitur ex ipsa so-
,, lutione, & ex argumento S. Thomæ ..... sed
,, non loquitur de auxilio necessario ad credendum
,, primum credibile, nempe, Deum esse, & remu-
,, neratorem esse, hoc enim auxilium nemini nega-
,, tur: sed potiùs omnes in universum prævenit De-
,, us illos, stans ad ostium, & pulsans.

PROPOSITIO XXII.

Sine gratia orandi in statu naturæ corruptæ nulla potestas est observandæ legis divinæ pag. 184. lin. 15.

PROPOSITIO XXIII.

Nullo peccato ..... gratia petendi amittitur, sine qua omnem quoque libertatem tolli necesse est. ibidem lin. 20.

NOTA.

Novum prorsùs dogma, atque hactenùs in scholis catholicis inauditum. Certè de hac gratia orandi, quæ hìc necessariò in omnibus hominibus requiritur, ut eis peccatum imputetur, & sine qua ut Author existimat, omnis libertas tolleretur, ne esset gratia Christi, neque ejus meritis adscribi posset. Non enim gratuita, *sed homini in quocunque statu posito debita esset, quemadmodùm homini sana mentis ipsa arbitrii libertas naturaliter debe-*

deberetur. Vnde etiamsi Christus non fuisset incarnatus, eiusmodi orandi gratiam in omnibus hominibus admittenda esset, cum alioquin non essent ad peccandum liberi, ut Author contendit.

Sequeretur etiam, quod non posset fides per infidelitatem, Apostasiam, & Atheismum amitti: individuali enim nexu inter se cohærent fides, & oratio, neque dici potest, eum, qui adhuc orandi gratiam retinet, à fide omninò excidisse.

DISPUNCTIO.

S. Augustinus lib. de prædest. sanctorum cap 11. vocat privilegium Manichæorum sumere ex eodem libro, quæ vellent & sibi putarent conducere, cætera præterire. Hoc reatu passim involvitur Censor, qui palpum lectoribus obtrudere studet, ut Sfondratum insimulet, quasi nullum agnoscat discrimen inter gratiam sufficientem proximam, & gratiam sufficientem remotam, & adstruat gratiam sufficientem proximam esse simpliciter necessariam ad hoc, ut quis dicatur posse liberè servare legem divinam; & evitare peccatum. Unde reddenda est suæ integritati prima propositio „ hoc modo: Sine gratiâ saltem inchoata, hoc est, „ orandi in statu naturæ corruptæ nulla potestas „ est observandæ legis divinæ. Altera quoque propositio mutila & truncata est: ità enim jacet loc„ cit. Sicut ergò ex sententia Augustini nullo pec„ cato, quamdiu ratio viget, amittitur libertas; „ & potestas ad implendi legem divinam, vitandi„ que peccati, ita nullo peccato omnis gratia suf-

ficiens

,, ficiens, & remota, hoc est gratia petendi amitti-
,,tur, sine qua omnē quoq; libertatē tolli necesse est.

Utraque autem notæ pars expressa est ex Jansenio Iprensi, qui lib. 3. de gratiâ Christi cap. 12. instat apud Stephannm Dechamps lib. 1. de hæresi Jansenianâ cap. 6. hoc ipso gratiam converti in naturam, quo omnibus communis esse fingitur, juxta illud Augustini : *Communis est omnibus natura, non gratia.* At hæc quoquè Calvini arma sunt adversus Catholicos ita disputantis lib. 2. instit. cap.
,, 3. num. 10. Meritò Augustinus tam eos deri-
,, det, qui aliquas volvendi partes sibi arrogant,
,, quàm reprehendit alios, qui putant promiscuè da-
,, ri omnibus, quod speciale est gratuitæ electionis
,, testimonium. Communis, inquit, omnibus est
,, natura, non gratia, vitreum acumen appellans,
,, quod mera vanitate splendet, ubi ad omnes ge-
,, neraliter extenditur, quod Deus, quibus vult,
confert. Quo etiam argumento Petrus Martyr in loc comm. tit. de præd. num. 40. utitur, ut Catholicos oppugnet. Postremò, inquit, dum isti sic
,, gratiam faciunt omnibus communem, illam con-
,, vertunt in naturam, &c. Quoad alteram vero notæ partem spectat, Jansenius frequenter gratiam sufficientem infidelium, ut humanæ Philosophiæ, aut Pelagianæ hæresis fætum traducit, & loc. cit. cap. 11. docet, infideles ne levissimo quidem gratiæ sufficientis rore perfundi, quia. Ante fidem,
,, ait, Augustinus nullam omninò gratiam sive ef-
,, ficacem, sive sufficientem ad quicquam benè
,, operandum in infidelibus novit. Et cap. sequenti demonstraturum se pollicetur : Gratiam suffi-

„cientem infidelium à Semipelagianis excogita-„tam fuisse. Hausta sunt hæc omnia ex Petro Martyre in loc. comm. tit. de lib. arbit. num 9. & 10. ita Catholicos aggresso: Neque verò adversario-„rum nostrorum (Catholicorum) decreta longè „discedunt à Pelagianis. Illi enim docuerunt, na-„turam adjutam gratiâ creationis & doctrinâ le-„gis posse rectè agere; isti verò dicunt, naturam „gratiâ præveniente & pulsante adjutam posse bo-„na facere, quæ Deo placeant &c. Apud Augu-„stinum autem, qui adversus istos fortiter dimica-„vit, nihil est discriminis inter rectè agere absque „gratiâ, & rectè agere extra fidem Christi &c. „Apparet ergo eos, qui aliam gratiam sibi fingunt, „quàm eam, qua justificamur, & in Christum in-„serimur, obtrudere nobis humanum commen-„tum, vel potius Pelagianum perfugium, quod „divinæ litteræ non agnoscant.

Novum, & inauditum dogma esse, quod gratia sufficiens (quā Sfondratus collocat in gratiâ orandi imperfectè) omnibus adultis conferatur in ordine ad salutem, arbitrariè obloquitur Censor. Satis superque sit vidisse Didacū Ruiz in tom. de prædestinat. à disp. 40. usque ad 50. ubi recenset innumeros omnis ætatis Doctores eandem doctrinam expresse tradentes, quibus addere possemus *plures* recentiores, ut videre est apud Martinonum in Anti-Jansenio disp. 23. ubi n. 37. rectè explicat, quomodò gratia sufficiens non pertinet ad naturam, quatenùs debeatur naturæ, vel ab eâ exigatur connaturaliter, vel quòd subtrahi nequeat salvo judicio rationis & usu libertatis naturalis, cum

cùm ſit beneficium gratuitum & ordinem naturæ tranſcendat, potuiſſetque Deus citra ullam injuſtitiam, & indecentiam relinquere homines & Angelos in ſtatu puræ naturæ; unde ipſa gratia debetur tantum ex ſuppoſitione, quòd Deus velit ordinare creaturas rationales ad finem ſupernaturalem, detque illis præcepta, quæ ſine auxiliis gratiæ ſervari non poſſunt, cujuſmodi ſunt præcepta ſupernaturalia, alioquin inutilis foret hæc ordinatio, vanaque intentio, & Deus vellet fieri impoſſibilia; proindè communiter docent Theologi, non poſſe peccatum imputari carentibus ſufficienti poteſtate illud vitandi, & neminem ſupplicio aut vituperatione dignum eſſe, qui id non faciat, quod facere non poteſt, quod ipſo naturali lumine per ſe notum eſt. „Ut illud cantent in montibus paſtores, & in theatris poetæ, & indocti in circulis, & docti in bibliothecis, & Antiſtites in ſacris locis, & in Orbe terrarum genus humanum. Ut affirmat Auguſtinus lib. 2. de duabus animabus cap. 11. Nullaque doctorum paucitas, nulla indoctorum turba in eo diſſentiat. Ut ait idem S. Pater in lib. de vera Religion. cap. 14. Quis enim peccat in eo, quod caveri non poteſt, inquit lib. 2. contra Fauſtum c. 18.

Prætermittenda verò nequaquam eſt alia egregia doctrina, quam difficultati ultimo loco objectæ reponit Ludovicus Bail par. 3. de benefic. Crucis art. 14. Non eſt, inquit, communis abſolutè omnibus „hominibus gratia hæc ſufficiens conſiſtens in interioribus quibuſdam illuminationibus, & admonitionibus ſecretis, quibus Deus pulſat ad oſtiũ „cordis uniuſcujuſq; ad vitanda peccata, & aliquid

„rectè operandum; nec enim infantes illam reci-
„piunt, nec amentes, quare uno verbo destrui po-
„test prolixa illa ratiocinatio: sic D. Fulgentius lib.
„de incarn, & grat. Christi cap. 30. refellit Pelagia-
„nos asserentes, Deum expectare hominis volunta-
„tem.... Si ergò satis est unica instantia ex infan-
„tibus petita ad refellendum dogma Pelagianum,
„cur nobis non sufficiet ad refellendam imposturam
„Bajanorum, qui gratiam quandam interiorem
„omnibus sufficientem à nobis admitti imprope-
„rant? Deindè negamus istud principium: natura-
„le est, quod omnibus nullo excepto competit. Da-
„tur enim instantia in resurrectione omnium mor-
„talium, quæ erit opus supernaturale, quod merito
„Christi omnibus conveniet. Sicut enim in Adam
„omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivifica-
„buntur, licet diversa futura sit resurgentium con-
„ditio. Sic interpretatur Theodoretus, & in Con-
„cilio Palæstino, seu Diospolitano coactus est Pela-
„gius id ipsum admittere, cum antea negaret, om-
„ne genus humanum per Christum resurgere. Un-
„de & inferri potest, si quid commune omnibus
„pro corpore sit Christi sanguine acquisitum, non
„debere alienum à ratione videri, si quid etiam
„commune pro anima omnibus Christi sanguine
„acquisitum sit, media, scilicet, sufficientia ad salu-
„tem. Nunquid enim Christus magis corpus sa-
„navit, quàm animam? Negent ergo illi ar-
„ticulum resurrectionis, & solis prædestinatis,
„id est, sibi ipsis attribuant, si hæc ratio valeat ad
„destruendam gratiam sufficientem, illud-
„que pretiosum Dei donum, quo captivitas pri-
mæva

,,mæva hominum soluta est, conculcent; injurijs ,,proscindant interim, ac sic injuriosè Christi Sanguinem habeant, ut ingratitudinem Pelagii longè ,,superare videantur: nec enim tantum est negare ,,se beneficium accepisse, ac injuriis afficere. Non ,,immeritò putamus, castissimum, ac mitissimum ,,animarum sponsum amarum esse amariorum, ac ,,amarissimum, ut de se ipso dixit l.1. revelat. S. Bir- ,,gittæ c.58. cum non satis sit eum charitate sua nu- ,,dare, nisi etiam adultero comparent, qui edat spuriam prolem. Expeditiùs sese ab his ambagibus extricant aliqui Theologi ita compressiùs loquentes, nempè, quòd gratia sufficiens necessaria ad salutem sit quidem gratuita antecedenter, & in radice propter gratuitam elevationem ad finem supernaturalem; at consequenter, & supposita hac elevatione sit debita.

,,Sed quoniam (subjungit post pauca idem Do- ,,ctor Bail) piæ nostræ meditationes corda ista non ,,emolliunt, quòd principiis Augustinianis se ful- ,,ciri putent, quæ nobis objiciunt, propria ipsorum ,,principia ipsi veriùs opponamus, nec enim verè ,,objici potest à Bajanis, quod inter naturam, & ,,gratiam non distinguamus, cùm tam sæpè distin- ,,ctionem illam, & tam expresse asseramus, sed hoc ,,ipsisimet improperari potest, qui si velint perma- ,,nere in suis dogmatibus, & consequenter ad sua ,,principia philosophari, convincentur ipsi de Pe- ,,lagianismo, & quod inter naturalia, & superna- ,,turalia sicut ipse Pelagius, non distinguant am- ,,plius, ita ut Pelagii laqueis nunquam se possint exuere. Cùm autem id ex eorum Scriptorum doctri-

na disertè, & dilucidè demonstrarit Bail, tùm in „hæc verba concludit: Invenitur ergo Jansenius „Pelagii socius, & cujus se debellatorem profite-„batur, ejus cogitur esse propugnator, nisi à suis „principiis longè velit discedere. Et jam cùm ipsi „sint magis Pelagiani, gloriantur se magis esse an-ti--Pelagianos.

Superest modò satisfaciendum Censori objicienti, ex doctrina Authoris sequi, quòd tametsi Christus (puto voluisse dici Verbum divinum) non fuisset incarnatus, ejusmodi orandi gratia in omnibus hominibus admittenda esset &c. Sed levi brachio diruitur hæc argutia. Etenim Censor, ne extra oleas vagetur, permanere debet cum Eminentiss. Authore in hypothesi, in qua tantùm ipse procedit, videlicet, quòd Deus prævisò hominis lapsu adhuc voluerit omnes homines salvos fieri; in hac itaque suppositione Deus neque de potentia absoluta potuit homini lapso auxilia sufficientia ad salutem non providere. Quoniam neq; de potenria absoluta potest Deus velle finem, & nolle media ad ipsum necessaria, & sine quibus finis redditur impossibilis, secùs Deus posset velle impossibilia; atqui ex una parte auxilium sufficiens est medium necessarium ad salutem, & sine quo salus redditur impossibilis; ex altera parte in hac hypotesi omnes, & singuli homines sunt à Deo ad salutem politi, igitur neque de potentia absoluta Deus potuit omnibus, & singulis hominibus lapsis non providere auxilia sufficientia ad salutem. Quòd si etiam prævisò Adæ peccato Deus decernere noluisset Divinæ Personæ in-

na

nationem in remedium, ſed voluiſſet benignè omninò, & liberaliter ex ſe culpam condonare, vel acceptare ſatisfactionem aliquam imperfectam, & non condignam, quam potuiſſet pura creatura exhibere, tunc gratia hominibus collata non eſſet gratia Chriſti, ſive per Chriſtum, ſed Gratia Dei; gratia autem Chriſti non eſt ſpecie diverſa à gratia Dei, nec perfectior intrinſecè, proindè Vaſquez, Oviedus, Arriaga, Ripalda, & plures alii Theologi docent, quod Gratia ex eo præcisè, quod ſit Chriſti ſeu per Chriſtum, non confert, cæteris paribus ad majus meritum. Quod autem gratia illa infidelibus conceſſa, ſit verè ac propriè gratia à Chriſto ſive Chriſti meritis comparata, apertiſſimè declarat Cardinalis Author pluribus in locis, & præcipuè pag. 48. Inquiens: Omnibus, & ſingulis hominibus ob meritum Salvatoris validiſſimas gratias ab æterno paratas, quibus humana voluntas ad malum prona in bonum flecteretur: & pag. 49. Chriſtum pro omnibus oraſſe, ac orando gratiam omnibus etiam reprobis meruiſſe, qua converti, ſalvarique facillimè poſſent, ſi vellent. Idque efficaciſſimè ac invictiſſimè demonſtrat Sfondratus ex Scripturarum oraculis, & complurium SS. Patrum, maxime divinæ gratiæ præconis Auguſtini pag. 13. 17. 18. 26. 48. 50. 144. & ſeqq.

NOTA.

DEmùm quî fieri potest, ut hujusmodi orandi gratia locum olim habuerit in Stoicis, Epicureis, Iudæis, Pelagianis? Quandoquidem Stoici cætera bona à Dijs, solam virtutem à se ipsis habere putabant, Epicurei nullam in Deo rerum humanarum curám, ac providentiam agnoscebant; Iudæi autem ignorantes Dei justitiam, & suam volentes constituere, nullo se auxilio Dei ad adimplendam legem indigere dicebant; Pelagiani denique liberi arbitrij viribus confisi divinæ gratiæ necessitatem tollebant. Quid de Atheis, & Libertinis, qui in corde dixerunt, Deum non esse, an etiam illis gratia orandi semper adfuit? Quid si homines hanc orandi gratiam non habuerunt, neque de illa unquam cogitaverunt, consequens est ex mente Authoris, etiam libertate ad peccandum necessaria caruisse, adeòque nulla eis peccata à Deo ad culpam imputanda fuisse, quam consequentiam ipse Author expresse admittit hâc eâdem pagin. lin. 16. ubi ait: „Quod si alicui deesset hac gratia (orandi] posset „aliquis esse sana mentis, qui furando, occiden„do, adulterando, blasphemandoque nihil peccaret.

DISPVNCTIO.

REdeat Ludovicus Bail loco nuper laudato ſic „tempeſtivè locutus: Sed ad magis ſedandum, „inquit, furorem hunc Janſenianum contra amabilem gratiam Dei, quæ omnes invitat ad vitam „beatam, libet iiſdem verbis eos compellare, „quibus Jonam Prophetam quondam Deus mitigavit, cùm affligeretur ob miſericordiam universalem ad Civitatem Ninives impertitam, in „qua etiam, ut putat Paulus Palatius commentariis „in Prophetas Minores, Sardanapalus Rex erat „qui gratiam Dei conſecutus eſt, & remiſſionem „peccatorum. Exareſcente enim hederâ, cujus foliis „ab ardore Solis ſervabatur Jonas, ex quo ille incommodum ſentiens magis doluit, & iracundiâ „efferbuit, ut etiam cum morte vitam commutare „deſideraret. Tunc dicit Deus ad Jonam: *Putaſne benè iraſceris tu ſuper hederâ? & dixit, benè iraſcor ego uſque ad mortem, & dixit Dominus, tu doles ſuper hedera, in qua non laboraſti, neque feciſti, ut creſceret, quæ ſub una nocte nata eſt, ſub una nocte periit. Et ego non parcam Ninive civitati magnæ, in qua ſunt plaſquam centum viginti millia hominum, qui neſciunt, quid ſit inter dexteram, & ſiniſtram ſuam, & jumenta multa.* Hæc „tunc Deus ad Prophetam iracundiorem, quæ ego „ad Janſenii interpretem non minus aptè dixerim, „qui tanto iræ impetu contra Dei gratiam incenſus „eſt, qua univerſo Orbi magnæ veluti civitati benignitatem ſuæ miſericordiæ impendit, ut homines „à morte peccati, & ruina primi parentis edu-

,,cat, *putasne benè irasceris tu?* Si equus tuus in oculo,
,,vel pede læsus sit, tu doles, & vis, eum sanum esse,
,,& non potes audire, velle Deum, universos homi-
,,nes salvos esse, sed gratiam, quia primùm illorum
,,saluti studet, injurijs laceras. Comprimè, quæso,
,,illos æstus, & disce, te Deum habere patientissi-
,,mum, benignissimum, & qui prius misericor-
,,diam, quàm justitiam exhibeat. Hactenùs Bail,
qui toto articulo 31. ex libris veteris testamenti pro-
,,bat: Traditionem gratiæ sufficientis fere ab ipso
,,mundi exordio inchoatam, & ex illo tempore, in
,,quo in Adamo vitiatum est genus humanum, ut
,,loquitur D. Augustinus epist. 157. ad nostrum æ-
,,vum prorogatam esse, ut non omnes veteris te-
,,stamenti filii gratiæ prorsus ignari dici debeant,
,,licet illius plures fuerint contemptores. Et in li-
,,mine hujus articuli fatur: Quod impugnatorum
,,gratiæ sufficientis antistes Jansenius Iprensis in ti-
,,tulo capitis 8. lib. 3. tom. 1. ait, statum veteris testa-
,,menti figurativum, & propheticum non attu-
,,lisse Judæis gratiam sufficientem, sed potiùs im-
pedientem.

Idem ferè habet Bernardus Guyard lib. 1. per to-
tum articulum nonum, in quo graviter conqueri-
,,tur: Quòd Jansenius non proponit nobis Deum
,,misericordem, sed ferocem, sanguinolentum, cru-
,,delem, & his adhuc aliquid pejus, & quòd toto
,,ferè libro octavo de Gratia Christi Salvatoris, &
,,maximè cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. non solùm super om-
,,nes scholasticos, sed & supra S. Thomam, nec non
,, Apostolos jam sacro Christi Collegio aggrega-
,,tos petulantia intolerabili spumam suam audet
spar-

„ſpargere. . . . . . Deum in ore ſuo gladium, „ut aliàs vidit Propheta, deferentem oſtendit in „veteri lege omnibus, demptis pauciſſimis, gra„tiam ad implenda præcepta ſufficientem, dero„gantem, eo ſcopo hanc legem condidiſſe, ut cla„marent ſine auxilio, vellent ſine adjutorio, dolerent ſine remedio. Non ſolum autem infidelibus, ſed etiam Judæis gratiam ſufficientem Janſenius eripuit lib.3. de grat. Chriſti cap. 4. 5. 6. & ſeq. eamque cum legis Moſaicæ ſcopo pugnare contendit in hæc verba relata à Stephano Dechamps lib. 1. de hæreſi „Janſeniana c. 6. Auguſtinus legem & præcepta id„circò ſuperbis hominibus lata eſſe, & plerumque „dari docet, ut agnoſcant ſe ad legem implendam „non ſufficere, ſed multitudine prævaricationum „confuſi ac territi ipſaque confuſione ac timore hu„miliati diſcant ad gratiam, quam non habent, implorandam fugere. Cumq; ex pluribus S. Auguſtini teſtimoniis evicit, legem eſſe datam, ut nos doceret ad gratiam confugere, inde colligit, ſufficientem gratiam iis defuiſſe, qui ſub lege vivebant: Non „ſolùm, inquit cap. 5. non dabatur illis gratia ſuffi„ciens implendi, quod jubebatur, multo minus gra„tia ſufficiens ad ſalutem, ſed è contrariò talis gra„tia lationi legis ac ſcopo Dei capitaliter repugnabat. Sic Calviniani contra Rem. in ſpecim. Amſtel. art. 57. apud eundem Dechamps loc. cit. decernunt: „Judæi, quibus Chriſtus prædicabat, non poterant „ſe convertere & credere, nunquam etiam ipſis ſuf„ficiens gratia data eſt, qua ad converſionem & ſalutem pertingerent: Præivitque ipſe Calvinus lib. 2. Inſtitut cap. 5. nu. 6. & 7. ex cap. 7. num. 8.

„cat, *putasne benè irasceris tu*? Si equus tuus in oculo, „vel pede læsus sit, tu doles, & vis, eum sanum esse, „& non potes audire, velle Deum, universos homi„nes salvos esse, sed gratiam, qua primùm illorum „saluti studet, injurijs laceras. Comprimè, quæso, „illos æstus, & disce, te Deum habere patientissi„mum, benignissimum, & qui prius misericor„diam, quàm justitiam exhibeat. Hactenùs Bail, qui toto articulo 31. ex libris veteris testamenti pro„bat: Traditionem gratiæ sufficientis fere ab ipso „mundi exordio inchoatam, & ex illo tempore, in „quo in Adamo vitiatum est genus humanum, ut „loquitur D. Augustinus epist. 157. ad nostrum æ„vum prorogatam esse, ut non omnes veteris te„stamenti filii gratiæ prorsus ignari dici debeant, „licet illius plures fuerint contemptores. Et in li„mine hujus articuli fatur: Quod impugnatorum „gratiæ sufficientis antistes Jansenius Iprensis in ti„tulo capitis 8. lib. 3. tom. 1. ait, statum veteris testa„menti figurativum, & propheticum non attu„lisse Judæis gratiam sufficientem, sed potiùs impedientem.

Idem ferè habet Bernardus Guyard lib. 1. per totum articulum nonum, in quo graviter conqueri„tur: Quòd Jansenius non proponit nobis Deum „misericordem, sed ferocem, sanguinolentum, cru„delem, & his adhuc aliquid pejus, & quòd toto „ferè libro octavo de Gratia Christi Salvatoris, & „maximè cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. non solùm super om„nes scholasticos, sed & supra S. Thomam, nec non „Apostolos jam sacro Christi Collegio aggrega„tos petulantia intolerabili spumam suam audet spar-

„ſpargere. . . . . . Deum in ore ſuo gladium, „ut aliàs vidit Propheta, deferentem oſtendit in „veteri lege omnibus, demptis pauciſſimis, gra-„tiam ad implenda præcepta ſufficientem, dero-„gantem, eo ſcopo hanc legem condidiſſe, ut cla-„marent ſine auxilio, vellent ſine adjutorio, dole-rent ſine remedio. Non ſolum autem infidelibus, ſed etiam Judæis gratiam ſufficientem Janſenius e-ripuit lib.3.de grat.Chriſti cap.4.5.6.& ſeq.eamque cum legis Moſaicæ ſcopo pugnare contendit in hæc verba relata à Stephano Dechamps lib.1.de hæreſi „Janſeniana c.6. Auguſtinus legem & præcepta id-„circò ſuperbis hominibus lata eſſe, & plerumque „dari docet, ut agnoſcant ſe ad legem implendam „non ſufficere, ſed multitudine prævaricationnm „confuſi ac territi ipſaque confuſione ac timore hu-„miliati diſcant ad gratiam, quam non habent, im-plorandam fugere. Cumq; ex pluribus S. Auguſtini teſtimoniis evicit, legem eſſe datam, ut nos doceret ad gratiam confugere, inde colligit, ſufficientem gratiam iis defuiſſe, qui ſub lege vivebant: Non „ſolùm, inquit cap. 5. non dabatur illis gratia ſuffi-„ciens implendi, quod jubebatur, multo minus gra-„tia ſufficiens ad ſalutem, ſed ẽ contrariò talis gra-„tia lationi legis ac ſcopo Dei capitaliter repugna-bat. Sic Calviniani contra Rem. in ſpecim. Amſtel. art.57.apud eundem Dechamps loc.cit. decernunt: „Judæi, quibus Chriſtus prædicabat, non poterant „ſe convertere & credere, nunquam etiam ipſis ſuf-„ficiens gratia data eſt, qua ad converſionem & ſa-lutem pertingerent: Præivitque ipſe Calvinus lib. 2.Inſtitut cap.5.nu.6.& 7.ex cap.7.num.8.

Cæterùm in diſpunctionibus præcedentium notarum abundè conſimilibus inſtantiis ſatisfactum eſt, iis enim ad ſummum probatur, Deum actu non cònferre omnibus hominibus auxilia proximè ſufficientia ad orandum perfectè pro impetranda gratia neceſſaria ad exequendum præceptum; ad hoc ſiquidem, ut eruditiſſimus Author Diſſertationis de ſublata calumnia Janſeniani erroris cap. 2. §. 2. ſcribit, concurrere debent notitia præcepti, deſiderium ejuſdem faciendi, ac judicium practicum propriæ infirmitatis, & ſi homo formet judiciũ practicum prorſus oppoſitũ, nẽpè, judicet, ſe poſſe ſine ulteriori Dei auxilio mandatum implere, ponit obicem orationi faciendæ, nec eſt in potentia proxima ad orandum, quam tum primum recipiet, cum erroneum illud judicium deponet: ſic Pelagiani putabant, eâ Dei gratiâ, quam Catholica Eccleſia docet, everti liberum arbitrium, ac omnium virtutum merita ſuffocari, & hoc erroneo judicio obcœcati non erant in potentia proxima ad orandum pro impetranda gratia ad exequenda præcepta. Id ipſum pluribi confitetur Sfondratus, & præcipuè pag. 165. ſcribens: Pelagianos aſſeruiſſe, hominem viribus naturæ, propriæq; voluntatis pe-„tere, pulſare, quærere, velle, & ſic à Deo, & gratiã, „& gloriam obtinere. Et poſt relatum egregium teſtimonium S. Auguſtini lib. 4. contra Julianum „cap. 8. ſubjungit: Pelagius dixerat, ideò homi-„nem ſalvari, quia in ejus poteſtate, liberoque ar-„bitrio eſt velle, aut nolle, orare, vel non ora-„re, pulſare, vel non pulſare &c. & ideò iis „gratiam dari, qui volendo meruerunt, non da-

ri, qui

„ri, qui nolendo demeruerunt, quæ planè falsissi-„ma sunt, & meritò ab Augustino, omnibusque „Catholicis damnata: nemini enim prius merenti „gratia datur, cum sit ipsa principium meriti, & „quampluribus non merentibus data sit, ut in Pau-„lo, Magdalena, Gentilibus, aliisque patuit. Unde Eminentiss. Author pag. 96. primam, & præcipuam causam obdurationis Judæorum refundit in eorum voluntatem, quòd, inquit: „Nollent credere, quodque meruerint, ut indu-„rarentur, hoc est, ut à Deo desererentur; merue-„rint, inquam, quia operibus legis, & su-„perbiâ tumidi nollent fidei subjecti esse, nollent „in Mediatorem, & Salvatorem credere. Quòd „verò id nollent, imò non possent, id non ex gra-„tiæ defectu, divinaque voluntate. (Cùm mutari „utique in melius possent, quæ potestas à gratia e-„rat) sed ex eorum malitia provenisse, qui quandiu „talia saperent, *in sensu composito*, ut Theologi lo-„quuntur, credere non poterant, sicut quandiu o-„culos aliquis claudit, non potest videre, quòd igi-„tur non possent credere culpæ ipsorum fuisse.

Istud deduxerat Sfondratus ex textu S. Augustini relato à laudato Authore loco citato præfatæ dissertationis, nempè ex tract. 53. in Joann. ubi inter „alia leguntur hæc verba: Hinc, & illi non pote-„rant credere, non quia mutari in melius homines „non possunt, sed quandiu talia sapiunt, non pos-„sunt credere: Hinc excæcantur, & indurantur, quia „negando divinum adjutorium, non adjuvantur „&c. proinde meritò subdit: Hic planè Augusti-„nus clarissimè simul, & elegantissimè mentem

suam

Cæterùm in disjunctionibus præcedentium notarum abundè consimilibus instantiis satisfactum est, iis enim ad summum probatur, Deum actu non conferre omnibus hominibus auxilia proximè sufficientia ad orandum perfectè pro impetranda gratia necessaria ad exequendum præceptum; ad hoc siquidem, ut eruditissimus Author Dissertationis de sublata calumnia Janseniani erroris cap. 2. §. 2. scribit, concurrere debent notitia præcepti, desiderium ejusdem faciendi, ac judicium practicum propriæ infirmitatis, & si homo formet judiciũ practicum prorsus oppositũ, nẽpè, judicet, se posse sine ulteriori Dei auxilio mandatum implere, ponit obicem orationi faciendæ, nec est in potentia proxima ad orandum, quam tum primum recipiet, cum erroneum illud judicium deponet: sic Pelagiani putabant, eâ Dei gratiâ, quam Catholica Ecclesia docet, everti liberum arbitrium, ac omnium virtutum merita suffocari, & hoc erroneo judicio obcœcati non erant in potentia proxima ad orandum pro impetranda gratia ad exequenda præcepta. Id ipsum pluribi confitetur Sfondratus, & præcipuè pag. 165. scribens: Pelagianos asseruisse, hominem viribus naturæ, propriæq; voluntatis pe-
„tere, pulsare, quærere, velle, & sic à Deo, & gratiã,
„& gloriam obtinere. Et post relatum egregium testimonium S. Augustini lib. 4. contra Julianum
„ cap, 8. subjungit: Pelagius dixerat, ideò homi-
„nem salvari, quia in ejus potestate, liberoque ar-
„bitrio est velle, aut nolle, orare, vel non ora-
„re, pulsare, vel non pulsare &c. & ideò iis
„gratiam dari, qui volendo meruerunt, non da-

ri, qui

„ri, qui nolendo demeruerunt, quæ planè falſiſſi-
„ma ſunt, & meritò ab Auguſtino, omnibuſque
„Catholicis damnata: nemini enim prius merenti
„gratia datur, cum ſit ipſa principium meriti, &
„quampluribus non merentibus data ſit, ut in Pau-
„lo, Magdalena, Gentilibus, aliiſque patuit.
Unde Eminentiſſ. Author pag. 96. primam, &
præcipuam cauſam obdurationis Judæorum re-
fundit in eorum voluntatem, quòd, inquit:
„Nollent credere, quodque meruerint, ut indu-
„rarentur, hoc eſt, ut à Deo deſererentur; merue-
„rint, inquam, quia operibus legis, & ſu-
„perbiâ tumidi nollent fidei ſubjecti eſſe, nollent
„in Mediatorem, & Salvatorem credere. Quòd
„verò id nollent, imò non poſſent, id non ex gra-
„tiæ defectu, divinaque voluntate. (Cùm mutari
„utique in melius poſſent, quæ poteſtas à gratia e-
„rat) ſed ex eorum malitia proveniſſe, qui quandiu
„talia ſaperent, *in ſenſu compoſito*, ut Theologi lo-
„quuntur, credere non poterant, ſicut quandiu o-
„culos aliquis claudit, non poteſt videre, quòd igi-
„tur non poſſent credere culpæ ipſorum fuiſſe.

Iſtud deduxerat Sfondratus ex textu S. Auguſti-
ni relato à laudato Authore loco citato præfatæ diſ-
ſertationis, nempè ex tract. 53. in Joann. ubi inter
„alia leguntur hæc verba: Hinc, & illi non pote-
„rant credere, non quia mutari in melius homines
„non poſſunt, ſed quandiu talia ſapiunt, non poſ-
„ſunt credere: Hinc excæcantur, & indurantur, quia
„negando divinum adjutorium, non adjuvantur
„&c. proinde meritò ſubdit: Hic planè Auguſti-
„nus clariſſimè ſimul, & elegantiſſimè mentem
ſuam

„suam exposuit,nec credo, in omnibus Augustini
„operibus luculentius testimonium esse: ex iisdem
etiam Augustini verbis pariter infert doctissimus
Author prælibatæ dissertationis: ex magni Docto-
„ris sententia, ait, qui putant suis tantùm viribus
„sine Dei adjutorio posse servare mandata , *quous-*
„*que talia sapiunt*, potentiam proximam ad oran-
„dum pro impetrando adjutorio non habent,quam
„tum primum recipient, cum erroneum illud judi-
„cium deponent.Ita passim Theologi tradunt &c.
Eodem quoque refertur, quod pag. præcedenti 93.
ex pluribus conglobatis testimoniis sacræ scripturæ
etiam secundùm textum Hebraicum , & S. Au-
gustini disertissime, & validissime ostendit Emi-
nentiss. Author de obduratione Pharaonis. Ex hac
Cardinalis Sfondrati doctrina dissipantur omnes
instantiæ Censoris non solùm de Pelagianis, & Ju-
dæis; sed etiam de Stoicis, & Epicureis, Atheis,&
Libertinis, quæ sane solvendæ etiam sunt ab innu-
numeris omnis ætatis Theologis docentibus,à Deo
de facto conferri omnibus prorsus hominibus au-
xilia gratiæ sufficientis consistentis vel in gratia o-
randi, vel in illustrationibus & pijs motibus super-
naturalibus intellectus , & voluntatis. Profectò
prima, & præcipua causa obdurationis , & im-
potentiæ proximæ ad orandum in omnibus illis se-
ctis refundenda est in eorum voluntatem, qua me-
ruerint, ut indurarentur, hoc est, ut à Deo dese-
rerentur , quia Stoici cætera bona à Dijs , so-
lam virtutem à seipsis haberi volebant; Epicurei
agnoscere nolebant in Deo rerum humanarum cu-
ram , & providentiam; Athei, & Libertini dice-
re vo-

re voluerunt in corde suo: non est Deus. Quòd verò illi his deterrimis erroribus laborarent, id non ex gratiæ defectu, divinaque voluntate, (cum mutari utique in melius potuissent, quæ potestas à gratia erat) sed ex eorundem malitia proveniebat, qui quamdiu talia saperent in sensu composito orare, & credere non poterant, sicut quamdiu oculos aliquis claudit, non potest videre; quod igitur non potuerint illi orare, & credere, culpæ ipsorum fuit.

Tempestivè adnotat Bail par. 3. de beneficio Crucis art. 32. quòd Apologista Jansenii destructionem communissimæ sententiæ de gratia sufficienti omnibus hominibus impertita inferre evidenter se jactat ex hoc, quod nequissimi homines non sentiunt, nec experiuntur, se illuminari, ac pio tangi desiderio, dum in scelera ruunt præcipites. Hujusmodi ostentationem pluribus copiose refellit Bail reponens, quoslibet etiam depravatissimos non carere pijs istis cogitationibus ac affectionibus, & si illas in seipsis non experiantur, quia non reflectunt se super se; idq; exemplificat in hominibus, qui operationem custodiæ Angelicæ non sentiunt juxta hanc doctrinam S. Bonaventuræ in 2. dist. 11. art. 2. q. 1. dicentis, credendum esse, quòd multis modis Angeli, qui nos custodiunt, & studeant promovere ad bonum, & studeant retrahere à malo, quamvis hoc non percipiat hebetudo spiritus nostri, propter quod multi superbiunt, multi sunt ingrati, & frequenter sibi attribuunt, quod est ex beneficio Angelico &c. Deindè ita ad hominem contra Jansenium argumentatur idem Bail: Probi homines, ait,

„ait, gratia medicinali, qualem ſolam pro efficaci
„gratia admittit Iprenſis, non ſunt privati, & ſi
„non ſentiant delectationem cœlitus immiſſam, in
„qua illam totam conſtituit, dum benè quidpiam
„operantur. Namque & myſticorum Theologo-
„rum doctrina eſt, qui penitiùs res ſpirituales diſ-
„cutiunt, perfectiſſimas animas vix ſupra ſuos a-
„ctus ſe reflectere, imò & hanc reflexionem quan-
„dam eſſe in vita eminentiori ſpirituali ſpeciem
„imperfectionis, qua anima à Deo unicè dilecto a-
„vertit ſe, dum actui ſuo creato inſpiciendo incum-
„bit. Sic quippè delicata eſt eminentioris vi-
„tæ ſpiritualis perfectio, ut diſtractionem re-
„putet hanc introverſionem, qua aliud, quam
„Deum ipſum reſpicit. Et tamen cœleſtes illæ
„animæ inter cæteras gratiâ Chriſti abundant et-
„iam inter ipſas ſterilitates, quibus omni ſolatio ſic
„ſibi deſtitutæ apparent, ut cum Chriſto moriente
„exclament gemebundæ: *Deus Deus meus ut quid me*
„*dereliquiſti*! Si igitur invalida eſt conſequutio, quod
„probæ animæ gratia medicinali careant, quia non
„experiuntur ſuavitatem cœleſtem, in qua illa ſita
„ſit tota, ut putant, & iners erit illa ratiocinatio,
„qua ſimiliter concludunt, flagitioſorum maximos
„carere ſufficienti gratia, quia non ſentiunt ſe illu-
„minari, aut moveri ad bonum.

Poſt hæc Bail ſe ad Janſenianos convertit his ver-
„bis: Si pertinaciùs illi contendant, ſe experiri cæ-
„leſtem illam delectationem omni concupiſcentia-
„rum delectatione majorem in omnibus operibus
„bonis, hoc inter prætenſa eorum privilegia nume-
rabi-

„rabimus, quod adeò felices ſint horum dogmatum „ſectatores, non ſolùm quod nunquam gratiæ Spiri„tus Sancti reſiſtant, quod ut Filii Dei agan„tur, quod in illis nunquam Dei gratia vacua „ ſit. Non ſolùm, quod ſi forſan peccaverint, ſtatim „excuſationem paratam habeant, mandatum Dei „ſibi fuiſſe impoſſibile, ut qui gratiam ſuam medi„cinalem non haberent, qua vinceretur inſupera„biliter concupiſcentia. Non ſolùm, quod vix pro „aliis à ſe, Chriſtus Sanguinem fuderit: cum à ſe „diffidentes Pelagiani ſint, aut ad minus Semi Pe„lagiani, id eſt, hæretici, qui nequaquam à maſſa „perditionis ſegregati dici poſſunt, ſicut ipſi, qui „orthodoxi ſunt. Sed etiam quod ſuavitatem quan„dam cæleſtem in omni bono opere habeant & ſen„tiant, in qua ex hac vita prægustant delitias vitæ „cæleſtis. Atque hæc ſola ſit Chriſti gratia, nam ſi „quidpiam agatur ex motivo timoris aut doloris, „ aut alterius cujuſpiam à dulcedine illa & delecta„tione diſtincti, ex gratia non fit, nec verè bonum „dici poteſt.

Oppoſitum planè conteſtatus eſt Cornelius Muſſus in concione habita coram Pio IV. Pontifice Maximo de admirabili Gentium vocatione: Super „omnia mirabilia, inquit, mirabiliſſimus eſt modus, „quo Dominus negotiatur & tractat dextrè ſalu„tem peccatorum, non dico, hominum communiũ, „ſed gentium immundarum, & incircumciſarum, „Chananæorum, Samaritanorũ, Scytharum, Thra„cum, Aphrorum, Romanorum, Græcorum, Bar„barorum, omnium Idololatrarum, omnium im„piorum, omnium Atheorum, omniumq; eorum,

qui

„non habent ritus ac ceremonias, vivuntq; absque „aliqua sua lege præter naturalem. (& paulò post) „Effundit Dominus maximam copiam aquarum „suarum, & inundat illam terram prius desertam, „sterilem Samariæ, ut eam diffundat ad omnes gen-„tes &c. Non est ita communis sol, nec tam genera-„lis ros & pluvia, sicut est omnibus patens gratia „Dei per Jesum Christum.

Quamobrem cohærenter ad ista Sfondratus ne-„gat pag. 159. hominibus: *Gratiam abesse saltem in-„completam, & remotam, qua majorem, & proximam „consequi possint.* & pag. 163. cum S. Augustino do-„cet, quòd sicut certum est, non omnes esse Chri-„stianos, ita certum est, non omnes gratiam imme-„diatam, & proximam habere, qua sint christiani, „habere tamen gratiam illam remotam, media-„tam, & incompletam, quâ si uterentur, christiani fierent. Ast in hujus Theologici asserti compro-bationem alios eximios Theologos in idem con-spirantes audiamus. Chorum ducat Didacus Al-varez ex sapientissimo Ordine Prædicatorum di-sput. 112. num. 5. ubi ponit hanc thesim: Deus omni-„bus tribuit pro loco, & tempore auxilium super-„naturale intrinsecum, & sufficiens ad implenda „præcepta naturalia, quæ supposito præcepto im-„pleri non possunt ex solis viribus naturæ . . . . . . „& intelligitur conclusio, de facto omnes recipere „hujusmodi auxilium sufficiens saltem pro lo-„co, & tempore, quo obligat hujusmodi præ-„ceptum, aliàs transgressio illius præcepti non im-„putaretur hominibus ad culpam, cùm nullus pec-„cet in eo, quod vitare non potest. Item disputat.

71. num.

„71. num.2. docuerat: Si illi omnes qui non convertuntur, & salvantur, non habeant gratiam verè „sufficientem, quæ tribuit posse, omnes illi con„verti, piè operari, vel salvari non possent, & ita „non imputaretur eis ad culpam, quod non con„verterentur, nec adimplerent divina mandata, & „consequenter Deus irrationabiliter conquerere„tur de illis, & sine causa eos increparet, quod ta„men sacrarum literarum testimoniis videtur repu„gnare.

Franciscus Vermelius antiquus Professor Duacensis Ordin. Prædic. 1. part. tract. 9. disp. 6. astruit duplicem hanc conclusionem: Dico 4. Deus confert „omnibus adultis auxilia sufficientia; sine quibus „non stat mandatorum observatio pro tempore, & „occasione, quia talis urget observantia, nam Deus „vult omnes homines salvos fieri, ut habet Paulus „1. ad Timoth. 2. sed talis voluntas esset omninò in„anis, & superflua in Deo, nisi tribueret hominibus „auxilia sufficientia ad salutem etiam intrinseca... „quia ut obligatio alicujus præcepti urgeat, homo„que teneatur ad ejus observantiam, requiritur po„testas adimplendi, impossibilium enim nulla est „obligatio, ut dicit regula juris, & peccati reum te„neri quemquam, quia non facit quod facere non „potuit summæ iniquitatis est, & insaniæ, inquit „Augustin. tom. 6. de duabus animabus cap. 12. „sed absque auxilio sufficienti non est in homine „potestas ad mandatorum observantiam: ergo quo„tiescunque instat, & urget obligatio præcepti, „confert Deus præfata auxilia sufficientia. Al„tera verò conclusio hujusmodi est. Dico 6. nul-

„lus quantumcunque obduratus datur , qui non „possit implere mandata , & salvari , ac con- „sequenter , qui non recipiat auxilium suffi- „ciens , aliàs non peccaret , & commodum „reportaret ex obduratione sua , cum tamen „constet , etiam maximè obduratos peccare &c. & pro hac veritate ait , adesse generales scripturæ locutiones.

Bartholomæus Medina Ordin. Prædic. *1.* 2. q. 109. art. 10. eandem premit orbitam ajens : Deus „geminum donum suæ gratiæ conferre solet pecca- „toribus, alterum, quo possunt resipiscere , & sal- „vari , & hoc donum universis hominibus confert „&c. Alterum est auxilium efficax , quo homo ef- „ficaciter convertitur, & salvatur , & hoc universis „hominibus, qui pereunt , licet non conferat, non „tamen propriè negat , nam est paratus conferre, si „homines non contradicant, & resistant.

Joannes Puteanus Augustinianus Tolosæ primarius Regius Theologiæ Professor loco infra citando in propositione 32. statuit hanc thesim : Nul- „lus plane datur , etiam si agat in abditissimis , „& remotissimis partibus terræ , in quibus nihil „hactenùs auditum fuit de Evangelio , qui non ha- „beat gratiam sufficientem , per quam potest salu- „tem propriam perficere, si vult.

Concinit Petrus de Comitibus Augustinianus disp. 7. de Prædest. art. 4. docens. Quod quisque in „quolibet statu , & tempore tenetur servare divina „præcepta , ergò habet sufficientiam ad hoc , ali- „ter Deus præciperet illi impossibilia , quod „repugnat Tridentino , sed non haberet suffi- cien-

„scientiam ad observationem divinorum præcep„torum, nisi haberet à Deo suum adjutorium, ut „docet Tridentinum sess. 6. can. 3. ergò in quocun„que statu habetur gratia sufficiens, aliter daretur „impotentia etiam ad malum ex defectu virium „sufficientiæ ad bonum, quod est erroneum, eo quia „inobservantia mandatorum non esset mala. Quod autem spectat ad gratiam orandi, quæ debeat præsupponere fidem, & ad auxilia gratiæ sufficientis collata infidelibus, jam supra uberius satisfactum est.

Hinc dignoscat Censor, quàm rationabiliter ex Augustino hanc propositionem iniquè ab ipso proscissam Author intulerit, videlicet, Aut ergò ex „mente Augustini nemini deest hæc gratia saltem „inchoata, hoc est, orandi, aut si alicui deest, erit „aliquis sanæ mentis, qui furando, occidendo, adul„terando, blasphemandoque nihil peccabit, *quod absurdissimum est*. Hoc ultimum verbum fuit à Censore abscissum, ut exindè immane flagitium Sfondrato impingeretur. Quare dispunctionem hanc absolvat Episcopus Leouvardiensis alibi laudatus in cap. de obduratione. Hominibus etiam perdi„tissimis, inquit, quamdiu rationis sunt compotes, „boni facultas non adimitur, quin semper in Domi„no possunt oculos levare in Cælum, & necessa„rium auxilium impetrare.

De gratia sufficienti, & efficaci.

PROPOSITIO XXIV.

Quod Nabuchodonosor, non Pharao punientem Deum agnoverit, id juxta Aug. lib. de Prædest. & Grat. non ad Dei præscientiam referendum est, non ad disparem causam, non ad conditionem, & dignitatem inæqualem, non ad defectum externæ vocationis, sed ad solum, merumque arbitrium; pag. 36. lin. 9.

NOTA

Librum de Prædestinatione, & Gratia non esse Augustini, jam pridem in recensendis ejus operibus notarunt Doctores Lovanienses, & confirmat Bellarminus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi observat hunc librum discrepare à phrasi, & à Doctrina S. Augustini, atque adeò neque à Beda, neque ab alio veteri testimonium habere. De eodem libro sic loquitur Dionysius Petavius tom. 1. dogm. theolog. cap. 14. n. 15. Libellus iste non est Augustini, sed imperiti cujusdam, qui meritò se cum Asina Balaam comparat, ut valdè mirer ab ullo, qui quidem legerit, pro Augustiniano referri.

DISPUNCTIO.

Liber de prædestinat. & gratia, quamvis à Scriptoribus insinuatis in nota Censoris attribuatur Authori suspecti nominis, nihilominùs ab aliis Doctoribus æquiorem subit sententiam. Sirmondus, quod nomen non tam est hominis, quàm eruditionis, teste Natali Alexandro cap. 4. in histor. eccles. sæculi 5. art. 3. §. 7. asseruit librum de prædestin. & gratia S. Fulgentio in editione Parisiensi opusculorum ipsius ann. 1613. & idem Natalis cap. 4. art. 4. nu. 18. in histor eccles. sæculi 6. addit Theophilum Rainaudum in censura inofficiosæ censuræ. Ruiz. disp. 45. de prædestinat. sect. 4. num. 3. profi-„tetur, quod: Idem liber de prædest. & grat. vel est Augustini, vel magnâ ex parte Augustini sententiam sequitur, & magnam authoritatem habet a-„pud Theologos, ut constat ex frequenti illius ci-„tatione, & præsertim ex cap. 15. *cujus authoritate* „*nituntur plurimi Scholastici*; Et reapsè ex eodem cap. 15. Augustini suffragium pro sua sententia deprompsit Sfondratus imitatus in hoc, teste Ruizio, plurimos Scholasticos, quibus adjungendi sunt Eminen. de Lauræa opusc. 3. de gratiis actualibus cap. 22. Petrus de Comitibus Augustinianus disput. 7. de prædest. art. 4. & Ludovicus Bail de beneficio Crucis par. 3. art. 16. Sed quid dicet Censor, si ostendero, in hoc eodem volumine Eminent. Authorem subodoratum fuisse dubiam authoritatem libri de prædestinat. & grat. Arrigat, quæso, aures ad has clarissimas voces ex pag. 177. *In qua verba*

inquit S. Augustin. de prædestin. & grat. cap. 14. de cujus libri dubia authoritate jam alibi dictum. Si Censor non alienis oculis, nec conspiciliis passionum fuligine tinctis librum Eminent. Cardinalis perlustrasset, non tanta temeritate tragædias in sapientissimum Authorem Vaticani Senatus Sidus præfulgidissimum excitasset. Porrò Mastrius de Meldula disp. 5. de prædest. quæst. 1. art. 3. num. 40. ex lib. de prædest. & grat. cap. 13. & 15. instituit comparationem inter Nabuchodonosorum, & Pharaonem. Idem peregerunt Ruiz loc. cit. ac Benedictus Pererius insignis Sacrarum Scripturarum interpres in cap. 11. Exod. disp. 5. n. 33.

NOTA.

Certè quisquis asserit inter Nabuchodonosorem humiliatum, ac pœnitentem, & Pharaonem induratum, & rebellem, hoc est, inter quoslibet bonos, & malos solum, merumque discernere arbitrium, primùm Divo Paulo interroganti, quis te discernit? contradicit, deindè Augustino repugnat, qui hunc errorem in omnibus suis libris adversus Pelagianos, & Semipelagianos, ac nominatim in lib. de prædestinat. Sanctorum cap. 5. funditùs evertit.

DISPUNCTIO.

Quorumnam artificium Scriptorum redoleat dimidiatos, & interpolatos Authorum textus afferre, Patres, & Doctores frequenter insinuant, & detestantur, præclaris hisce artibus adversùs Cardinalem Sfondratum dimicat Censor, qui isthæc verba in loc. cit. existentia subticuit. Quamvis enim de-

fervcrit

„ſeruerit Deus Pharaonem, id juſto judicio factum, „Deo quidem permittente, ut pro ſua libertate ca„deret, non ideò tamen, ne caderet, gratiam, & auxilium ſubtrahente. Ex his verbis optimè perſpicitur, quam arbitraria ſit illatio Sfondrato impacta, quòd inter pœnitentem & obduratum ſeu inter bonos, & malos ſolum, merumq; diſcernat arbitrium. Debuiſſet potius Cenſor attendere verba S. Auguſt. ſi non ex lib. de prædeſt. & grat. ſaltem ex lib. de Civit. Dei tanquam genuino fœtu S. Doctoris, nec non teſtimonia S. Thomæ, & Dominici Soto in paginis proximè ſequentib. 137. 138. producta, ex quibus legitimè infertur concluſio à Sfondrato conſcripta, non ea à Notatore conficta. Hoc autem argumento gratiam ſufficientem à Janſenio oppugnari, ſcribit Dechamps li. 1. de hæreſi Janſeniana diſp. 8. cap. 6. n. „3. Janſenius, poſitâ gratiâ ſufficienti, ſequitur, in„quit li. 3. de grat. Chriſti cap. 1. hominem poſſe ſe i„pſum ab aliis ſuæ voluntatis libertate diſcernere, „atq; ita contra Apoſtolum gloriari dicentem &c. „Nam talis gratiæ adjutoriũ non diſcernit bonos à „malis, ſed commune eſt bonis, & malis. Hæc autem „omnia non ſolùm doctrinæ S. Aug. ſed & ſcripturis „ſacris adverſantur. Expreſſum iſtud eſt, pergit De„champs ex Petro Martyre in loc. commun. tit. de „præd. n. 41. & Davide Paræo lib. 2. de grat. & lib. ar„bit. c. 7. pag. 287. Primus habet: Poſitâ illâ gratiâ u„niverſali, nemo eligeretur à Deo, imò nos eum eli„geremus, oblatam ejus gratiam recipiendo & eſſe„mus electionis Dei figuli, non ab ipſo fingeremur. „Alter verò ſic urget: Si omnib. daretur ſufficiens „auxilium ad ſaluté, diſcretio fidelis ab infideli to-

„ta penderet à libero arbitrio. Ipse enim esset fidelis, qui auxilio cooperari vellet, ille maneret infidelis, qui eidem auxilio cooperari nollet. Vel „me tacente, subjungit Dechamps, observare quilibet potest, hîc paucis comprehendi vim omnem „argumenti illius, quod adversùs gratiam „sufficientem validissimum esse Janseniani arbitrantur.

Quàm contraria autem sit menti Authoris, ejusque doctrinæ illatio Censoris, perpendatur expositio illius Textus Paulini; *Quis autem te discernit?* in „pagin. 112. ubi; Duplicem discretionem statuit, „unam, quæ fit viribus naturæ ab Apostolo in „loco indicato damnatam, aliam, quæ fit viribus „gratiæ, non quidem excludendo hominis voluntatem, sed gratiam, & voluntatem includendo. Et hanc scriptor probat duplici locupletissimo testimonio S. Augustini, & exindè concludit; „Laus tota operis non voluntatis, sed gratiæ est, „quia, ut voluntas benè operetur, non à se, sed à gratia habet: Immò hæc pulcherrima ibidem subjungit: Quod si tamen omninò velis, nihil huma„nam voluntatem ad discretionem Reprobi, Ele„ctique conferre, id quoque verum erit; quidquid „enim in opere aliquo est, quod ad ordinem su„pernaturalem pertinet, quodque æternam vitam „meretur, id totum, unicèque à gratia est, nihil præ„ter naturalia conferente voluntate; naturalia verò, „qualia sunt esse actum liberum, esse vitalem, tam „nullam ad æternam vitam obtinendam propor„tionem habent, quàm nullam habent ad Re„gnum promerendum terram colere, aut hor-

„tum rigare. Et hac ratione verum est, quamvis in-
„ter duos æquali gratia instructos unus velit, alter
„nolit, eum, qui vult, non voluntate sua, sed gratiâ
„discerni, quia voluntas, ut voluntas nihil habet
„dignum vitâ æternâ, at nihil non est causa discernendi. Quid autem concinnius dici poterat juxta orthodoxas regulas, & præscriptum S. Augustini, aliorumque Patrum.

Testimoniis verò ab Eminentiss. Scriptore productis superaddatur hoc aliud Alvaris Resp. l. 3. c. 5. num. 9. quo conversio peccatoris tribuitur gratiæ, non conversio voluntati creatæ, adeò ut dici possit, quòd Pharao discernatur à Nabuchodonosore per solum, merumque arbitrium, Nabuchodonosor verò discernatur à Pharaone per gratiam.
„Cùm inquiritur ratio, inquit Alvarez, propter
„quam detur auxilium efficax illi, qui convertitur,
„vel salvatur, fit ultima resolutio ad merum bene-
„placitum divinæ voluntatis, & ibi sistitur juxta
„illud Matth. 11. *Ita Pater, quoniam sic fuit placitum*
„*ante te.* Cùm autem requiritur ratio, quare ille non
„convertitur, nec recipit auxilium efficax, fit re-
„solutio in defectum voluntatis ejus, quæ cum pos-
„set per auxilium sufficiens converti, noluit con-
„verti, sed in peccato persistere, & ratio discrimi-
„nis est, quia ut 1.2.q.11.ar.3.ad 2. dicit S. Thomas,
„defectus gratiæ prima causa est ex nobis, sed col-
„lationis gratiæ prima causa est à Deo.

N O T A.

Non hîc solùm, sed pluribus aliis locis Author sub nomine Augustini libros falsò illi adscriptos citat, *ut pagin.* 31. *& pagin.* 50. Responsum Augustini ad articulos sibi falsò impositos, *qui liber non est Augustini, sed Prosperi, cum inter ejus opera diverso licet titulo reperiatur*; *pag.* 118. librum de fide ad Petrum, *quem esse S. Fulgentii omnes conveniunt*; *pag.* 181. librum de dogmatibus ecclesiasticis, *qui absque dubio est Gennadii Massiliensis Semipelagianorum partibus addicti*; *sanè qui sic in citandis Augustini operibus aberrat, ostendit, se in ejus lectione non ita versatum esse, ut sperare potuerit, se ex ejus doctrinâ nodum prædestinationis explicaturum*, *quemadmodum Author in ipso libri titulo se facturum spondet*; *si tamen hac tituli verba ejus sunt*, *& non aliena manu*, *dum opus typis ederetur*, *supposita.*

D I S P V N C T I O.

QUoad γνησιότητα seu αὐθεντίαν operum S. Augustini præfandum est cum Eminentiss. Cardinali de Lauræa in proloquio ad tria opuscula Theologica Romæ edita anno 1687. Scias, inquit, amice „Lector, quòd in his opusculis citavi interdum „pro S. Augustino libros aliquos, qui post duode„cim sæcula à morte S. Doctoris negantur esse il„lius opera, & dicuntur esse respectivè discipulo„rum S. Augustini, at continere doctrinas S. Au„gustini menti conformes, eorum seriem mox refe-

„referam. Fateor benigne Lector, me nolle con-
„tendere cum ejuſmodi antiquitatis Cenſoribus,
qui eo nituntur fundamento, quòd de eis S. Doctor
„in ſuis retractationibus mentionem non fecerit, ſi-
„cut de cæteris fecit, ſed cum juxta Apoſtoli docu-
„mentum Rom. 1. ſapientibus, & inſipientibus de-
„bitor ſim, rationem reddam, cur eos pro S. Augu-
„ſtino citaverim, ejuſdemque libros eſſe credide-
„rim, ſalvâ modernorum Cenſorum pace, quibus
detrahere non intendo. Exponit deindè Purpura-
tus Pater rationem, cur uſus fuerit editione Baſi-
leenſi Operum S. Auguſtini anno 1506. adornatâ à
Conrado Leontorio Mulbrunenſi Ordinis Ciſter-
cienſis, quem ex Poſſevino, & ejuſdem Ordi-
nis Chronicis Virum Religioſum, doctiſſimum,
ac geſtorum S. Auguſtini peritiſſimum nuncupat;
„Cujus atteſtationi, inquit, utpotè antiquæ credi-
„di tanquam veraci, memor documenti Spiritus
„Sancti Eccleſiaſt. c. 11. Non te prætereat narratio
„ſeniorum, ipſi enim didicerunt à Patribus ſuis,
„quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tem-
„pore neceſſitatis dare reſponſum. Hic autem Re-
„ligioſus frater Conradus ſenior eſt, quia de anno
„1506. vivebat, & ſcribebat. Ergò potui, & debui
credere. Subnectit deinde indiculum librorum, de
„quibus ait. Eſt quæſtio, nimirū 1. liber de mirabili-
„bus ſacræ ſcripturæ, lib. de Prædeſtin. & grat. li-
„ber de fide ad Petrum, liber de cognitione
„veræ vitæ, liber de ſalutaribus documentis,
„liber de ſpiritu, & anima, liber Hypogno-
„ſticon contra Pelagianos: liber de Eccleſiaſt. do-
gmatibus.

Hanc

Hanc autem recentium Criticorum ſedulitatem Cardinali Sfondrato minimè ignotam fuiſſe compertiſſimum eſt ex pluribus voluminis hujus locis, præcipuè ex pag. 35. ubi meminit de criterio eruditorum in editione Lugdunenſi operum S. Auguſtini, & de judicio eorundem, ac Eminentiſſ. Bellarmini quoad lib. Hypognoſticon, & pag. 96. memorat ultimam Auguſtini editionem Pariſienſem à Monachis Benedictinis Congregationis S. Mauri egregiè procuratam, & notas Philippi Labbæi in eadem opera. His prudenter ſibi ſuaſit Sfondratus, hominibus bonæ voluntatis ſatis indicatum, ſe modernorum criticorum doctos labores in ſecernendis operibus S. Auguſtini legitimis, & genuinis à ſpuriis, & adulterinis noviſſe, neque divinavit, ſuum hunc librum adeò moroſos, & Hypercriticos Lectores ſeu potius Cenſores offenſurum, præcipuè cùm nec Eminentiſſ. de Lauræa in deſcripto ſuperiùs indiculo omnia opera à neotericis Cenſoribus tanquam ſuppoſititia Auguſtino abjudicata recenſuerit, & alia plurima à præfatis ſcriptoribus, & à Natali Alexandro inter adulterina rejecta fuerint. Undè ſicut νοθέια illorum operum in eo indiculo deſcriptorum minimè remorata eſt Eminentiſſ. de Lauræa, quin eadem opera non alio ſub nomine, quàm ſancti Auguſtini in ſuis ſcriptis allegaret, ita Cardinalis Sfondratus rectè conſcius de recentium criterio circa opera S. Auguſtini religioni non ſibi duxit, eadem ipſius S. Doctoris nomine inſignita producere.

Equidem ignoro, an Cenſor admiſerit, quòd tot Patres, ſcholæ Theologicæ proceres, aliiq; innumeri

meri Doctores, qui per duodecim à morte S. Augustini sæcula scripserunt, & opera ejusdem S. Patris, quæ à Censore, & modernis criticis, ut spuria repudiata sunt, passim in suis lucubrationibus adduxerunt, & commendarunt, in ejus lectione non ita versati sint, ut sperare potuerint, se ex ejus doctrina explicaturos difficultatum nodos. Præterquam quod non solùm à Patribus, & Theologis communiter usque ad duodecimum post obitum S. Augustini sæculum eadem opera omnia sub ejusdem S. Doctoris nomine indiscriminatim relata sunt, sed etiam apud recentissimos, & magni nominis Scriptores, qui nuper de theologica facultate sua opera typis ediderunt, eadem Augustini nomine absolutè inscripta reperire facile est: sic Claudius Frassen Doctor Parisiensis tom. 1. Scoti Academici tract. 2. disp. 3. art. 2. sect. 1. quæst. 5. allegat sub nomine S. Augustini librum de articulis sibi falsò impositis, Pater Gonetus disp. 1. de grat. art. 6. §. affert librum de Ecclesiasticis dogmatibus sub nomine S. Augustini, & Contensonus sub ipsius titulo citat librum de symbolo ad Catechumenos tom. 1. Theolog. dissertat. 9. c. 1. specul. 3. &c.

PROPOSITIO XXV.

Eam gratiam sufficientem agnoscimus, & docemus, quæ subindè impletur, subinde repugnante libero arbitrio non impletur, effectuque suo culpâ voluntatis caret, quamque S. Augustinus clarissimè, & frequentissimè docuit. . . . . &

quam

quam tota Societas Jesu amplectitur, gravissimique alii Doctores; pag. 129. li. 7.

NOTA.

AVthor in gratiam sufficientem, & efficacem, quam effectricem dicere mavult, nullum discrimen agnoscit nisi in actu secundo. Vnde praecedenti propositione docuit, quod inter Nabuchodonosorem, & Pharaonem, seu inter bonos, & malos non gratia, sed solum, merumque discernit arbitrium. *Tota ergo gratia efficacia juxta illum unicè pendet à solo arbitrio, estque in potestate hominis pro nutu suo gratiam reddere efficacem, quae alias non esset, nisi sufficiens, & inefficax, adeò ut moraliter, & in ratione beneficii plus nihil ex parte Dei in gratia efficaci, quàm in gratia merè sufficienti contineatur. Nescio, quibus oculis, aut conspicillis Augustini opera contra Pelagianos, & Semipelagianos legerat, qui tam asseveranter ait, illum clarissimè, ac frequentissimè ejusmodi gratiam sufficientem, & ex solo nutu arbitrii humani efficacem docuisse. Aliam omninò gratiam in legendo Augustino invenerat Clemens VIII. Summus Pontifex, qui in celebri scripto Congregationi de auxiliis exhibito §. 1. & seqq. docet, gratiam ab Augustino contra Pelagianos, & Semipelagianos assertam: ,, Efficaciam suam habere ab omnipotentia Dei, & à ,, dominio, quod summa Divina Majestas habet in voluntates hominum. Eandem gratiam apud Augustinum reperit Cardinalis de Lauraea, qui opusc. 3. de grat. actualibus cap. 3 post multa de ea allata, sic concludit: Ergo per Augustinum datur gratia efficax, immò, ut verùm fatear,*

„*fatear, si eum capio, in omnibus suis scriptis ferè semper*
„*de ea loquitur.*

Denique Cardinalis Bellarminus gratiam sufficientem, qualis hic ab Authore describitur lib. 1. de gratia, & libero arbitrio cap. 12. rejicit tanquam à sententia divinarum scripturarum, & D. Augustini omninò alienam, & per eam censet everti fundamentum prædestinationis divinæ, quam, *inquit,* S. *Augustinus* ex divinis literis comprobavit. *Porrò non ex solo hoc Cardinalis Bellarmini testimonio liquet, falsò hanc de gratia sufficienti, seu à solo eventu efficaci doctrinam toti Societati Iesu adscribi, sed id adhuc clarius ostenditur ex Decreto Patris Claudij Aquavivæ ejusdem Societatis Præpositi dato die 14. Decembris anno 1613. quod refert Tannerus ejusdem Societatis Theologus disput. 8. de gratia, quæst. 2. dub. 5. num. 86. quo expressè vetitum fuit, ne doctrina illa in scholis Societatis doceretur.*

DISPUNCTIO.

STomachum movere Censori videtur vox illa gratiæ effectricis, sed prætermissis Neotericis Scholasticis audiat Censor Illustrissimum Habertum in Theologia Græcorum Patrum de Grat. lib. 2. cap. 16. nu. 1. pronunciantem gratiam cum effectu conjunctam à Græcis Patribus quoque hujusmodi nomine insigniri. *B. Irenæus inquit in fragmentis, operationem Dei effectricem appellat,* & deindè ejusmodi locutionem testimoniis SS. Basilii, Chrysostomi, & Cyrilli confirmat, atque etiam suffragiis Doctoris gratiæ Christi Augustini, & Doctoris Angelici-

„lici corroborat,tum ſubdit: Supereſt, ut receptiſ-
„ſimam omnium in ſchola Sorbonica ſententiam
„proponamus, quam Philippi Gamachæi Regii
„Theologiæ Profeſſoris verbis conceptam damus
„ex quæſt. 3. de gratia efficaci c. 6. Efficax gratia
„completa conſiſtit in congruitate,opportunitate,
„& attemperatione Divinæ vocationis cum libero
„arbitrio, cum ingenio & ſenſibus noſtris accom-
„modata, ex qua vocatione ſemel poſita ſequatur
„certus, & infallibilis hominis conſenſus, nec poſ-
„ſit non ſequi, ſpectatis omnibus circumſtantiis.
Poſtmodum pergit doctiſſimus Præſul: Sic ex-
„preſſa, ſic expoſita de gratia efficaci Theologo-
„rum Sorbonicorum ſententia eximiis, & præcla-
„riſſimis quibuſque S. Auguſtini, S. Thomæ, Græ-
„corum deindè Patrum . . . . . de eadem gratia di-
„ctis, & placitis quàm benè,& appoſitè conſentiat,
„paucis indagandum, & aperiendum eſt. In tota
autem ſua nota Cenſor eâdem oberrat chordâ im-
ponens Authori, quòd ipſe teneat totam gratiæ effi-
caciam pendere unicè à ſolo arbitrio,quod pura pu-
ta calumnia eſt,ex ejus cerebro conficta,atque adeò
ea,quæ hic contra Sfondratum confarcit, & præci-
puè teſtimonia Bellarmini, & Claudii Aquavivæ
Cenſoris ſomnia, non Cardininalis doctrinam peſ-
ſundant. Faveat, quæſo candidus Lector, advertere
genuina hæc Emin. Authoris teſtimonia ex pluribus
aliis, quæ afferri poſſent adverſus inflictam accuſa-
tionem evidentiſſima: pag. 210. ex plurib. S. Augu-
ſtini textibus deſumptis ex operibus indubitatis e-
juſdem S. Patris infert; Clariſſimum eſſe, nullam a-
„liam ab Auguſtino gratiam effectricem cognitam
eſſe

esse, quàm quæ illustrando, & delectando intelle-
„ctum simul, & *voluntatem expugnet*; & pag. 211. Hæc
„est illa gratia, quam Augustinus *mirabilem, ineffa-*
„*bilem efficacissimam, invictam, omnipotentissimam, in-*
„*declinabilem, insuperabilem, triumphatricem*, & de-
„niq; ac frequentissimè *congruam* appellat, hoc est,
„talem, tamque *flectendæ voluntati* accommodatam,
„ut nunquam non flectat, & vincat, seu, ut ipse
„loquitur, *quæ facit de nolente volentem, quæque à nullo*
„*corde respuitur*. . . . . Hæc est gratia illa, de qua lo-
„quitur Augustinus, ea videlicet, quæ pulchritudi-
„nem boni honesti tam affabrè *voluntati* depingit,
„ut *rapiat in amorem*. Item pag. 216. Nihil ergò a-
„liud est triumphatrix ista gratia, quam oratio, &
„rhetorica Dei *humanam voluntatem* alloquentis, &
„alloquendo in quamcumque partem voluerit per-
„suadentis. Nec mirentur, si dicimus, posse Deum
„argumenta, & rationes invenire, quibus certissi-
„mè quamcumque etiam *obluctantem voluntatem ex-*
„*pugnet*. . . . . Hoc est ergo cordi duro verbum Dei,
„quod metallo est ardor ignis, liquescunt igni me-
„talla, & non liquescent corda Dei verbo? fac æ-
„rea, fac adamantina esse, ad hunc ignem sol-
ventur.

Oppidò quàm multa, & omnia penè gratiæ efficacis arcana hoc paucorum verborum contextu conglobata latitant, immò eminent, & splendescunt, quibus Eminentiss. Author totam gratiæ Theologiam complexus est. Facessant igitur ineptæ, & absurdæ criminationes obtrusæ à Censore, qui nusquam apud Sfondratum reperiet, ab arbitrio dari posse efficaciam gratiæ, seu ab

eo fieri posse; ut gratia sit efficax, nisi utatur ipse illis conspicillis, quibus videntur ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, uti consimilibus conspicillis quadraginta à se notatas propositiones ex libro Cardinalis Sfondrati excerpsit.

Quoad scripta verò Papæ Clementis Octavi, & acta Congregationum de auxiliis patet responsio ex nostro Proloquio ad Lectorem, & insuper extat Decretum Innocentii X. Pontificis Maximi, quo in Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis die 23. Aprilis 1654. damnat iteratò Augustinum Cornelij Jansenij, simulque libros omnes ad ejusdem defensionem editos, & edendos, ac denique fidem abrogat quibusdam prætensis actis coram Clemente VIII. & Paulo V. simulque Pseudo-Bullæ Pauli V. contra doctrinam Ludovici Molinæ his verbis. Cæterùm cùm tam „Romæ, quàm alibi circumferãtur quædam asserta „Acta manuscripta, & forsan typis excusa Con„gregationum habitarum coram fel. record. Cle„mente VIII. ac Paulo V. super quæst. de Auxiliis „Divinæ Gratiæ tam sub nomine Francisci Pegnæ „olim Rotæ Romanæ Decani, quàm Fratris Tho„mæ de Lemos Ordinis Prædicatorum, aliorumque „Prælatorum, & Theologorum, qui, ut asseritur, „prædictis interfuerunt Congregationibus. Nec „non quoddam Autographum sive exemplar cu„jusdam assertæ constitutionis ejusdem Pauli V. „super defésione prædictæ quæstionis de auxiliis ac „damnationis sententiæ seu sententiarum Lodovi„ci Molinæ societatis Jesu, eadem Sanctitas sua „præsenti hoc decreto declârat, ac decernit

præ-

„prædictis actis tam pro ſententia Fratrum Ordinis „S. Dominici, quam Ludovici Molinæ, aliorumque „Societatis Jeſu Religioſorum, & Autographo ſi-„ve exemplari prædictæ aſſertæ Conſtitutionis „Pauli V. nullam omninò eſſe fidem adhibendam, „neque ab alterutra parte ſeu à quocunque alio al-„legari poſſe vel debere, ſed ſuper quæſtione præ-„dicta obſervanda eſſe decreta Pauli V. & Urbani „VIII. ſuorum Prædeceſſorum.

PROPOSITIO XXVI.

Qui gratiam ſufficientem ſtatuunt, quæ nunquam effectum ſuum completum aſſequitur, talem mihi videntur ſtatuere gratiam, quæ non eſt gratia; pag. 129. lin. 13. Ut ſilentio prætercam, quod illi dicunt hujuſmodi ſufficientes gratias potentiam agendi dare, ſed nunquam effectum. Deindè poſt allata quædam exempla rerum naturalium ad probandum, quod hîc proponit, ſtatim addit lin. 28. planè tam nova hæc ſunt, tam inaudita, ut nec dici debeant, cum careant ratione, nec credi poſſint, cum careant exemplo; ibidem lin. 37.

N O T A.

Communis eſt doctrina Thomiſtarum, quòd gratia excitans, ſeu ineffi: ax, quam ſufficientem vocant, operando nonnullos bonos effectus in homine, puta, illuminationis, & inſpirationis, det etiam ei actum primum, ſeu potentiam ad ulteriorem, ac principalem ef-

 fectum,

fectum, v. g. ad fidem amplectendam, ad pœnitendum, ad vincendum tentationem, ad præceptum aliquod autem consilium adimplendum, tametsi ad opus illud re ipsa ponendum ultra requiratur gratia efficax, quæ det voluntati actum secundum, seu potentiam actui secundo conjunctam.

Huic Thomistarum doctrinæ subscribunt omnes gratiæ per se ipsam efficacis defensores, dummodo gratia illa sufficiens dicatur tantùm sufficiens *in ordine suo ad vitandam ambiguitatem, & amphibologiam. Siquidem vocabulum* sufficiens *grammaticaliter, & vulgari acceptione significat id, quod omnia ad agendum necessaria complectitur, & per se aptum est, ac idoneum ad opus perficiendum, de quo videndus Cardinalis de Lauræa opusc. 3. de gratiis actualibus cap. 4. An doctrina hæc Thomistarum totque aliorum Theologorum de gratia sufficienti tam nova, & inaudita, & tanquam* ratione carens, *& quæ nequidem proponi debeat, ab Authore traduci, atque exagitari potuerit, æqui, ac prudentes Lectores judicent.*

DISPUNCTIO.

„VErba illa: Tam nova hæc sunt, tam inaudita, „ ut careant ratione, & exemplo, nec credi possint. Non appellant directè doctrinam Thomistarum, totque aliorum Theologorum de gratia sufficienti, sed cadunt proximè super has voces quibus ea immediatè subnectuntur: Aliquem ig„nem, qui nunquam arserit, aliquam aquam, qua „nunquam madefecerit, aliquam stellam, quæ nunquam

„quam luxerit, aliquod ſpeculum, quod nunquam imaginem objecti retulerit. Et ſanè hæc eſſe prorsùs nova, inaudita, & incredibilia, nemo, uti autumo, ibit inficias. Iſtud autem intulit Eminentiſſ. Author per modum argumentandi, tanquam aliquod inconveniens conſequens ex illa Thomiſtarum ſententia, ut iſtiuſmodi argumentationes in ſcholis paſſim fieri ſolent, non tamen per hoc notare intendit ullâ cenſurâ doctrinam illam ſcholæ Thomiſticæ de gratia ſufficienti.

Sic V.G. contra Scotiſtas P. Gonetus diſp. 3. de attributis divinis in communi art. 2. §. 2. probat, Divina attributa non diſtingui inter ſe, nec ab eſſentia Divina diſtinctione formali, ſeu ex natura rei, quam ponunt Scotus, & ejus diſcipuli, quia hæc diſtinctio Scotica non minus læderet, ac violaret puritatem, & ſimplicitatem Divinæ naturæ, quàm ſententia Gualterii, & Gilberti Porretani Epiſcopi Pictavienſis quæ fuit ab Eccleſia damnata. Pariter idem Theologus diſp. 6. de Scientia media art. 6. contendit, quod ſcientia media favere videtur, ac viam ſternere errori Semipelagianorum de quibuſdam initiis fidei, & bonæ voluntatis à natura, & de prædeſtinatione ad gratiam ex prævisione meritorum, quod tollat à Deo rationem primæ cauſæ, & primi liberi, atque ſupremum dominium in noſtras voluntates, quod deroget divinæ omnipotentiæ, & enervet efficaciam gratiæ, quod attribuat Deo modum concurrendi cum cauſis liberis, cæcum, & ignorantem, vagum, & indeterminatum, quod apparenter ſolùm faveat libertati, reipſa tamen illam tollat, & in ſuo primo

principio præfocet, & extinguat, quod faciat Deum Authorem peccati, & deterat famam Sanctitatis divinæ. E contra Mastrius de Meldula disp. 2. de divinis attributis quæst. 2. art. 3. n. 82. tradit, quod si in Deo inter ejus attributa non daretur distinctio formalis ex natura rei tradita à Scoto, divina attributa non essent in Deo formaliter, sed tantùm virtualiter, & eminenter, & consequenter Deus non denominaretur formaliter sapiens à sapientia, justus à justitia, sed tantùm virtualiter, sicut sol non denominatur formaliter calidus, vel siccus, sed tantùm virtualiter, quia tales formæ non continentur in ipso secundùm proprias formalitates. Pariter Eminen. Bellarminus lib. 1. de grat. & libero arbitrio cap. 12. citato à Censore scribit, sibi videri: Esse omninò eandem cum errore Calvini, & Luthe-,,ranorum, aut parùm ab illo distare sententiam il-,,lorum, qui docent gratiam efficacem esse actio-,,nem Dei physicam, quæ determinat voluntatem ,,ad volendum, & eligendum bonum, quod illi fue-,,rat per gratiam excitantem inspiratum, & quia ,,non potest fieri, ut Deus physicè determinet vo-,,luntatem, quin ipsa voluntas determinetur, & ve-,,lit id, ad quod determinatur, ideò fieri non potest, ,,ut gratia ista non habeat effectum infallibilem. Frequentissimæ enim solent esse hujusmodi argumentationes inter catholicos Doctores, nec exindè christianæ charitatis vinculum inter eos scinditur; nec ad invicem classicum canitur, sed unusquisque absurda illa consectaria à sententia sua longè arcet, negando illationem, seu consequentiam, ut passim fit in disceptationibus scho

ſcholaſticis abſque cenſura, & calumnia alterutrius partis.

Scrupulum fortaſſis cuipiam injicere poſſet nomen illud, ſeu quæſtio de voce gratiæ efficacis, aut efficaciſſimæ, quantum eſt de ſe, quam Sfondratus omnibus hominibus à Deo conferri pluribus in locis tradit, & per eam non niſi ipſam gratiam ſufficientem intelligit. Quare diutiùs diſſerendum non eſt omnem nutantium mentium formidinem abſtergere. Enim verò Eminen. Author cum voluntatem Dei antecedentem de ſalute omnium hominum appellarit efficacem, ſeu efficaciſſimam, quantum eſt de ſe, vel ſi homines velint, ne ſibimetipſi collideretur, non poterat alio nomine, niſi gratiæ efficacis, quantum eſt de ſe, ſeu ſi homines velint, indigitare illud auxilium, quod ex vi præfatæ voluntatis Dei omnibus hominibus tribuitur, cum media ut media ex communi Philoſophorum conſenſu debeant correſpondere intentioni finis. Et reapſe omne medium ſufficiens ad finem eſt efficax, quantum in ſe eſt ad conſecutionem finis, quatenus efficacia importat potentiam ad effectum aſſequendi finem, alioquin non eſſet ex ſe ſufficiens, adeòque excluditur quidem efficacia mediorum, quantum eſt ex vi liberi arbitrii ex proprio defectu reſpuentis uſum talium mediorum, quod tamen non tollit efficaciam mediorū, quantum in ipſis eſt. Quemadmodum quod æger non aſſequatur ſalutem corporis eo quod nolit uti medicina, non tollit efficaciam medicinæ, quantū in ipſa eſt. Videatur Martinonus in Anti-janſenio diſp. 23. de grat. ſect. 5. ſcribens, pleroſque Societatis Jeſu Theologos ſentire, gra-

gratiam sufficientem quoad actum primum, & vim efficiendi eandem esse cum efficaci, immò hanc esse sententiam communem apud omnes Theologos Societatis Reverendiss. P. Thyrsus Gonzalez ejusdem Societatis Jesu meritissimus Præpositus Ceneralis in selectis disputationibus de gratia Salmanticæ editis testatur; Item Petrus de Comitibus Regens Augustinianus in disput. 7. de Prædestinat. art. 4. ponit hanc conclusionem, *Omne auxilium sufficiens est intrinsecè efficax in actu primo.* Idque docent omnes illi Theologi, qui, ut vidimus in dispunctione notæ XI. affirmant, voluntatem Dei antecedentem salvandi omnes esse efficacem seu efficacissimam, quantum est de se, seu si homines velint.

Nihilominùs cùm adhuc quis obstrepere posset, hujusmodi locutiones infrequentes, vel inusitatas esse in schola Theologica, visum est ex scholis Thomistarum, & Jesuitarum, apud quos palmares sunt hujusmodi controversiæ de auxiliis divinæ gratiæ, seligere aliquem celeberrimum Theologum non adeò recentem, qui hac de re fidejussor foret pro Eminentiss. Sfondrato. Ex schola Societatis Jesu prodeat omnium Theologorum illius Ordinis facile Princeps Franciscus Suarez lib. 3. de auxiliis „divinæ gratiæ cap. 14. Hæc vox efficax sumitur, „inquit, ut tantùm dicit virtutem, seu facultatem „agendi, & si non agat; quomodo medicina dici„tur efficax, & specialiter solet hæc denominatio „tribui illi virtuti, quæ in suo genere habet aliquam „specialem energiam, & in hac significatione au„xilium gratiæ sufficiens est verè efficax, quia „ex se effectivum est supernaturalis conversionis,

& sin-

„singularem vim habet ad voluntatem pertrahen-„dam, & hoc sensu est valdè usitata hæc vox a-„pud Patres, & in ea dixit Paulus ad Heb. 4. *Vivus „est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio „ancipiti*, quod indicavit Petrus Johann. 6. „cum dixit: *Ad quem ibimus? verba vitæ æ-„ternæ habes*; quibus efficaciam gratiæ decla-ravit.

Ex schola Thomistarum præsto sit P. Thomas Lemos amplissimi Ordinis Prædicatorum, Vir studiorum, & scholarum umbris innutritus, in D. Augustini, & D. Thomæ operibus adeò versatus, ut non modò eorum argumenta, verùm etiam minimos librorum apices memoriæ affixos habere videretur, ad publica disputationum certamina Romæ sub celeberrimis illis 47. Congregationibus inter primos delectus, & omnium applausu duobus coram Pontificibus eximiam laudem adeptus. Iste sublimis Theologus in Panoplia gratiæ tom. 4. de gratia efficaci tract. 4. cap. 12. num. 141. pag. 123. „hæc habet: Efficacia tantùm dicit virtutem, quæ „in suo genere habet specialem energiam ad agen-„dum, licet de facto non agat illum effectum, ad „quem ordinatur, secundùm quam acceptionem „dici solet medicina efficax ad salutem causan-„dam, quamvis eam de facto non efficiat: & hac „ratione S. Thomas dixit, Passionem Christi, & „ejus sacramenta esse remedia efficacia, immò *effica-„cissima* ad omnia tollenda peccata & hominũ om-„nium salutem spiritualem efficiendam, quia vide-„licet, in se ipsis hanc virtutem seu energiã habent: „similiter *auxlium sufficiens*, quia in se virtutem ha-



„bet potentem efficere hominis conversionem, ef-„ficax solet appellari. Et in hoc sensu vox efficax u-„su apud Patres recepta est, immò in scriptura in-„venitur expressa ad Heb.4. *Vivus est sermo Dei, & ef-„ficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti*, quibus „verbis energia, & efficacia illa, quam in se ha-„bet Evangelii verbum, declarata est. Sed tanto D.Thomæ discipulo plaudat ipsius cœlestis Magister Doctor Angelicus in expositione verè au-„rea in Joan. cap. 1. lect. 5. Sic ergò patet, in-„quit, efficacia Divini verbi, quod defectus „cognitionis in hominibus, non ex parte ip-„sius verbi, quia ad omnes illuminandos efficax „est &c.

Advertatur hic, facem præferente Doctore Angelico, duo præcipua columina utriusque scholæ Theologicæ Thomistarum, & Jesuitarum hisce de controversiis divinorum auxiliorum inter se maximè diffidentium uniformiter convenire, & perfectè concinere in concedenda gratiæ sufficienti propria ratione, & genuina expressione vocis *efficacis*, non quidem cum addito diminuente, aut particula taxativa, *quantum est de se, seu si homines velint*, quomodo, & qua cautela procedit Sfondratus, sed simpliciter, & absque ulla restrictione. Item ab illis gratia sufficiens ad conversionem non vocatur efficax tantùm in ordine ad effectum intermedium, & minùs principalem, puta illustrationem, & illuminationem, quo sensu communiter dicitur gratia sufficiens esse efficax, sed illa dicitur efficax relatè ad terminum principalem, & ultimatum, id est, in ordine

ad con-

ad converſionem. Tandem hujuſmodi modus loquendi, & gratiam ſufficientem appellandi efficacem non ſolùm uſitata eſt apud Theologos, & ipſum Præceptorem Angelicum, ſed etiam illa locutio *uſu apud Patres recepta eſt, immò in ſcriptura invenitur expreſſa.* Videat ergò Cenſor, Cardinalem Sfondratum in hoc opere de Prædeſtinatione eandem cum veteribus Theologis preſſiſſe orbitam, & nec tantillum quoad ipſas voces deviaſſe, quinimò ſplendidiſſimè ſecundùm Scripturam, & Patres hæc priſcæ Theologiæ decreta executum.

PROPOSITIO XXVII.

Obſervandum eſt, non omnem à nobis gratiam ſufficientem excludi, quod Janſenius docuit, quodque Summi Pontifices damnarunt; pag. 129. lin. 3.

N O T A.

Ex textu, & ratiocinatione Authoris clarum eſt, eum velle, quod Summi Pontifices Innocentius Decimus, & Alexander Septimus damnando quinque propoſitiones definierint, admittendam eſſe gratiam ſufficientem, qualem ipſe deſcribit, hoc eſt, Molinianam, & verſatilem, quæ ſubindè impletur, ſeu nutu voluntatis humanæ efficax redditur, ſubindè repugnante libero arbitrio non impletur: quod quidem an dici, & Romæ typis edi poſſit, judicet Apoſtolica Sedes.

„bet potentem efficere hominis converſionem, ef-
„ficax ſolet appellari. Et in hoc ſenſu vox efficax u-
„ſu apud Patres recepta eſt, immò in ſcriptura in-
„venitur expreſſa ad Heb. 4. *Vivus eſt ſermo Dei, & ef-
„ficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti*, quibus
„verbis energia, & efficacia illa, quam in ſe ha-
„bet Evangelii verbum, declarata eſt. Sed tan-
to D. Thomæ diſcipulo plaudat ipſius cœleſtis Ma-
giſter Doctor Angelicus in expoſitione verè au-
„rea in Joan. cap. 1. lect. 5. Sic ergò patet, in-
„quit, efficacia Divini verbi, quod defectus
„cognitionis in hominibus, non ex parte ip-
„ſius verbi, quia ad omnes illuminandos efficax
„eſt &c.

Advertatur hic, facem præferente Doctore Angelico, duo præcipua columina utriuſque ſcholæ Theologicæ Thomiſtarum, & Jeſuitarum hiſce de controverſiis divinorum auxiliorum inter ſe maximè diffidentium uniformiter convenire, & perfectè concinere in concedenda gratiæ ſufficienti propria ratione, & genuina expreſſione vocis *efficacis*, non quidem cum addito diminuente, aut particula taxativa, *quantum eſt de ſe, ſeu ſi homines velint*, quomodo, & qua cautela procedit Sfondratus, ſed ſimpliciter, & abſque ulla reſtrictione. Item ab illis gratia ſufficiens ad converſionem non vocatur efficax tantùm in ordine ad effectum intermedium, & minùs principalem, puta illuſtrationem, & illuminationem, quo ſenſu communiter dicitur gratia ſufficiens eſſe efficax, ſed illa dicitur efficax relatè ad terminum principalem, & ultimatum, id eſt, in ordine ad con-

ad conversionem. Tandem hujusmodi modus loquendi, & gratiam sufficientem appellandi efficacem non solùm usitata est apud Theologos, & ipsum Præceptorem Angelicum, sed etiam illa locutio *usu apud Patres recepta est, immò in scriptura invenitur expressa.* Videat ergò Censor, Cardinalem Sfondratum in hoc opere de Prædestinatione eandem cum veteribus Theologis pressisse orbitam, & nec tantillum quoad ipsas voces deviasse, quinimò splendidissimè secundùm Scripturam, & Patres hæc priscæ Theologiæ decreta executum.

PROPOSITIO XXVII.

Observandum est, non omnem à nobis gratiam sufficientem excludi, quod Jansenius docuit, quodque Summi Pontifices damnarunt; pag. 129. lin. 3.

N O T A.

Ex textu, & ratiocinatione Authoris clarum est, eum velle, quod Summi Pontifices Innocentius Decimus, & Alexander Septimus damnando quinque propositiones definierint, admittendam esse gratiam sufficientem, qualem ipse describit, hoc est, Molinianam, & versatilem, quæ subindè impletur, seu nutu voluntatis humanæ efficax redditur, subindè repugnante libero arbitrio non impletur; quod quidem an dici, & Romæ typis edi possit, judicet Apostolica Sedes.

DISPUNCTIO.

Textus, & ratiocinatio Cardinalis Authoris fædè mutilatur à Censore; si enim integrè accipiatur, fit evidens ex ipsis terminis, cùm enim in verbis immediatè antecedentibus improbarit Sfondratus explicationem gratiæ sufficientis à Thomistis traditam, ne quis ei objiceret, ab ipso negari omnem gratiam sufficientem, occurrit ponens denunciatam propositionem, & immediatè subdens: *Sed solùm eam gratiam sufficientem non admitti, quæ ex natura sua talis est, quæ nunquam effectum suum completum assequitur.* Inibi ergò Scriptor profitetur, à se rejici dogma illud à Jansenio traditum, & à Summis Pontificibus damnatum, nimirum, nullam dari gratiam sufficientem. Ex quo optimè infertur, Sfondratum abhorrere ab iis, qui effutiunt gratiam sufficientem non tam utilem, quàm perniciosam esse, sic ut proindè meritò possimus petere, à gratia sufficienti libera nos Domine, quod novissimè ab Alexandro VIII. proscriptum est in sexta propositione inter 31. confixas. Ex hinc elucet, omnes Theologos ex sententia Summorum Potificum teneri admittere Gratiam sufficientem.

Ast Pontifices libertatem scholis reliquerunt diversimodè exponendi istam gratiam sufficientem, & præcipuè immunes à censura voluerunt sententias in materia de gratia, quæ hinc indè inter Thomistas, & Jesuitas citra fidei discrimen controvertuntur. Cùm autem Eminent. Author in nullius verba jurasset, usus est libertate alterutrum sentiendi, eique

eique magis arrisit explicatio gratiæ sufficientis à Theologis Societatis Jesu tradita, quæ fortè ei visa est themati sui operis magis accommodata, & expugnandis Calvini, & Jansenii erroribus magis adaptata. Qua ratione autem exinde intulerit Censor, quòd Author scripserit, à Summis Pontificibus in damnatione quinque propositionum Jansenii fuisse definitum, admittendam esse gratiam sufficientem juxta explicationem Theologorum Societatis Jesu, judicet candidus Lector, Hinc admonitum vellem ipsum Censorem, ne aliqui nimis morosi eidem fortassis objiciant quòd ipse se tam proclivem ac propensum in partes Jansenii declaret, ut in plerisque harum notarum ab Apologistis Jansenii decerptarum haud obscurè enitet. *Habent* namq; *suas voces affectus*, ut loqui amat S. Bernardus serm. 67. in cantic. *per quas se etiam cum nolunt, produnt.*

PROPOSITIO XXVIII.

Ratum fixumque sit, nihil aliud ex sententia Augustini gratiam effectricem esse, quàm cognitionem congruam, hoc est, quæ talem tamque proportionatum objectum, talique modo proponat, ut ad illud complectendum voluntas magnetismo, & sympathia quadam certissimè moveatur; pag. 217. lin. 4.

N O T A.

Immò ex sententia Augustini ratùm, fixumque esse debet, eos, qui asserunt, gratiam nil aliud esse, quàm cognitionem congruam, *non veram Christi gratiam, sed falsam, atque à Pelagianis suppositam admittere, hi namque apud Augustinum lib. de gratia Christi sic loquun-„tur:* Cognoscant, *quàm iniquè nos negatione gratiæ in-„famare gestierint, qui per totum penè ipsius textum ope-„ris perfectè, atque integrè, & liberum arbitrium confite-„mur, & gratiam, quam nos non in lege tantummodò, sed „& in Dei esse adjutorio confitemur.*

Quodnam verò fuerit hoc adjutorium, quod admitte-„bant, sic pergunt exponere: Adjuvat enim nos per doctri-„nam, & revelationem suam, dum cordis nostri ocu-„los aperit, dum nobis, ne præsentibus occupemur, futura „demonstrat, dum Diaboli pandit insidias, dum nos multi-„formi, & ineffabili dono gratiæ cælestis illuminat.... dum „nobis suadet omne, quod bonum est, sic Pelagiani, quos „refellens Augustinus ibidem cap. 24. intueantur, atque fa-„teantur; inquit, non lege, atque doctrina intonante forin-„secùs sed internâ, atque occulta mirabili, atque ineffabili „potestate operari Deum in cordibus hominum, non solùm „veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. Idem Augustinus sexcentis locis docet contra Pelagianos, proprium esse gratiæ non tantùm intellectum illustrare, verum etiam voluntatem victrici quadam suavitate, ac delectatione movere. Vnicum textum afferam ex lib. 2. de pecc. merit. „& remiss. cap. 17. Ignorantia, & infirmitas vitia sunt; „quæ impediunt voluntatem, ne moveamur ad fa-„ciendum opus bonum, vel ab opere malo abstineamus; ut au-

„*ut autem innotescat quod latebat,& suave fiat,quod non* „*delectabat, gratia Dei est, qua hominum adjuvat voluntates.*

Quin & ipse Gregorius de Valentia è Societate Iesu Theologus, doctrinam, quæ hîc ab Authore traditur, Pelagianam esse, agnoscit & probat 1. 2. *quæst.* 3. *de gratia,* „*punct.*3.*ubi ait: Non modò intellectum, sed etiam volun-* „*tatem nostram tanquam imbecillem,gratiâ adjuvandam,* „*idque definitum esse contra Pelagium in Concilio Arau-* „*sicano can.* 4. *& Milevitano can.* 14. *& à* D. *Augusti-* „*no lib. de dono perseverantiæ cap.* 19. *rectè probatum. Non video itaque, qua ratione hæc propositio Authoris, & à gravissimo errore circa factum in citando Augustino, & ab ipsa Pelagii hæresi circa Ius defendi posset.*

DISPVNCTIO.

STupore hîc defixus hæreo, an potius ex præjacta propositione oppositum inferre debuisset Censor, qui in sua nota docet, totam gratiæ efficaciam consistere in hoc, quòd voluntas, ut ipsemet loquitur, victrici quadam suavitate ac delectatione moveatur. Ast hoc ipsum præcisè asseverat clarissimè, & elegantissimè Sfondratus in producta propositione, in qua tota gratiæ efficacia collocatur in hoc tanquam in ratione, & effectu principali, adæquato, completo, & ultimato, scilicet, quòd voluntas magnetismo, & sympathia quadam certissimè moveatur ad objectum per cognitionem congruam propositũ. Qui hîc non videt expressissimis, & luculentissimis verbis significatá victricé quandam

dam suavitatem, ac delectationem motivam voluntatis, quæ ex rigidiori, & vera philosophia non trahit ad se objectum, sed ab ipso trahitur, nec in meridie lucem videt. Imò ibidem Author immediatè
„subjungit: Nulla igitur tam fortis, & adversa aut
„ex vitio, aut ex natura inclinatio, nulla vis insoli-
„tæ consuetudinis, quæ victrici huic gratiæ non
„planè succumbat, sive confestim unoque velut im-
„petu, ut in Paulo, & Magdalena, sive ut plerunque
„contingit paulatim, & longo velut bello *volunta-*
„*tem submittat*. Si enim domari arte, contraque na-
„turam Ursos, Leones, Aspides videmus, quis du-
„bitet posse domari gratiâ etiam *voluntatem*, quam-
„vis aversam, & repugnantem? An verò plus arti,
„quàm gratiæ dabimus? quæ tamen & ipsa nihil a-
„liud est, quàm ars quædam Dei providentis &c.
„Hæc ergò est gratia illa victrix, quam, ut cordis
„humani potiatur, impedire nihil potest, & de hac
„dictum est, *nihil est quod tuæ possit resistere vo-*
„*luntati, si decreveris salvare Israel.* Esther. 13.
Quod si Censori studio partium abrepto non adeò clara visa est allata gratiæ efficacis definitio, meminisse debebat doctrinæ ad ejus notam in propositionem 25. productæ, ubi non solùm comperisset disertissima, & peremptoria testimonia, quibus Eminentiss. Author totam, & adæquatam gratiæ efficacis energiam completè, & ultimatè ponit in motu voluntatis, sed etiam invenisset aliam ejus definitionem, id est pag.
„216. Nil aliud est triumphatrix ista gratia,
„quàm oratio, & Rhetorica Dei humanam *vo-*
„*luntatem* alloquentis, & alloquendo in quam-
cunque

„cunque partem voluerit persuadentis; Sed in gratiam Censoris pergamus ex hoc libro Cardinalis Sfondrati flosculos sententiarum Dei gratiam erga voluntatem spirantes carpere: *Gratia*, ait pag. 9. *alia effectrix est, qua voluntatem expugnat*, quæ repetuntur pagin. 123. & pag. 207. inquit: *Iuxta constantem, ac millies repetitam sancti Augustini sententiam tota gratia triumphatricis virtus, & efficacia in eo posita est, ut ostendat, & delectet, sicque peccandi dulcedinem, aliâ maiori dulcedine vincat.* In hujus doctrinæ confirmationem è vestigio subnectit Eminentiss. Theologus plura locupletissima S. Augustini suffragia, ex quibus hæc infert pag. 210. Clarissimum est, in„quit, nullam aliam ab eo gratiam effectricem co„gnitam esse, quàm quæ illustrando, & delectando „intellectum simul, & *voluntatem expugnet.* Perlegantur alia pulcherrima pag. 73. & 75. in eandem rem. Hæc strictim ex notato libro delibavimus, ex quibus velut seminibus tota facilè exprometur Theologica Augustini doctrina de efficacia gratiæ contra Pelagianos, & ex tot, ac tantis luminibus testimoniorum cedet, ut arbitror, & procul abigetur caligo à Censore inducta, cum efficacia, & energia invicta gratiæ erga voluntatem creatam non potuerit profectò vel demonstrari invictius, vel splendidius commendari.

PROPOSITIO XXIX.

Planè voluntatem à nullo alio, quàm à se ipsa determinari . . . apertissimè docet S. Thomas pag. 220. lin. 17.

NOTA

Tota schola Thomistarum hanc doctrinam in libris Angelici Doctoris non videt, sed potius contrariam de præmotione, seu prædeterminatione physica ex eis se hausisse certò credit. Observandum autem, hanc propositionem, voluntas à nullo alio, quàm à se ipsa determinatur, generaliter ab Authore intelligi, non tantùm de actionibus in ordine naturali, sed etiam in ordine supernaturali, quando videlicet, voluntas per gratiam à Deo movetur; ut ex tota ejus ratiocinatione colligitur; atqui non solùm Thomistæ, sed & Patres Societatis Iesu uno ore fatentur tanquam dogma catholicum; voluntatem ad actus supernaturales non à seipsa, sed etiam à gratia determinari, adeo ut nullus Theologus è societate, quod sciam, hanc generalem propositionem, Voluntas à nullo alio, quàm à se ipsa determinatur, *admiserit.*

DISPUNCTIO.

PErspexerat Censor ab omni procul nota immunem illam propositionem, ut jacet in suo contextu, proindè ut propositiones censurabiles in libro Eminen. Sfondrati pro sua libidine contexeret, tur-

turpissimè sustulit de medio hæc verba, *dependenter tamen à causa prima, ut modò explicatum est*, quæ reddunt propositionem illam verissimam, & innegabilem. Quò verò evincatur, ab Eminentiss. Authore doceri, voluntatem ad actus supernaturales non à se ipsa, sed etiam à gratia determinari, satis, superque sunt ejusdem testimonia in dispunctione notarum 25. & 28. allata, ubi indicantur plura loca S. Augustini tradentis luculentissima exempla, in quibus expressa conspiciuntur, & explicata omnia gratiæ efficacissimæ machinamenta, ipsissimæ artes, & adjumenta, quibus Deus humanas voluntates domat, & quocumque ipse vult inflectit, ex nolentibus volentes, ex repugnantibus amatores justitiæ facit, quoscumque prædestinavit in Filii sui membra per justitiam coaptandos, quandoquidem est exemplorum ad persuadendum vis maxima, & authoritas.

Ut verò magis, magisque Censori gratificemur, alios duos dumtaxat textus Scriptoris adducam non longè à loc. cit. pág. *219*. Voluntas creata, ait, „fit potens per concursum simultaneum, sicut e„quus fit potés ad trahendum currum per rotam, si„ne qua equus non posset, jam verò suprà notavi„mus, hoc esse gratiam voluntati, quod rotam, & „machinam currui: Item pág. 220. Quod si omninò „velis, voluntatem creatam ab increata determi„nari, moverique, istud quoque in sano sensu „verissimum est. Illud enim propositum, de„cretumque divinum, quo Deus voluit, ut Pe„trus hîc, & nunc amaret, & quo statuit in hunc fi„nem talas ei gratias dare, quibus ad amandum

„moveretur, hoc, inquam, divinum decretum ve-
„rissima causa est, ut Petrus amet, & ad amandum
determinetur. Quare advertat Notator, ejus censuram cadere etiam in adductas propositiones S. Thomæ pag.220. aliasque similes apud Theologos facilè obvias.

PROPOSITIO XXX.

Quis novit, cum ea gratia, quæ Petro, & Magdalenæ data est, Judam conversum iri, cum fortè plures, ac majores gratias utroque acceperit? pag.67.lin. 29. comparet aliquis gratias ex una parte Zachæo, ex altera Judæ datas; videbitque, longè plures, & majores fuisse, quibus hic reprobus ad pœnitentiam vocatus est; pag. 106. lin. 32. negari non potest plura Judæ reprobo auxilia, quam prædestinato Zachæo impensa esse; pag. 107. lin. 4, ideò plura remedia Judæ reprobo adhibita, quàm Petro electo, quia illi gravior morbus, ibidem lin. 29. ergò reprobis, aut æqualis, aut etiam major gratia, quàm prædestinatis datur, non potest &c.

NOTA

HÆ *assertiones omninò adversantur verbis Apost.* Rom. „8. v.30. quos prædestinavit, hos & vocavit, „& quos vocavit, hos & justificavit, quos autem „justificavit, illos & glorificavit. *Quæ quidem solis electis convenire priùs significavit his verbis:* Scimus

quo

„quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur „in bonum iis, qui ſecundùm propoſitum vocati „ſunt Sancti.

DISPUNCTIO.

Deum majori amore proſequi electos, quàm reprobos, illiſque plures gratias congruas, & præcipuè donum perſeverantiæ finalis à Deo diſpenſari, non reprobis, pluribi Eminent. Author clariſſimè exprimit, ſic pag. 38. habet. Auguſtinus „plerumque loquitur de illa gratia, quæ non tan„tùm eſt efficax, verum etiam *effectrix*, hoc eſt, cui „opus reſpondet, & de hac verum eſt, ad ſolos prædeſtinatos ſpectare. De voluntate, & oratione Chriſti pro electis, & reprobis iſta promit Sfondratus pag. 51. Expendit namque orationem Chriſti Domini deſcriptam Johan. 17. à verſu 9, uſque ad 21. & verba hæc Apoſtoli ad Timoth. 4. *Qui eſt Salvator omnium maximè fidelium*, tum ſubdit: Vides in „hoc reprobos, & electos pares eſſe, quòd omnes „ad redemptionem pertineant; ſed in hoc diſtin„gui, quòd electi præcipuas partes Redemptionis „obtineant, quia ſoli ejus effectum conſequuntur. „.... Omnes ergo redempti, omnes commendati, „omnes Chriſto ad ſalutem commiſſi, ſed electi „præcipuè, non tamen ſoli. Oravit ergo pro Mun„do, & non oravit. Oravit prece illa communi, „omneſque complectente; non oravit oratione „illa ſpeciali ad ſolos Apoſtolos, alioſque electos „ſpectante. . . . . Qua in re obſervandum ve„nit, Deum rebus quidem omnibus à ſe creatis,

„multoque magis à se redemptis, nullo excepto, „providere, ita tamen ut hæc ipsa provi„dentia partim sit omnibus communis, par„tim verò sit aliquibus specialis, suosque „gradus habeat. Pusillum, & magnum „ipse facit, & æqualiter est ei cura de omnibus, in„quit Sapiens cap.6.æqualiter,quia ex parte ipsius „Dei unus, idemque amor est, quo omnes comple„ctitur, nullique deest, ac singulis non necessaria „tantum, verùm etiam copiosa pro singulorum „statu, ac conditione distribuit. Hæc tamen æqua„litas nihil obstat, quin inter creata magis homi„nes, magis Christianos, inter Christianos magis „Prædestinatos, inter Prædestinatos verò eos ma„gis curet, ac pluribus beneficiis ornet, qui ma„gis in illum sperant. . . . . Sic Christus, quia „omnium Advocatus pro omnibus quoque inter„cessit, pro Apostolis tamen magis, quàm pro reli„quis fidelibus, & Prædestinatis magis, quàm „non Prædestinatis. Sicut enim Pater inter multos „filios magis morigeros, quam discolos amat „ita Deus, quippè omnium hominum Pater, om„nes quoque homines diligit, eos tamen dilexi „magis, quos morigeros, quàm discolos futuro „esse prævidit, quanquam, & qui morigeri illiu „gratiâ, & qui discoli propriâ culpâ tales futuri „rant. Deus enim neminem bonum futurum es „prævidet, nisi quem bonum facturus erat. . . . . E„gò, ut dicebam, pro omnibus oravit Christus, p„ *electis tamen maximè*: Rursus Emin. Author tanta hanc veritatem luculentissimè exculpsit pag. 10 „inquiens, Absolutè dicendum est, majorem Deu

Pra

„ Prædestinatorum, quam reproborum curam ge-„rere, eosque longè teneriùs, ardentiusque amare; „tum quia Prædestinatis si non semper aut plures, „aut majores, eas tamen gratias confert, quibus „prævidet assensuros, quæ omnibus spectatis ad „consequendum ultimum finem aptiores dici pos-„sunt, tum quia prædestinatos prævidet spe, amo-„re, observantiâ mandatorum, & *finali perseverantia* „sibi inseparabiliter, æternùmque conjunctos fo-re.

N O T A.

IBid. v. 28. *Vndè & Apostolus ait, omnia fieri propter electos, 2. Timoth v. 10. Concilium etiam Tridentinum sess. 7. can. 16. & can. 22. perseverantiam finalem vocat* Magnum illud donum, & sine speciali auxilio Deî haberi non posse *declarat significans, illud esse proprium Electorum, neque eis ullo modo cum reprobis commune, undè negari non potest, nisi aberrando à fide, plus aliquid Zachæo, & Petro electis, quàm Iudæ reprobo, hoc est, saltem donum perseverantiæ à Deo collatum fuisse.*

D I S P U N C T I O.

SI Censor absque præpostero affectu, & mentis oculo partium studiis minimè implicato librum Cardinalis Sfondrati perlegisset, reperisset eundem textum Apostoli in pag. 111. de quo scribitur, *esse certissimum, & citra dubium, eam authoritatem intelligi tantùm de Prædestinatis*, de quibus solis exponit etiam ibi hæc verba Joan. 6. quibus Prædestinati

dicuntur *Filio à Patre dati*, & Johan. 10. *eos non posse rapi de manu filij*: de dono autem finalis perseverantiæ jam in textu allegato ex pag. 109. habet: Deum „prævidere, prædestinatos, spe, amore, observan„tia mandatorum, *& finali perseverantia* sibi insepa„rabiliter, æternumque conjunctos fore. Et paulò antea pag. 108. rotundis verbis asseruit: Gratia fi„nalis perseverantiæ est propria electorum. Per quod Scriptor omninò consonat Concilio Tridentino producto à Censore, cujus consectaria ab eo congesta penitùs concidunt.

N O T A.

Ertè horret animus, & christianæ aures refugiunt audire plura Iudæ reprobo auxilia, quàm prædestinato Zachæo impensa esse, pluraque remedia Iudæ reprobo adhibita, quàm Petro electo, quasi Christus præcipuo quodam amore Petrum non præ Iuda tantùm, sed & præ cæteris Apostolis non sit prosecutus, ad quem specialiter dixit jam proximus morti, ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & quem post trinam negationem lapsum respexit conversus ad eum non tam oculis carnis, quàm divinitatis potentiâ, ut notat S. Ambrosius, cùm intùs in conclavi Pontifici adstaret, Petrus autem foris in atrio versaretur.

DIS-

DISPUNCTIO.

DEum conferre quandoque plures, & majores gratias reprobis, quàm prædestinatis, testantur plures Theologi. De Angelis ostendit Sfondratus pag. 106. ex Magistro sententiarum lib. 3. & S. Thoma 1. par. quæst. 62. n. 6. eos ita fuisse in gratia conditos, ut Lucifero multò majores gratiæ datæ fuerint, quàm Angelis Sanctis, & fidelibus; sed naturæ, & ordinis inferioris. De hominibus reprobis Franciscus Hurantius lib 3. de locis catholicis cap. 6. cùm descripsisset innumera dona, eaque excellentissima à Deo prædestinatis tributa, subdit: No„vimus tamen, non minoribus bonis interdum re„probos gaudere, ut notas faciat Deus gratiæ suæ „divitias. Cunerus Petri Episcopus Leouvardiensis in tract. de lib. arbit. cap. 9. Non semper in electo „major est gratia, qua perseveret, quàm fuit in re„probo, qui cecidit; imò fieri potest, quòd minor in „electo fuerit, & difficiliùs stare potuerit, major „verò in reprobo, & is faciliùs persistere valuerit, „sed alterum pro arbitrii libertate Deus sinit pec„care, & in eo permanere sustinet, servans in eo na„turæ, & rerum ordinem, qui habet, ut quæ defice„re possunt, pro sua permittantur conditione defi„cere, & defectus iis adscribatur, qui causæ defectus „inveniuntur.

Claudius Frassen Doctor Parisiensis tom. 1. Theologiæ Scoti tract. 2. disp. 3. art. 2. quæst. 1. apertè fatetur in hæc verba: Etiam ipsis reprobis in„terdum efficaciores gratiæ conceduntur, quàm

prædestinatis. Et postea attexit exemplum de Juda proditore. Ruiz de Montoya disp. 17. de prædesti-„nat. sect. 5. n. 14. docet. Quòd magis copiosa auxi-„lia, & altior gradus gratiæ in hac vita dantur qui-„busdam reprobis, quàm quibusdam prædestinatis, „excepto beneficio opportunæ mortis; Expectan-„tur, tollerantur, terrentur, ut caveant. Nullam „pœnam Deus illis infert, nisi illi priùs se liberè cul-„pis implicent., & tum tam in hac, quàm in alia vi-„ta punit citra condignum. Aliquam hujus divinæ Providentiæ rationem assignat disp. 36. sect. „1. n. 13. Eo fine, inquit, Deus quibusdam homini-„bus, quos præsciebat in obstinatione remansuros, „contulit supernaturalia dona, & salutis remedia, „quantùm ad realem entitatem fortasse majora, & „fortiora, quàm prædestinatis, ut clariorem indè „laudem, & gloriam electi sibi compararent. „Nam quemadmodum unius hominis pietas alte-„rius impietatem condemnat tantò manifestiùs, „quantò supponitur impius non minora, immò et-„iam quandoque majora sortitus remedia salutis, „sic etiam unius hominis impietas alterius pieta-„tem commendat tantò manifestiùs, quanto sup-„ponitur impius non minora, immò etiam quan-„doque majora sortitus remedia salutis, & superna-„turalia dona. Istud etiam manifestè apparet in iis, de quibus Author hypognosticon apud sanctum „Augustinum lib. 6. habet. Aliquos etiam per-„fectos ex labore multorum annorum prolap-„sos in ultimo vitæ suæ periisse, aliquos verò ab „ineunte ætate sua in omni scelere, & damnabi-„litate usque ad decrepitam ætatem perdurasse, & repen-

repentè cælitùs inſpirata ſalute raptos eſſe ad requiem regni Cælorum. Primis enim collatas à Deo fuiſſe plures, & majores gratias in ſenſu mox explicando, quàm ſecundis,nemo ambiget: Unde Philippus Gamichæus Doctor Sorbonicus in *1. 2.* D. Thomæ quæſt. 111. cap. 5. ſcribit, quòd: Judas, & „Pharao multò majorem gratiam acceperant, „quàm pleriq; alii reprobi,& multò plura ſigna,& „miracula viderunt.

Quoad iſta verò auxilia plura, & majora quandoque reprobis à Deo collata, quàm prædeſtinatis cavendum eſt cum Eminen. Authore pag.38. ea non eſſe intelligenda de gratia effectrice, quæ ad ſolos prædeſtinatos,ſpectat,quibus idemmet fatetur pag. „109. Eas gratias conferri, quibus Deus prævidet „aſſenſuros; quæque omnibus ſpectatis ad conſe„quendum ultimum finem aptiores dici poſſunt; & „proindè pag.67.expreſſiſſimis verbis aſſeveravit, „quod: Deus vult, & Petrum, & Judam... ſal„vos eſſe, ſed non eodem modo, nec eadem gratia „Petrum, qua Judam . . . . . cur verò non det alia „media, quibus prævidet ſalvatum iri? quia id non „tam convenit varietati, ordinique, ac legi„bus gratiæ à ſe præſcriptis, quàm non conve„nit univerſo æſtatem eſſe niſi Sole Cancrum obtinente. Siquidem de gratia proportionaliter diſcurrendū videtur,ac de beneficio, cujus realis entitas licèt non ſit major, immò ſit longè minor, beneficium tamen per circumſtantiam opportunitatis conſtituitur longè majus in ratione beneficii, ut Ruiz loc. cit. num. 3. notavit cum Seneca lib. 3. de benefic. cap. 8. ſubindè eſt beneficium majo-

majoris ponderis, & valoris, quod exhibetur in ea temporis opportunitate, in qua magis profuturum est, licet ejus realis entitas sit longè minor. Propterea Andreas Duvallius Doctor Sorbonicus, & Regius Theologiæ in Academia Parisiensi Professor Tract. de Grat. quæstione 7. art. ult. cui titulus:
,,Utrum ex duobus æqualiter affectis cum æquali
,,gratia unus possit converti, alter non converti?
,,resolvit cum Suario lib. 3. de auxiliis cap. 20. in
,,hoc casu æqualem quidem fore gratiam vocatio-
,,nis in ratione entitatis, inæqualem verò in ratio-
,,ne doni, & beneficii: dicitur autem gratia æqua-
,,lis in entitate, quando in auxilio, quod offertur,
,,eadem vehementia, & activitas relucet; in bene-
,,ficio verò seu dono, quando est ex pari Dei bene-
,,volentia, quam divinū propositum appellat Au-
,,gustinus, quo fit, ut gratia in eo, qui convertitur,
,,semper major sit in ratione doni, & beneficii, ad
,,eum ferè modum, quo Christus Matth. 12. Viduam
,,illam, quæ in gazophylacium duo minuta miserat,
,,plus cæteris misisse dixit, non quidem quantitate
,,physica, & entitativa, sed morali, & respectiva,
,,quæ in majori affectu, & benevolentia fundamen-
,,tum habeat.

Pariter cum Judæ dicuntur data *fortè* plura, & majora auxilia, quàm Magdalenæ & Petro, ea non sunt intelligenda universaliter, sed dumtaxat in ordine ad evitandum peccatum proditionis Christi, & ab eo jam commisso resurgendum, ut in propositionibus Eminentiss. Authoris à Censore notatis jam exprimitur; cùm ibi etiam ea auxilia appellentur remedia. Quomodo autem quis venire possit in

fit in cognitioné de pluribus, & majorib. gratiis uni, quàm alteri à Deo collatis, præclaram regulam suggerit Ruiz nuper laudatus disp. 42. de prædest. „sect.4. Quotiescumque, inquit, nominatur aliquid ex auxiliis exterioribus , consideranda est illius „quantitas, & qualitas, ut ad illorum proportio„nem intelligantur, esse donata interiora auxilia, „veluti in elementis , & rebus naturalibus auxilia „minima, in lege & Prophetis magna, in prædica„tione, & miraculis Christi majora, sed in ejus Passione maxima. Et hanc doctrinam fusè probat. Juxta verò prælibatam regulam , (quam etiam mox referemus ab Authore pag. 131. egregiè enucleatam) tam disertè, tam solidè, tam dilucidè Cardinalis Sfondratus ex scriptura demonstrat, Judæ proditori ad ejus conversionem fuisse à Deo collatas plures, & majores gratias in sensu supra explicatò, quàm Zachæo, & fortè B. Petro pag. 67. & 106. ut nil consultius , nil eruditius desiderari possit. Hinc Franciscus Horantius Episcopus Ovetensis lib.1.de locis catholicis cap. 52. & Petrus de Comitibus Augustinianus disp.7. de prædestin.art. 1.ad 2.& alii plures pleno ore asseverant, innumera gratiæ dona fuisse à Deo collata Judæ ad evitandum peccatum proditionis Christi, & ad agendum de eo jam perpetrato pœnitentiam.

Ad Scopum verò Authoris propiùs accessit Antonius Vieyra eximius verbi Dei præco, & Joanni IV. Lusitaniæ Regi à sacris concionibus, qui hæc opportuna enunciat in concione 13. de lacrymis S. „Petri: Cantavit gallus, inquit, respexit Christus, „flevit Petrus . . . . . . In cœna Bethaniæ & Agni, ubi

fuerunt

„fuerunt duæ ultimæ occaſiones, quibus Chriſtus „convenit cum omnibus ſuis Diſcipulis, ſepties lo„cutus eſt Dominus cum Juda, & ſepties ei prædi„cavit, ut ipſum converteret. Verba alia fuerunt a„moris, alia commiſerationis, alia terroris, & for„ſan nunquam terribiliora ex ore Chriſti erupe„runt. *Væ autem homini illi, per quem Filius hominis „tradetur Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.* „Quis non contremiſcit ad hæc verba etiam in Ju„dam prolata. Sed eum nec benevola pellexe„runt, nec miſeranda] flexerunt, nec terrifica „compunxerunt; ad nullum eorum ſeſe inclinavit „Judas. Eadem nocte ter Chriſtum negavit Pe„trus, & ſtatim gallus cantavit Joan. 18. & eodem „momento Petrus egreſſus foras flevit amarè, Lu„cæ 22. Notabilis caſus! Septies prædicavit Chri„ſtus Judæ, & Judas nunquam convertitur, ſemel „tantùm cecinit gallus, & convertitur Petrus. Rursùs concione 6. pro feria quinta in Cœna Domini hoc momentoſo gloſſemate verſat voces iſtas Chriſti Domini ſuis Diſcipulis dictas: *Non dicam jam vos ſervos, ſed amicos,* Legite, ait, omnes Evangeli„ſtas, & invenietis, ſolum Judam vocari amicum, „cum dixit. *Amice ad quid veniſti?* Sed Domine non „adeſt ibi Petrus? Non præſto eſt Joannes, qui „merentur potiori jure nomen amici? Cur non „tribuis hoc agnomen Petro aut Johanni, aut „alteri ex cæteris Apoſtolis? Numquid habebat „amor Chriſti motiva majora obligationis erga Ju„dam? Nequaquam; ſed tunc confluebant fortio„res circumſtantiæ exceſſus amoris. Cæteri Apo„ſtoli amabant, & amaturi erant Chriſtum uſque

ad

„ad ſanguinis effuſionem ; non eſt autem exceſſus
„amare eum , qui amat , & debet amare. E contra
„Judas nec amabat Chriſtum , quia illum vende-
„bat, nec ipſum amaturus erat, quia mori debebat
„pertinax in ſuo odio quod autem Chriſtus dilige-
„ret eum, à quo ſciebat, ſe nec amari, nec amatum
„iri, hic fuit verus amor, proindè largitus eſt dunta-
„xat Judæ titulum amici, non quia magis merere-
„tur amorem, ſed quia majorem authoritatem ex-
„ceſſui ſui amoris ille conciliabat. Accommodatè
ad rem præſentem obſervat Ludovicus Granatenſis
præclarum Ordinis Prædicatorii decus concione 2.
pro feria quinta in cæna Domini. Benignitas, ait,
„erga bonos omnes, tuam Domine liberalitatem in
„ditandis , curam in tuendis, ſuavitatem in conſo-
„landis, & largitatem in præmiandis mihi declarat.
„At benignitas in peccatores , te ipſum mihi ple-
„niùs inſpiciendum præbet, tua mihi viſcera pan-
„dit , & mirabiles pietatis tuæ theſauros recludit.
Rectè enim Picus Mirandulanus.

„Major in erratis bonitatis gloria noſtris
„Et dare non dignis, res mage digna Deo eſt.

Et concione 3. de Juda Proditore ſubdit: Aman-
„tem redamare, beneficia beneficiis penſare fami-
„liare, & uſitatum apud homines eſt. At proſter-
„ni ante proditorem, & pedes ejus abluere , quem
„ſcias eo ipſo temporis articulo te hoſtibus lace-
„randum, & in crucem agendum viliſſimo pretio
„tradidiſſe , item ſacrilegos ejus pedes ſacratiſſi-
„mis manibus non aqua ſolum , ſed, ut arbitror ,
„profuſis etiam lacrymis abluere, hoc nemo niſi ſo-
„lus hic charitatis & virtutum omnium princeps

facere

facere debuit. Ex his perſpicuum quoque fit, tanto majus dici beneficium, quanto magis indigna eſt perſona, cui illud confertur. Cùm igitur Judas fuerit omnium hominum ſceleratiſſimus, quî in dubium revocari poterit, beneficia ipſi à Deo præſtita etiam ex hoc capite rectè appellari majora & potiora, quàm beneficia viris ſanctiſſimis impertita?

Cum autem iſta tam pia, tam fundata à Cenſore horrẽda, & chriſtianis auribus abſona traducantur, non abs re erit eadem probatiſſimis Patrum teſtimoniis communire. S. Ambroſius lib. de Paradiſo „cap. 8. Venerat Dominus Jeſus omnes ſalvos fa„cere peccatores, etiam circa impios oſtẽdere „ſuam debuit voluntatem, & ideò nec proditurum „debuit præterire, ut adverterent omnes, quod in „electione etiam proditoris ſui ſervandorum om„nium INSIGNE prætendit . . . . & hic etiam in „Apoſtolatus munus aſcitus, ut vel beneficio Dei „revocaretur à proditionis affectu. Et in pſalm. 38. „Tametſi Judas meditaretur Chriſtũ vendere, re„vocabat eum tanta Domini gratia, & quædam de„linimenta pietatis, quibus furor ejus mollie„batur, nec erupiſſet in ſcelus, niſi ſe in cor ejus, „quia Chriſtum fallere ſe putabat, Adverſarius demerſiſſet. S. Leo ſer. 16, de paſſion. cap. 3. „Traditorem ab immanitate concepti ſceleris & „beneficiis eſt revocare dignatus, & verbis, „aſſumendo in diſcipulum, provehendo in A„poſtolum, monendo ſignis, conſecrando my„ſteriis, ut cui nihil benevolentiæ deeſſet „ad correctionem, nihil occaſionis ſupereſſet

ad

„ ad crimen. S. Chrysostomus hom. 69. in Joan. „ Dominus lavit Judæ pedes, quo officio cohibere eum à scelere illo voluit. S. Cyrillus Alexandrinus lib. in Joan. cap. 7. sed hujus clementiæ „ magnitudinem quis non admirabitur? Videbat „ animum ejus, cognoverat venenosa eum agitare „ consilia, honoravit tamen ut alios, & ejus quoque pedes lavit, charitatem usque in finem conservans, & antequam omnia in exitum erumpant, illum non derelinquens. Et cap. 11. Proditorem occultius arguens revocat. Quinimò Tertullianus lib. de Anima cap. 4. ait, Judam bonum perseverasse usque ad loculorum officium, quod ei tamen à Christo commissum est, vel ut avarum ejus animum sedaret, quod dicit Hyeronimus, nec non & Cyrillus, & Theophilactus ac Euthymius in Joann. & Origines hom. 4. in Cantic. Vel quia minùs quàm alii idoneus erat ad spiritualia, magis ad temporalia. Vel ne videretur, „ inquit S. Ambrosius 11. offic. cap. 16. aut quasi „ inhonorus, aut quasi egenus Dominum prodidisse, & non quasi injuriâ exasperatus, sed quasi prævaricatus gratiam, majori esset offensæ obnoxius, sicque Dominus justificaretur in eo. Epiphanii quoque oratio est hæresi 38. ut esset inexcusabilis, qui cum accepisset à Domino Marsupium, propter avaritiam tamen tradidisset eum. Disertè id quoque affirmant Anastasius Nicænus quæst. 23. in scripturam Cyrillus Jerosolymitanus Catech. 7. Augustinus lib. 3. contra lit. Petilian. c. 55. Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 44. Nazianzenus in Christo patiente, & Olympiodorus eccles. 6. qui etiam

„ addit : Conversos ab eo nonnullos, & quod do-
„ ctrinæ suæ verbis multos genuit filios. S. Leo
quoque adjungit loc. cit. quod imperabat dæmoniis, & medebatur infirmis.

His subtexere visum est egregia verba Scriptoris recentioris vitæ innocentia, & doctrinæ sublimitate conspicui. Hic est venerabilis Alexander à S. Francisco alibi commendatus, qui in Manuali pauperum thesauro 14. hæc pulcherrima ędisserit:
„ Dominus, & Lazarum fætentem, & Judam pro-
„ ditorem, & hominem non vestitum veste nu-
„ ptiali amicum vocavit, amicus iste tam bonus,
„ qui nisi peccatores amasset, de cælis ad terram non
„ descendisset, nec recti, & justi diligerent illum,
„ nisi prior ille injustos, & iniquos dilexisset. Ad
„ tę igitur vox ista pertinet, ò homo, & jam si pec-
„ cator sis, etiam si Lazarus fætidus, etiam si Ju-
„ das proditor, etiamsi non vestitus sis veste nu-
„ ptiali, amicus tuus Christus est, & amicus fide-
„ lis partes omnes, & numeros viri amici adim-
„ plens. Utinam Juda non obdurasses aurem tuam
„ ad vocem illam, qua vocatus es *amice*, sensisses
„ profectò vim vocis istius, & incantasset te, &
„ rediisset cor tuum ad sapientiam, & exiisset in-
„ dè diabolus, & intrasset JEsus. Ferebat illa vox
„ secum quidquid opus tibi erat ad resipiscendum,
„ & resurgendum, ad salvandum, & sicut potens
„ fuit ad restituendam vitam quatriduano Lazaro
„ jam quidem fætenti, non tamen aures claudenti
„ ad vocem vocantis amici, ita & tu eadem voce
„ vocatus ad vitam salutis rediisses, nisi aures tuas
obturasses. Tangit enim cor, cum aures ingreditur

amici

„amici vox, & ad contactum illius resurgit amor, „& si hoc contingit in homine, quantò fortiùs in „Deo, cujus amor in infinitum excedit omnem „hominum amorem, cujus eloquium ignitum est „vehementer, & sermo efficax, & penetrabilior „omni gladio ancipiti.

Insuper Jansenius Episcopus Gandavensis comment. in concord. Evang. cap. 140. Scias, inquit „ex Theophilacto, quòd Judas posuit quidem „collum suum in laqueum, & cum penderet ab ar„bore, arbore inclinatâ, supervixit, Deo volen„te ipsum vel in pœnitentiam conservare, vel in „traductionem, & confusionem. Sic, & Euthy„mius, non ait, continuò mortem est assecutus, „proùt cupiebat. Agnitus enim à quibusdam de„positus est, ne præfocaretur, deindè postquam „in secreto quodam loco, modico vixisset tem„pore, præceps factus seu præcipitatus inflatus, „diruptus, ac diffusus est medius, & effusa sunt „omnia viscera ejus. Papias, ut refert Oecumenius, & Magister historiæ scholasticæ scribunt, rupto laqueo Judam supervixisse, & postea crepuisse curru compressum, cum corpore inflatus progredi non posset. Videantur S. Cyprianus de bono sapientiæ, S. Augustin. in psal. 68. & 108. Beda in Lucam cap. 22. S. Larent. Justinianus in lib. de triumphali agone Christi, & alii, ex quibus audiatur Anselmus medit. 9. §. 4. n. 18. & 19. intimo pietatis affectu Christum Dominum allocutus: Ac„cedentem ad osculum oris tui cruentam bestiam „aversatus non es, sed os, in quo dolus inventus „non est, ori, quod abundavit malitiâ dulciter ap-

„ plicuisti .... Et hoc tuæ benignitatis erat, ut „ omnia illa exhiberes, quæ pravi cordis pertinaciam emollire potuissent. Nam, & veteris amicitiæ illum commonuisti dicens, *Amice ad quid venisti?* Et horrore sceleris sui cor impii ferire „ voluisti, cum ei dicebas: *osculo filium hominis tradis?* Eodem Anselmi spiritu imbutus Sfondratus easdem voces reddidit. Vult Deus, inquit pag. „ 67. Petrum, & Judam salvos esse, sed non eodem modo, nec eâdem gratia, qua Judâm. Quid „ enim non fecit, ut Judam salvaret, & ab exilio „ peccati, quo tenabatur, ad pœnitentiam primò, „ ac deinde ad æternum regnum proveheret? in „ Collegium Apostolorum accepit, inter amicos „ conscripsit, testem Sanctitatis, ac miraculorum „ suorum fecit, docuit, monuit, minatus est, prædixit, osculo, amplexu strinxit, ac jam jam sceleri pertinaciter accinctum cum armata cohorte „ ad terram allisit, quid amabò, facere amplius „ debuit, ut obstinatissimum expugnaret? Et antea pag. 38. dixerat. Quis compertum habet cur „ Petrum, & Magdalenam ita vocaverit, ut vellent, non verò ita Saulem, & Judam? Petrus „ peccator, Judas peccator: Petrus vocatus, Judas vocatus. Petrum aspexit, Judam osculatus „ est, plus fuit osculari, quam intueri. Petrus pag. „ 106. Zachæum semel tantùm Christus invisit, „ cum eoque pransus est, & tamen solo aspectu, & „ colloquio in alium mutavit. At Judam, & Amicum, & Apostolum, & Thaumaturgum, & Convivam, & testem omnium miraculorum, actionumq; suarum habuit, quarũ vel una etiam durissimis

„ ſimis cordibus in amorem rapiendis ſufficere poterat. Illum beneficiis, illum minis, illum oſculis, illum tot annorum convictu, velùt perpetua obſidione pulſavit, nec tamen vicit; negari „ ergò non poteſt, plura huic reprobo auxilia, „ quàm prædeſtinato Zachæo impenſa eſſe. Hæc ſecum piâ, & à præjudiciis liberâ mente revolvat optimus Lector, & cum S. Bernardo in hæc verba de ſimilibus ſcriptionibus locuto epiſt. 11. prorumbet: Legi ea, & quas volvebam in ore litteras, ſcintillas, ſentiebam in pectore, quibus & „ concaluit cor meum intra me tanquam ex illo „ igne, quem Dominus miſit in terram. O quantus „ in illis meditationibus exardeſcit ignis, è quibus hujuſmodi evolant ſcintillæ!

NOTA.

Obſervandum autem, Authorem hoc modo, & pluribus aliis locis æqualia illa, aut majora gratiæ auxilia, quæ reprobis attribuit in doctrina, exhortationibus, minis, & beneficiis exterioribus ponere, quaſi verò gratia Chriſti in his ſolis rebus intelligi debeat, & non potius in ſubminiſtratione ſpiritus juxtà Apoſtolum, ſeu in inſpiratione dilectionis, qua Deus cor tangens operatur in nobis non ſolùm veras revelationes, ſed etiam bonas voluntates, ut loquitur Auguſtinus refellens Pelagium, qui ultrò. ejuſmodi gratiam in lege, doctrina, exhortationibus, minis, & aliis rebus exterioribus poſitam admittebat, ut ſupra vidimus.

DISPUNCTIO.

CArdinalem Sfondratum collocare Christi gratiam cum Pelagio in solis beneficiis, & rebus externis testimonia ipsius jam producta, & alia plurima in ejus libro extantia Censorem de gravissimo crimine falsi convincunt. Ea autem beneficia exteriora sic repræsentat Emin. Author pag. 131. A „ nobis ergò, inquit, qui per externa tantùm de „ internis arbitramur, ita sentiendum est, ut cre„ damus, illis plures, majoresque gratias internas „ datas esse, qui plures, & majores externas acce„ pêre, nam externa ad interna tanquam finem di„ riguntur &c. Quod si Christus de vocatione ex„ terna verissimè dixit Joan. 4. Nisi ego venissem, „ & signa in eis fecissem, quæ nemo alius fecit, „ peccatum non haberent, quantò magis, „ veriùsque dicendum erit de vocatione interna, „ eos, qui istâ caruissent, non peccaturos; cum, ut „ dixi, multo hæc magis ad credendum, quàm illa „ necessaria sit...... Deus vocando, docendo, mi„ racula patrando non tantùm foris, verùm etiam, „ multòque magis inspirando, illustrando, exci„ tandoque intùs, & in anima operatur; nam sine in„ terna hac vocatione externa illi prodesset. Deinde affert in hanc rem efficacissimum testimonium Authoris librorum de vocatione gentium, & pag. 139. hæc addit: Gratia externa nisi internæ „ respondeat, majus beneficium dici non potest, „ nec ad magis credendum, & pœnitendum sufficit, cum, ut supra ex Sancto Thoma nota-

v imus

„ vimus, gratia externa sine interna ad litteram oc-
„ cidentem pertineat. Præclarissima hic omnia sunt, omnia Emin. Theologo digna, omnia summo orthodoxæ sapientiæ Doctore dignissima, nihil nugarum, nihil Pelagii errorum, nihil hæresum; Undè plurima, ut testatur Ruiz disp. 42.
„ de prædestin. sect. 4. ac validissima Catholicorum
„ Doctorum argumenta eluderentur, si Scriptura
„ sacra, quandò solummodò exteriora commemo-
„ rat auxilia absque expressa mentione gratiæ in-
„ terioris, non eam ipsam gratiam primario signi-
„ ficaret, quasi animam, quæ vitam, & vires præ-
„ beat exterioribus auxiliis. Quod usque adeò cer-
„ tum est, ut iidem ipsi Patres, qui vehementiùs
„ incumbunt ad prædicandam interioris gratiæ ne-
„ cessitatem, sæpè aliàs hominibus improperent,
„ quod talibus prædicationibus, exemplis, mira-
„ culis, beneficiis, flagellis non resipuerint, cùm
„ potuissent, si vellent, converti; tunc verò nul-
„ lam faciunt expressam mentionem interioris au-
„ xilii, quarum locutionum exempla plurima
„ occurrunt assiduè legentibus SS. Augustinum,
„ Prosperum, Fulgentiũ, Hieronymum, Hilarium,
„ Gregorium aliosque patres, istaque est persua-
„ sio communis omnium fidelium: Pelagius ve-
„ rò sine hujusmodi interiori gratiâ aliquid pro-
„ desse blaterabat divini verbi prædicationem,
„ quod fuit primarius Pelagii error, quem respe-
„ xisse videtur Moguntina Synodus Provincialis
„ cap. 7. dicens: Prævenientem gratiam cùm per
„ alia media, tùm potissimũ in prædicatione verbi
„ ad conversionem hominis operari. Quapropter

thor sermonum ad fratres in Eremo apud Augustinum tom. 10. sermo 28. opportunè scripsit. Do-
„ minus Jesus discipulum Judam multis modis,
„ minis, sacramentis, & exemplis, & planctu vo-
„ luit eum corrigere, & prædictis modis ad cor-
„ rectionem invitare: Alia omninò videnda sub-
„ texuntur, sicut etiam apud Gulielmum Parisi-
„ ensem in prima parte tract. de merit.

PROPOSITIO XXXI.

Deus quamvis desertus, nunquam tamen ità hominem licèt obstinatissimum deserit, ut non ei gratiam tribuat, qua & possit pœnitere, imò & qua actu pæniteat, si velit, ut Pharaonis exemplo patuit, qui Deo flagellante jam in Mosem exarsit, eique mortem minatus est, jam pænituit, suumque peccatum & agnovit, & palàm confessus est. Dominus inquit, justus est, ego autem, & populus meus impii, quem ergo peccatorem deserat Deus, si non deseruit Pharaonem, aut quis tam obduratus, qui non possit, quod Pharao & potuit, & fecit? pag. 99. lin. 5.

NOTA.

Novum prorsùs, & contra communem Patrum, ac interpretum sententiam, ut Pharao dicatur verè pænitens, & per gratiam Dei conversus fuisse, quando dixit Exod. 9 versu 17. peccavi etiam nunc, Dominus justus &c.

DIS-

DISPUNCTIO.

NOn ex ſuo cerebro contra comunem Patrum, atque interpretum ſententiam confinxit Author, Pharaonem pænituiſſe, ſed ex his verbis S. Auguſtini, vel S. Cæſarii Arelatenſis relatis pag. 97. nempè. *Quoties Pharaonem Dei plaga percuſſit, afflictus pænituit.* Cenſor autem ſuo more infideliter retulit verba Eminentiſs. Scriptoris addendo ex ſuo quodlibetico Commentario, quod Pharao dicatur *verè* pænitens, & per gratiam Dei converſus. Aſt Author merè reddidit verba Ceſarii, & in eodem ferè ſenſu ſcripſit S. Fulgentius epiſt. 7. ad Venantiam capite 5. de Juda proditore : Digne „ quidem pænitentiam geſſit, quia peccavit tra„ dens ſanguinem juſtum; ſed ideò ſibi fructum „ pænitentiæ denegavit, quia peccatum traditio„ nis ſuæ ipſo, quem tradidit, diluendum ſangui„ ne non ſperavit : Aſt amovendæ jam aures ſunt doctiſſimis vocibus Eminentiſs. Cardinalis de Aguirre tom. 3. Theolog. S. Anſelmi, tract. 7. diſput. 125. ſect. 3. num. 38. Quid durius, ait, & ob„ ſtinatius Pharaone tot prodigiis, oſtentis, & „ beneficiis non emollito, ſed in dies lapideſcente? „ Attamen de ipſo conſtat, iterum, atque iterum „ poſtquam obduruit, prodigiis fuiſſe excitatum „ ad pænitentiam, & non exteriùs tantùm, uti de „ fide eſt, ſed etiam interiùs juxta multos ex Pa„ tribus, præſertim Auguſtinum ſuprà expen„ ſum. Quod & faciliter ex ſacro textu Exod 7. „ verſu 3. nam ubi ait : *Ego indurabo cor ejus*, idem

„ sensus est, ac Exodi 8. vers. 15. illis verbis: *Videns*
„ *Pharao, quod data esset requies, ingravavit cor suum.*
„ Tanquam circa eam obdurationem Deus solum
„ permissivè se habuerit, Pharao autem activè,
„ respuendo auxilia, quibus posset si vellet, emol-
„ lire præcordia. Postea explicat illud verbum,
„ *ingravatum est.* uxta fontem Hebraicum accipi-
„ endum semper esse pro *ingravavit se cor*, scilicet,
„ voluntas Pharaonis nolentis acquiescere Deo
„ præcipienti decies dimissionem populi, & tot
„ prodigiis è cælo minanti, sed abjicientis jussa
„ cælestia, & auxilia tùm externa ab ostentis,
„ tùm interna ab auxiliis, quibus in animo pulsa-
„ batur. Nempè eo sensu tantùm Deus quando-
„ que peccatores extremæ nequitiæ deditos in-
„ gravare dicitur, auferendo auxilia congrua, si-
„ ve efficacia omnia, quorum se præstiterunt in-
„ dignos, non verò sufficientia, aut saltem pote-
„ statem ad ea impetranda, quam quia respuunt
„ vitio suo, in eis manet juxta Bernardi sententiam
„ lib. 1. de consideratione &c.

Suffragatur Driedo de captivit. & redempt. tract. 5. cap. 3. concl. 8. Piâ quadam fiducia doce-
„ mus, omni homini peccatori sub usu liberi ar-
„ bitrii vitam agenti cælitus dispensari pro loco,
„ & tempre sufficiens excitationis internæ auxi-
„ lium, quo valeat credere Deum &c. Omni ho-
„ mini jam adulto secundùm vicissitudinem tem-
„ porum divinitus communicantur auxilia quæ-
„ dam specialia, quibus valet ad quærendam grati-
„ am Dei promoveri in viam salutis .... Ex Au-
„ gustini doctrina discimus, piè de Deo sentiendum
esse,

„esse, ut opinemur, etiam Pharaoni, & Ægypti-„is datam esse misericordiam, qua possent resipi-„scere &c. Favet Ruiz disp. 45. de prædestinat. sect. 4. n. 6. ita discurrens in præfato sermone S. „Augustini, vel S. Cæsarii, Manifestum esse Pha-„raonem habuisse interiorem gratiam sufficien-„tem ad pænitendum & humiliter supplicandum; „sine qua gratia pænitere, & supplicare non po-„tuisset, etiam urgentibus flagellis, ideoq; remit-„tentibus illis non ob defectum auxilii sufficientis, „sed ob liberam malitiam recruduisse duritiem. Et in tomo de voluntate Dei disp. 42. sect. 2. num. 13. generaliter adnotarat hoc discrimen, quo indurati, & excæcati superant reliquos peccatores, ni-„mirum: Quod frequentioribus, & altioribus „beneficiis, evidentioribus miraculis, duriori-„bus & assiduis flagellis, perfectioribus virtutis „exemplis, concionibus, doctrina, privatis ex-„hortationibus ad persuadendum magis accom-„modatis, longanimi expectatione, cæterisque „salutis remediis potentioribus ipsi restiterint, „cum tamen illorum virtute potuissent oculos a-„perire, & cordis duritiam deponere si voluis-„sent, sicut & alii peccatores minoribus remediis „quandoque cedunt, & obediunt. Consentit Ma-strius de Meldula in 1. sent. disp. 5. de prædestin. quæst. 1. art. 3. n. 40. celebrans miram Dei patientiam revocando Pharaonem ad pænitentiam, al-legatque in hanc sententiam plures Authores, qui-bus ita concinit Bernardus Guyard lib 2. discrimi-nibus inter doctrinam Thomisticã, & Jansenianam quæst. 3. art. 1. Ad quid, inquit, tot verba Moysis,

& Aaron

„ sensus est, ac Exodi 8. vers. 15. illis verbis: *Videns* „ *Pharao, quod data esset requies, ingravavit cor suum.* „ Tanquam circa eam obdurationem Deus solum „ permissivè se habuerit, Pharao autem activè, „ respuendo auxilia, quibus posset si vellet, emol- „ lire præcordia. Postea explicat illud verbum, „ *ingravatum est.* uxta fontem Hebraicum accipi- „ endum semper esse pro *ingravavit se cor*, scilicet, „ voluntas Pharaonis nolentis acquiescere Deo „ præcipienti decies dimissionem populi, & tot „ prodigiis è cælo minanti, sed abjicientis jussa „ cælestia, & auxilia tùm externa ab ostentis, „ tùm interna ab auxiliis, quibus in animo pulsa- „ batur. Nempè eo sensu tantùm Deus quando- „ que peccatores extremæ nequitiæ deditos in- „ gravare dicitur, auferendo auxilia congrua, si- „ ve efficacia omnia, quorum se præstiterunt in- „ dignos, non verò sufficientia, aut saltem pote- „ statem ad ea impetranda, quam quia respuunt „ vitio suo, in eis manet juxta Bernardi sententiam „ lib. 1. de consideratione &c.

Suffragatur Driedo de captivit. & redempt. tract. 5. cap. 3. concl. 8. Piâ quadam fiducia doce- „ mus, omni homini peccatori sub usu liberi ar- „ bitrii vitam agenti cælitus dispensari pro loco, „ & tempre sufficiens excitationis internæ auxi- „ lium, quo valeat credere Deum &c. Omni ho- „ mini jam adulto secundùm vicissitudinem tem- „ porum divinitus communicantur auxilia quæ- „ dam specialia, quibus valet ad quærendam grati- „ am Dei promoveri in viam salutis .... Ex Au- „ gustini doctrina discimus, piè de Deo sentiendum esse,

„esse, ut opinemur, etiam Pharaoni, & Ægypti-
„is datam esse misericordiam, qua possent resipi-
„scere &c. Favet Ruiz disp. 45. de prædestinat.
sect. 4. n. 6. ita discurrens in præfato sermone S.
„Augustini, vel S. Cæsarii, Manifestum esse Pha-
„raonem habuisse interiorem gratiam sufficien-
„tem ad pænitendum & humiliter supplicandum;
„sine qua gratia pænitere, & supplicare non po-
„tuisset, etiam urgentibus flagellis, ideoq; remit-
„tentibus illis non ob defectum auxilii sufficientis,
„sed ob liberam malitiam recruduisse duritiem. Et
in tomo de voluntate Dei disp. 42. sect. 2. num. 13.
generaliter adnotarat hoc discrimen, quo indura-
ti, & excæcati superant reliquos peccatores, ni-
„mirum: Quod frequentioribus, & altioribus
„beneficiis, evidentioribus miraculis, duriori-
„bus & assiduis flagellis, perfectioribus virtutis
„exemplis, concionibus, doctrina, privatis ex-
„hortationibus ad persuadendum magis accom-
„modatis, longanimi expectatione, cæterisque
„salutis remediis potentioribus ipsi restiterint,
„cum tamen illorum virtute potuissent oculos a-
„perire, & cordis duritiam deponere si voluis-
„sent, sicut & alii peccatores minoribus remediis
„quandoque cedunt, & obediunt. Consentit Ma-
strius de Meldula in 1. sent. disp. 5. de prædestin.
quæst. 1. art. 3. n. 40. celebrans miram Dei patien-
tiam revocando Pharaonem ad pænitentiam, al-
legatque in hanc sententiam plures Authores, qui-
bus ita concinit Bernardus Guyard lib 2. discrimi-
nibus inter doctrinam Thomisticã, & Jansenianam
quæst. 3. art. 1. Ad quid, inquit, tot verba Moysis,
& Aaron

„ & Aaron ex parte Dei ad Pharaonem directa ?
„ tot signa mirabilia, & terribilia, tot plagæ im-
„ missæ, & receptæ ? hæc omnia motibus interio-
„ ribus vacasse quis credet ? ait enim scriptura,
„ quod his omnibus tactus Pharao dixit: Pecca-
„ vi etiam nunc, Dominus justus, sive, ut ait Ca-
„ jetanus. *Iehovah iustus, & ego, & populus meus im-*
„ *pii. Vndè confitetur saltem fictè, quod ipse fons essendi*
„ *justè, punit eum*, à quo motus iste, nisi à Deo
„ procedere poterat ? si enim non sumus sufficien-
„ tes cogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis,
„ sed omnis nostra sufficientia ex Deo est, hæc,
„ qua se offendentem, & Deum offensum agno-
„ scit, non ne gratia quædam est ? nec per hoc
„ quod Cajetanus ait, confitetur *saltem fictè* opini-
„ oni nostræ adversatur, non enim negat, pium fuis-
„ se illum confessionis motum, sed vult dicere, da-
„ to, & non concesso, quod motus ille non fuerit
„ animæ omninò contrariæ, saltem tamen contri-
„ tæ esse finxit, sed fictio illa motionis divinæ su-
„ pernaturalitatem non tollit, & per consequens
„ ipsi etiam indurati auxilio divino non sunt desti-
„ tuti: Hæc ex genio Guyardi.

N O T A.

I*Mò contraria est hæc explicatio ipsis verbis Moysis, qui statim 30. ait Pharaoni*: novi quod tu, & servi tui nec dum timeatis Dominum.

DIS-

DISPUNCTIO.

Ea Moysis verba insinuant tantummodò, Pharaonem statim ad vomitum rediisse, sed hoc ultrò fatetur Eminen. Scriptor loco laudato pag. 177. *de Pharaone constat aliquando pœnituisse, licèt posteà reciderit.*

NOTA.

D*Eindè qui dicit Pharaonem licet obstinatißimum à Deo desertum non fuisse, sed potius ab eo gratiam accepisse, Paulo Apostolo contradicit, qui allato ejusdem Pharaonis exemplo Rom. 9. v. 17. continuò addit*, ergò cujus vult miseretur (Deus,) & quem vult indurat. *Quid enim aliud est, Deum indurare peccatores, nisi eos deserere, non quidem malitiam inspirando, sed gratiam non impertiendo, ut ait Augustinus.*

DISPUNCTIO.

S. Chrysostomus homil. 16. in epist. ad Rom. palàm profitetur, quod Deus non prætermisit quicquam eorum: quæ ad Pharaoniss correctionem, „emendationemque facerent, neque ille omi-„sit quicquam eorum, quæ ipsum perderent, „omnique venia privarent &c. Unde ergò alij qui-„dem vasa iræ, alii autem misericordiæ? à propria „voluntate. Deus autem admodùm bonus cum sit, „*in utrisque eandem ostendit bonitatem.* Etenim non „eos non modò, quos servabat, miseratus est, sed & „*Pharaonem* ipsum, quantum quidem in ipso fuit; „*Eandem* enim bonitatem & illi, & hic sunt asse-„cuti. Qui si servatus minimè fuit, rei totius culpa „ab illius animo accidit, nam Dei partes, atque officia

„ officia nihilominùs accepit, quam qui servati sunt. Expendat seriò Censor aurea hæc Chrysostomi verba, & pudore confusus obmutescat. Consulat insuper Censor S Augustinum lib. de gratia & lib. arbit. cap. 23. & ipsimmet Sfondratum pag. 83 & 177. ubi affatim suppeditantur argumenta ad ejus instructionem, & deindè attentè perpendat sententiam *S.* Chrysostomi de Pharaone pronuntiatum ad omnes prorsùs peccatores extensam à Ludovico Granatensi religiosissimo Theologo in concione 4. pro die Pentecostes: Ea est, inquit, „ humanæ mentis ingratitudo atque perversitas, ut „ dubitari meritò possit, uter in hac parte effu-„ sior, ut ità dixerim, sit, homine ad suum exitium „ comparandum, an Deus ad salutaria illa reme-„ dia providenda. Si enim diligenter hominum „ vitam inspicias, invenies utique plerosque ipso-„ rum præcipiti cursu ad interitum tendere, in hoc „ unum incumbere, hoc fere moliri ut omnia, „ quæ illis ad salutem data sunt, pervertant, & „ in arma iniquitatis convertant, &c. Contrà ve-„ rò Deus liberalissimum ac penè prodigum se in „ eam gentem exhibet, quæ tanto studio sibi per-„ niciem machinatur, & salutis suæ Authorem „ tot modis offendit. Ita fit ut quisquis hanc utri-„ usque partis contentionem attentiùs fuerit con-„ templatus, inveniet planè duas potentissimas „ factiones, alteram quidem Dei summo studio „ salutem nostram procurantis, alteram hominis „ in interitum suum toto impetu ruentis. Ille nos „ ad vitam revocare contendit, nos manibus no-„ stris mortem nobis accerlere conamur: ille nos

ad

„ad justitiam, & pietatem vocat, nos impetu cæ-
„co & furibundo ad impietatem & injustitiam ra-
„pimur. Sicut autem nullum esse spectaculum ju-
„cundius potest, quam hodierno die Spiritum
„Sanctum è cælo descendentem intueri, ac visi-
„bilibus signis quid in mentibus fidelium efficiat,
„ostendere, ita nullum tetrius atque funestius,
„quàm hominem cernere sibi ipsi perniciem infe-
„rentem, divino spiritui resistentem, nihilque tot
„divinis muneribus proficientem.

„Omnibus, omnibus. Exclamat sapientissimus Cornelius Mussus in cap. 9. Epist. ad Rom. &c. „Sufficienti gratiâ opitulari decrevit Deus ante „sæcula, opitulaturque, & Pharaoni opitulatus „est. Guyardus nuper laudatus lib. 2. quæst. 1. art. 5. Evidentissimum est, inquit, Deum gratias „sufficientes interiùs, & exteriùs dedisse Pharao-„ni, post quæ rationabiliter concludit Apostolus. „Quid adhuc quæritur? nam si spretis hujusmo-„di auxiliis non vult converti Pharao, si vocatus „renuit, si extendentem manum non aspicit, „nonne locum conquerendi habet? nonne potest „iterum dicere? Quid debui facere vineæ meæ, „& non feci? . . . Bartholomæus Medina 1. 2. „quæstione 109. articulo 10. advertit, quod S. „Augustinus in Commentariis ad Rom. non nulla „dicit, quæ posteà retractavit libro 1. Retract. „capite 19. & veriùs expressit suam sententi-„am in libro de prædestinatione, & gratia capite „14. & 15. atq; etiam in opusc. de articulis sibi fal-„sò impositis. Et hæc sufficiunt, pergit Guyardus, ut

„ ut ostendamus, Jansenium Iprensem fundamen-
„ ta, quibus Thomistæ gratiam sufficientem pro-
„ bant, evertere, & concutere velle. Quia verò ex
„ istis fundamentis hoc unum præcipuum est,
„ quod si auxilium sufficiens non daret Deus ho-
„ minibus, à culpa excusarentur, illud Janseni-
„ us suscipit demoliendum per hoc quod de gratia
„ efficaci, iis, qui non salvantur, denegatâ idem
„ concludendum foret.

Cæterùm Deum in hac vita nemini quantumvis indurato, excæcato, & à Deo averso auxilia ad salutem necessaria denegare asserit Mastrius loc. cit. esse communem sententiam divinæ pietati magis consentaneam, ne dum veterum, sed etiam recentiorum, & deindè refert plures gravissimos Theologos, eamq; sententiam probat ex Conciliis, & Patribus. Item eandem sententiam sectatur Episcopus Abelli 1.part.suæ Medullæ Theologicæ tract. de grat. cap. 2. sect. 7. illam corroborat authoritatibus Sacræ Scripturæ, SS. Augustini, & Thomæ, atque rationibus, eamque vocat longè probabiliorem oppositâ pro ipsa allegans etiam Alensem, Petrum Soto, Vegam, Malderùm, Gamachæum &c. Adducit pro veritate ab Eminentiss. Authore asserta Gùyardus libro 2. quæst. 3. articulo 1. testimonium eximii Theologi Bartholomæi Medinæ docentis 1. 2. quæstione 79. articulo 3. &
„ 4. quod ea loca, quæ derelictionem, excæ-
„ cationem, indurationem indicant, auxilium
„ sufficiens his omnibus probant dari; commi-
„ natur enim Deus se destiturum peccatores, quo-
„ niam renuunt, & contradicunt:

Subji-

Subjicit mox idem Doctor Parisiensis, Dominicum Soto; qui in 4. sentent. d. 15. q. 1. art. 1. Facta narratione historiæ Pharaonis ait, quod longa „illa comminatio, & successio plagarum indicium fuit bonitatis Dei, qui ipsum ad pænitentiam adducebat &c. & lepidè profert locum Psalmistæ dicentis: Dixit Dominus ex Basan convertam, convertam in profundum maris hoc est, „inquit Soto, etiamsi quis sit in malorum fundo. De opinione autem huic nostræ opposita quale sit ejus judicium, eam illemet, non ad errorem solùm, sed & ad impietatem extendit: Quarè, inquit, hujusmodi error non solùm est à veritate evangelica „alienus, verùm & hominibus perniciosissimus, „si quis talem de Deo suspicionem haberet. Æquiparat enim viventes homines infernalibus Dæmonibus, atque adeo in scopulum desperationis „adigit eos &c. Quòcirca error iste blasphemus „est, & injurius in Christum, & in ejus passionem, nam si aliquod esset irremissibile peccatum, „non fuisset universalis Redemptor. Attexit continuò Guyardus hanc aliam authoritatem Nugno 3. par. sup. quem vocat non infimum Thomistam, „nimirum: Fides est, ita ut oppositum sit hæresis „manifesta, quòd omnis homo dum est in vita, „& compos rationis, potest simpliciter loquendo „pænitentiam agere de peccatis, atque adeò „quod omnibus dantur auxilia sufficientia, ut „possint pænitere. Quia verò subdit Guyardus, „excæcatos, & induratos ab hac communi regula „potuisset aliquis excipere. Respondet; nihil valet „solutio, quod excipiantur ab ista regula excæcati,

 & ob-

„ & obdurati. Plures alios Thomiſtas omitto. Hi „ ſufficiant, ut omnes intelligant, quod obdurari ſit roborari, ſivè reſiſtere gratiæ, quæ per conſequens præſens ſupponitur, ſivè excæcatio, & „ induratio nihil aliud ſit, quàm gratiæ ſubtractio, „ & hæc ſubtractio non ſit auxilii ſufficientis, ſivè „ auxilii ordinarii, etiam ſceleratiſsimis dati, ſed auxilii efficacis ſubtractio in opinione „ Sancti Thomæ ejuſque diſcipulorum, quod obcæcati, & indurati non carent gratia ſufficienti, „ qua videant, & moveantur ad bonum, & opinionem contrariam errorem eſſe, blaſphemum, „ & injurium in Chriſtum, ac denique hæreſim „ manifeſtam: Hucuſque Guyardus, qui, ut ſupra deſcripſimus, in limine citati articuli narrat, quod Janſenius opinionem eorum, qui gratiam ſufficientem uſque ad obcæcatos, & induratos extendere volunt, viſa Auguſtini doctrina ad abſurditatem, imò & delirium uſque aſcendere prædicat.

NOTA.

Obſervandum hoc loco, quod aliàs iam notavimus, Authorem qualibet adminicula, quibus homines à peccatis abſtineantur, ut monitiones, minas, flagella, terrores conſcientiæ pro vera Dei gratia ſumere, aut ſaltem ſub generali gratiæ vocabulo comprehendere.

DIS-

DISPUNCTIO.

Eandem incudem tundit incassùm Censor; jam enim penitùs contriti sunt hujusmodi cavilli, suggeram dumtaxàt hìc opportunissimum monitum S. Francisci Salesij Censori pernecessarium: „ Quis non videt, inquit S. Præsul lib. de Amore „ Dei cap. 7. quod media salutis sunt majora, & ef- „ ficaciora inter Christianos, quàm inter barba- „ ros, & inter Christianos sunt aliqui populi, & „ cives, ubi Pastores sunt utiliores, & capaciores? „ Negare autem, quod ista media exteriora sint „ gratiæ divinæ providentiæ, aut in dubium re- „ vocare, quod non conferant ad salutem, & ani- „ marum perfectionem, *esset ingratitudo erga cale- „ stem bonitatem, & mendacem reddere veracem* ex- „ perientiam, quæ demonstrat, quòd ubi abun- „ dant hæc media exteriora, efficaciora, & me- liora sunt interna. Hugo Cardinalis in Genes. cap. 28. docet, quod: Dominus vocat peccatores ad „ pænitentiam, & ad regnum sex modis. Interiùs „ per inspirationem, exteriùs per scripturas, su- „ perius per promissiones, inferius per commina- „ tionem, anteriùs per beneficia, posterius per „ flagella. Tot modis vocat pius Pater, & adhuc „ renuimus respondere, Proverb. 1. *vocavi & re- nuistis.* Eodem collimat Gamachæus in 1. 2. S. „ Thomæ quæst. 111. cap. 5. inquiens: Auxilia „ sufficientis gratiæ in varias adhuc species sub- „ dividi possunt, etenim bona exempla, & consor- „ tia virorum proborum, exhortationes ad virtu-

 tem

„ tem conciones verbi Dei, orationes speciales, „ quæ ab amicis funduntur, morbi afflictiones, „ amissiones bonorum, aliaque id genus innu- „ mera, quibus alii magis, alii minus afficiuntur, „ magis, aut minus abundant, debent ad gratiam „ sufficientem reduci, quando privantur suo effe- „ ctu, ac fine supernaturali, quemadmodum è con- „ trario ad efficacem, ubi eundem finem assequun- „ tur, & obtinent. Videatur Suarez par. 1. de gratia in prolegom. 3. cap. ubi plura testimonia Patrum & præsertim Augustini pro hoc dogmate catholico adducit.

PROPOSITIO XXXII.

Quis unquam pejor, impurior, magis flagitiis assuetus Tiberio, & Nerone? . . . . si ergò nè istis quidem defuit Deus, quin per conscientiam moneret, cui ergò defuturus est. p. 162. lin. 28. l. 33. planè tam portentosa Tiberii flagitia, tam diuturna fuere . . . ut nullus æquè deseri à Deo mereretur; & tamen tantùm abfuit desertum esse, ut maximis argumentis ad Dei cognitionem, & scelerum pœnitentiam vocaretur; pagina 195. linea 18. Quis suspicari possit Deum alicui defuisse, qui non defuit Neroni? Nemo isto pejor, nemo indignior, nec tamen desertus? Nullus ergò timendi, aut desperandi locus, etiam Nerone adjuto; pagina 197. linea 30.

NOTA.

Novum etiam, & tùm scripturis sacris, tùm communi Christianorum sensui contrarium asserere Tiberium & Neronem, & maximos quoque, & pessimos peccatores, etiam impios, & idololatras nunquam in eum statum devenire, ut à Deo deserantur, sed potius Deum eis adesse, eosque ad scelerum pœnitentiam, morum conversionem, & Dei cultum vocare, & adjuvare.

DISPUNCTIO.

„ Sed ne quemquam terreat: (Ità contra Jansenium, ejusque Apologistas declamat Ludovicus Bail in libro de beneficio Crucis par. 3. art. 23.)
„ Nomen Neronum, Caligularum, & aliorum hu-
„ jusmodi perditissimorum hominum, qui non fu-
„ erunt deterioris conditionis, quàm Cajani, Pha-
„ raones, ac Sardanapali, in quibus gratiam suf-
„ ficientem non defuisse jam diximus, etiam ipsum
„ Antichristum hominem peccati, & filium per-
„ ditionis, ut vocatur ab Apostolo 1. ad Thessa-
„ lon. 2. in medium producimus, cui Deus com-
„ mittet Angelum custodem, qui ejus salutis cu-
„ ram habeat, & si ad bonum aliquod inducere
„ non possit propter exquisitam ejus malitiam, à
„ malis tamen pluribus deterreat; At credi non
„ potest, Angelos custodes eos velle ad salutem
„ promovere, quibus id esset impossibile ob in-
„ opiam auxilii sufficientis, unde non leve argu-
„ mentum est, Deum eorum salutem curasse, qui-bus

„bus Angelos custodes destinavit. At Angelum
„custodem ipsi Antichristo delegaturus est. Id te-
„statur D. Thomas 1. par. quæst. 113.. art 4. ad 3.
„ubi ait, quod præsciti, & infideles per custodi-
„am Angelorum, & si non juvantur quantum ad
„hoc, quod vitam æternam bonis operi-
„bus mereantur, juvantur tamen quantum ad
„hoc, quod ab aliquibus malis retrahuntur, qui-
„bus & sibi ipsis, & aliis nocere possent. Idem
sentit D. Bonaventura in 2. sent. dist. 11. art. 2. q. 1.
„asserens bonum Angelum nec obstinatos, nec An-
„tichristum deserere quantum ad actum custodiæ,
„qui respicit malum, quia semper retrahit homi-
„nem, ne labatur in pejus. Consentit Tostatus
„Abulensis in cap. 18. Matthei q. 62. docens,
„quod etiam ipsi Antichristo indirectè proderit
„custodia Angeli, quia suadente Diabolo plura
„mala committeret Antichristus, nisi custos An-
„gelus impediret Sathanam, & tamen quantò
„pauciora fuerint peccata ejus, tantò minus pu-
„nietur. Si autem sine Angelo custode relinque-
„retur, committeret plura mala, & puniretur
„gravius. Subscribit Suarez tom. 2. ad 3. part. D.
„Thomæ disp. 54. sect. 3. ubi & addit, Deum non
„denegaturum Antichristo gratiam suam suffici-
„entem quantum est ex parte sua, quamvis pro-
„pter malitiam vix unquam det ipse locum ali-
„cui bonæ inspirationi, aut effectui spirituali cu-
„stodiæ angelicæ, aut divinæ gratiæ. At si ita est
„de Antichristo, quantò magis de aliis? Cæte-
rùm hoc efficacissimum argumentum de custo-
dia angelica ipsi Antichristo delegata egregiè pro-
movet etiam Cardinalis Author pag. 172. & 177.

Red-

Redit post pauca Bail ad Neronem inquiens:
„ Obmurmuratio illa conscientiæ improbæ,& par-
„ tus peccati vipereus erat in Nerone, & Helioga-
„ balo, & aliis hominum monstris velut auxilium
„ quoddam remotum ad illud detestandum, & de
„ eo pœnitendum,& erat quædam bonæ mentis co-
„ gitatio, simulque voluntatis aliqua motio divi-
„ nitùs immissa, atque in hac vita possent illi di-
„ cere gratiam profitentes: *Adjutor in tribulatio-
„ nibus quæ invenerunt nos nimis.* Non igitur omni au-
„ xilio interiori destituti censendi, etsi solum istud
„ habuissent. Sed & aliud habuerunt,etsi semper
„ non adverterint. Utraque autem propositio à
Censore delata est manca & mutila, uti textum
Authoris legenti constabit. Ibi enim elegantissi-
mè Cardinalis Author suum assertum comprobat
gravissimis veterum testimoniis. Hisce tamen va-
lidissimis argumentis cum respondere ignoret
Censor, eique hæreat aqua, more suo crimen
infert. Ex multis autem responsionibus extra du-
bitationis aleam positum est doctrinam ab Eminen.
Authore traditam minimè novam, neutiquam scri-
pturis sacris, & communi Christianorũ sensui con-
trariam esse, eamq; non accusatione, sed responsio-
ne indigere, ut oppositum ostendat Censor.

N O T A.

Certè Paulus Apostolus loquens de Philosophis, qui cum Deum solo rationis ductu cognovissent, non sicut Deum glorificaverunt, ait Rom. 1. v. 24. propter quod tradidit illos Deus in passionem ignominiæ, *ac denique versu* 28. tradidit illos Deus in reprobum sensum. *Quid autem aliud his verbis intelli-*

gendam etiam juxta recentiores interpretes, nisi Deum aliquos homines ob peccata præcedentia auxilii gratiæ suæ destituere, ut in quæcunque scelera, & flagitia præcipites ruant?

DIPUNCTIO.

SI exoptasset Censor exactas responsiones ad textus ex Apostolo ad Rō. 1. ab ipsomet productos, consulere poterat Sfondratum p. 157. 159. 160. 168. & alibi, vel innumeros Theologos ejusdem Cardinalis sententiam amplexos, qui illis authoritatibus nullo negotio perfectè satisfaciunt. Quinimo iidem Theologi ex ipso cap. 1. epist. ad Rom. ver. 18. 19. & 20. docent, quod Philosophi, & omnes Gentiles dicuntur inexcusabiles, vel à culpa violandi legem supernaturalem, vel à culpa violandi tantùm legem naturalem, si primum dicatur, patet supponi debere, eis fuisse concessum auxilium supernaturale sufficiens ad legem supernaturalem implendam, & salutem obtinendam; atquè ità intelligunt ea Pauli verba Hugo Victorinus in summa senten. tract. 1. cap. 3. Commentator S. Pauli apud S. Anselmum, Haymon, S. Thomas in comment. lect. 6. Si ergò, inquit, Deus illis mani- „ festavit, vel interiùs infundendo lumen, vel ex- „ terius proponendo visibiles creaturas, in quibus „ sicut in quodam libro Dei cognitio legeretur. Et præcipuè D. Athanasius in disp. contra Arium habita in Nicæno Concilio col. 5. & orat 2. contra Aarianos, & Coloniense Enchiridion christianæ institutionis de Sacram. Pœnitententiæ folio 92.

cap.

cap. *prior gratia.* Vel ſunt inexcuſabiles à culpa violandi tantum legem naturalem juxta communiorem Patrum, & Theologorum expoſitionem, atque ſententiam, & ſic ſunt inexcuſabiles, & æterno ſupplicio digni, quoniam unicum, inviſibilem, & æternum Deum non cognoverunt ex creaturis, ſed potius creaturas adoraverunt; crimen autem iſtud ſine gratia ſufficiente vitare non poterant, nec implere naturale præceptum, quod primum eſt in decalogo, & in eo ſunt multæ rationes difficultatis per vires humanas inſuperabiles, ut tradunt Juſtinus Martyr in Dialogo cum Triphone, Clemens Alexandrinus toto libro ſexto ſtromatum, & Auguſtinus lib. 10. confeſſ. cap. 6. Idcircò habebant in promptu gratiam ſufficientem, alioqui obligarentur ad impoſſibile, puniretur culpa, quæ vitari non poſſet. Illæ namque difficultates ſunt omnium maximæ, & niſi ſuperarentur, evitari non poterat cultus idolorum. Si igitur ex Apoſtolo illi fuerunt inexcuſabiles, data eſt illis gratia ſufficiens. Unde ex eo loco, ubi Apoſtolus agit de quibuslibet impiis (licet præſertim de Philoſophis) colligitur etiam idiotas, rudes, & totius Philoſophiæ, ac divinæ cognitionis expertes habere auxilium ſufficiens, quia quilibet quantumcumque barbarus, & ignarus poterat inveſtigare cauſam, & gubernatorem aliquem univerſi, & erat inexcuſabilis à peccato idololatriæ, & paſſionibus ignominioſis ab Apoſtolo hic commemoratis, ut nervosè ratiocinatur Didacus Ruiz diſp. 46. de prædeſtinat. ſect. 2.

gendum etiam juxta recentiores interpretes, nisi Deum aliquos homines ob peccata præcedentia auxiliis gratiæ suæ destituere, ut in quæcunque scelera, & flagitia præcipites ruant?

DIPUNCTIO.

SI exoptasset Censor exactas responsiones ad textús ex Apostolo ad Rõ. 1. ab ipsomet productos, consulere poterat Sfondratum p. 157. 159. 160. 168. & alibi, vel innumeros Theologos ejusdem Cardinalis sententiam amplexos, qui illis authoritatibus nullo negotio perfectè satisfaciunt. Quinimo iidem Theologi ex ipso cap. 1. epist. ad Rom. ver. 18. 19. & 20. docent, quod Philosophi, & omnes Gentiles dicuntur inexcusabiles, vel à culpa violandi legem supernaturalem, vel à culpa violandi tantùm legem naturalem, si primum dicatur, patet supponi debere, eis fuisse concessum auxilium supernaturale sufficiens ad legem supernaturalem implendam, & salutem obtinendam; atquè ità intelligunt ea Pauli verba Hugo Victorinus in summa senten. tract. 1. cap. 3. Commentator S. Pauli apud S. Anselmum, Haymon, S. Thomas in comment. lect. 6. Si ergò, inquit, Deus illis manifestavit, vel interiùs infundendo lumen, vel exterius proponendo visibiles creaturas, in quibus sicut in quodam libro Dei cognitio legeretur. Et præcipuè D. Athanasius in disp. contra Arium habita in Nicæno Concilio col. 5. & orat 2. contra Aarianos, & Coloniense Enchiridion christianæ institutionis de Sacram. Pœnitententiæ folio 92.

cap.

cap. *prior gratia*. Vel ſunt inexcuſabiles à culpa violandi tantum legem naturalem juxta communiorem Patrum, & Theologorum expoſitionem, atque ſententiam, & ſic ſunt inexcuſabiles, & æterno ſupplicio digni, quoniam unicum, inviſibilem, & æternum Deum non cognoverunt ex creaturis, ſed potius creaturas adoraverunt; crimen autem iſtud ſine gratia ſufficiente vitare non poterant, nec implere naturale præceptum, quod primum eſt in decalogo, & in eo ſunt multæ rationes difficultatis per vires humanas inſuperabiles, ut tradunt Juſtinus Martyr in Dialogo cum Triphone, Clemens Alexandrinus toto libro ſexto ſtromatum, & Auguſtinus lib. 10. confeſſ. cap. 6. Idcircò habebant in promptu gratiam ſufficientem, alioqui obligarentur ad impoſſibile, punirentur culpa, quæ vitari non poſſet. Illæ namque difficultates ſunt omnium maximæ, & niſi ſuperarentur, evitari non poterat cultus idolorum. Si igitur ex Apoſtolo illi fuerunt inexcuſabiles, data eſt illis gratia ſufficiens. Unde ex eo loco, ubi Apoſtolus agit de quibuslibet impiis (licet præſertim de Philoſophis) colligitur etiam idiotas, rudes, & totius Philoſophiæ, ac divinæ cognitionis expertes habere auxilium ſufficiens, quia quilibet quantumcumque barbarus, & ignarus poterat inveſtigare cauſam, & gubernatorem aliquem univerſi, & erat inexcuſabilis à peccato idololatriæ, & paſſionibus ignominioſis ab Apoſtolo hic commemoratis, ut nervosè ratiocinatur Didacus Ruiz diſp. 46. de prædeſtinat. ſect. 2.

NOTA.

Hoc si Apostolus de Philosophis, qui inter Gentiles ob virtutis amorem celebrantur, hac docuit, quid sentiendum de peccatoribus, qui omni abjecto pudore, & quasi extincto recta rationis lumine in vitiorum quorumlibet cœno volutantur?

DISPUNCTIO.

IAm hæc instantia hîc, & alibi fuit multifariàm præoccupata, & explosa. Cæterum Eminentiss. Author non improbat, quod quis aliquo casu gratia careat, quia spontè impedimentum posuerit: Sic pag. 157. inquit. V. g. tam longa, & obsti-
„ nata inebriandi consuetudine te ipsum obligasti,
„ ut usu in naturam verso citra gratiæ prodigium,
„ quod Deus exhibere non tenetur, explicari, &
„ evolvi non possis, sicque moralem quandam
„ peccandi necessitatem incidisti: at poteras non
„ incidere, si videlicet, iis gratiis usus esses, quas
„ toties, tamque copiosè à Deo acceperas; non
„ ergò Deus tibi, sed tu Deo, & gratiæ defuisti,
„ nec magis conqueri de amico possit, qui isto ro-
„ gante ac prohibente, se ipsum in mare præcipi-
„ tem dedit, mersusque est. Talis aliquandò Au-
„ gustinus fuit, qui lib. 8. confess. cap. 5. At neces-
„ sitas ista cum sit consequens, hoc est, voluntaria,
„ & Deo, ac gratiâ repugnante contracta, nec li-
„ bertati quicquam, nec ipsi divinæ bonitati obstat,
„ quã tuemur (& paulò post) Quãdo ergò Patres in aliqui-

„ aliquibus peccatorum necessitatem peccandi agnoscunt, vel nomine necessitatis magnam difficultatem intelligunt, ut observat S. Anselmus &c. & S. Thomas &c. Idque in sacris litteris frequentissimum est &c. vel intelligendi sunt Patres de necessitate non absoluta, sed hypothetica, & conditionali: si enim mediis, quæ Deus præscripsit vincendis tentationibus, uti nolis, &c. quis neget te necessariò peccaturum? At necessitas ista cum libera sit, & vinci possit, à peccato non excusat. Eodem modo respondendum est testimoniis Augustini, quæ Jansenius agglomerat lib. 3. de gratia Christi, pag. 160. Undè cum Patres aliquandò dicerent, peccatoribus Dei gratiam abfuisse, intelligendi sunt de gratia illa specialissima, & effectrice, cum qua nemo peccat; quæque per antonomasiam, & excellentiam *Gratia* vocatur.

Postremò antedicta omnia aliquibus Doctorum testimoniis roboremus. Facultas Parisiensis anno 1535. die prima Julii damnavit ut hæreticam hanc propositionem: *Deus vocat quidem incredulos, ea tamen vocatio non sufficit ad eorum conversionem.* Theodorus Smising de Deo tract. 3. disp. 6. nu. 135. hanc assertionem constituit: Dico quatenùs ad æternam salutem consequendam necessarium est vitare mortalia peccata, Deus providit, ut omnibus adultis semper adesset auxilium sufficiens ad salutem, id est, ad novũ mortale peccatum evitandum &c. Sed infra ostendã esse hanc, & quasdam sequentes conclusiones de fide. Petrus David de Providentia n. 33. Nemini in hac vita, quantumvis

„ tumvis indurato, & à Deo averſo denegantur
„ auxilia ſufficientia ad ſalutem comparandam ne-
„ ceſſaria, ſed Deus per providentiam ſuam illu-
„ minat etiam ſupernaturaliter omnem hominem
„ venientem in hunc mundum, aliàs ſi Deus homi-
„ ni in hac vita ſufficiens denegaret auxilium, il-
„ lum in termino etiam in hac vita conſtitueret.
„ Præterea libertas hominis comparatione propriæ
„ ſalutis per rectum illum uſum acquirendæ per
„ ſubtractionem divinorum auxiliorum omninò
„ periret, cum amplius non eſſet in ejus poteſtate
„ benè vivere, & ſalvari: Gabriel Pennotus Canonicus Regularis Ordinis S. Auguſtini in Propugnaculo humanæ libertatis lib. 7. cap. 19: Nullus
„ eſt quantumcumque nequiſſimus, & perditiſſi-
„ mus Peccator, quem Deus, quamdiu in curſu hu-
„ jus vitæ conſtitutus, auxiliis ad reſurgendum op-
„ portunis, & ad ſalutem aſſequendam neceſſariis
„ penitùs deſtituat. Atque ita arbitror ſecundum
„ fidem catholicam ſentiendum eſſe. Demum Philippus à SS. Trinitate Carmelitarum diſcalceatorum Præpoſitus Generalis diſput. 14. de voluntate Dei Dub. 3. ponit hanc theſim. Omnibus etiam
„ ſceleſtiſſimis Deus tribuit auxilia ſupernatura-
„ lia intrinſeca, quibus poſſint implere præcepta
„ divina, & naturalia, quæ ſuppoſito peccato im-
„ pleri non poſſunt ſolis viribus naturæ, quandò,
„ & ubi obligat obſervantia ipſorum. Undè abſo-
„ lutè omnibus providetur ex parte Dei, ad hoc
„ ut poſſint ſalvari, ſi velint, quamvis multi ſint,
„ qui ponant obicem divinæ gratiæ, & pereant. Ita
„ communiter docent diſcipuli D. Thomæ.

DE-

De Prædestinatione, & Reprobatione.

PROPOSITIO XXXIII.

In illa prædestinationis causa, quæ omnium maxima est, & ex qua reliqua omnia pendent, nullum omninò deseruit (Deus) nullumque ab efficaci proposito exclusit; pag. 22. lin. 31.

NOTA.

Ut alia omittam, meridiana luce clarius est, Deum parvulos in uteris matrum mortuos, aut statim atquè nati sunt, priusquam ad Baptismi gratiam pervenire possint, extinctos, quantum spectat ad causam prædestinationis deseruisse, & ab efficaci eos salvandi proposito exclusisse, quo exemplo Pelagianos, & Semipelagianos, in hac quæstione semper Augustinus confutavit.

DISPUNCTIO.

Cardinalem Authorem ibi loqui tantùm de adultis exploratissimum est ex integro contextu, & ex his verbis paulò post subnexis: Et tamen id „omninò est, quod facit Deus, si arbitrio suo, nul„làque prævisâ culpa tam multos *adultorum* salvare „noluit, Unde necessariò secutum, ut perirent, „jam enim supra monui, idem in adultis esse non „salvari quod perire, cum medium non detur in „præsenti serie Providentiæ supernaturalis, &c.

Pro-

Proindè in pag. immediatè ſequenti 14. expreſſe excipit infantes modo in aliis noſtris diſpunctionibus fusè, latèque oſtéſo. Quomodò autem exemplo parvulorum Pelagianos, & Semipelagianos ſemper S. Auguſtinus in hac quæſtione confutarit, præclarè demonſtrat idem Cardinalis Author multis in locis, & maximè pag. 164. & 165.

PROPOSITIO XXXIV.

1. Deus in illo prædeſtinationis negotio, quantum in ſe eſt, inter Cain, & Abel, inter Paulum & Judam non diſtinxit, ſed omnibus æqualiter ſalutem voluit; pag. 13. lin. 18.
2. Vult ergò Deus & Petrum, & Judam, & reprobos, & electos, omneſque homines ſalvos eſſe: vult omnibus media dare, non ſolùm quæ ſufficiant, ſed etiam quæ abundent; pag. 67. lin. 35.
3. Si prædeſtinati, & reprobi, ideò conditi ſunt, à Deo, ideò redempti ſunt, ut æterna vita potiantur, ſequitur, Deum voluiſſe efficaciter, quantum ex ſe eſt, utroſque ſalvari; pag. 109. lin. 25.
4. Deus, quantum ex ſe eſt, voluntate antecedenti per certa, & deſtinata media voluit, & paravit omnibus vitam æternam; pag. 111. lin. 9.
5. Deus reprobos æquè, ac prædeſtinatos ſalvare vult; ibidem lin. 15.

NO-

NOTA.

SI hac ita se habeant, quemadmodum in his propositionibus Author asserit, igitur quod unus præ alio salvetur, v. g. Petrus potius quam Iudas, id non ad electionem, aut propositum Dei, sed ad liberum arbitrium hominis media illa per se indifferentia assumentis, & ad praxin reducentis referendum est.

DISPUNCTIO.

EAdem ferè semper oberrat lyrâ semper Censor. Nulla ex quinque propositionibus hìc delatis est integra, & fideliter excerpta. In loco enim primæ propositionis Emin. Author ex his verbis Apostoli, quia Deus est Dominus omnium, & quia omnes ad imaginem suam condidit, infert, nullam, quantũ est ex parte Dei, esse distinctionem Judæi, & Græci, Barbari, Scythæ; tum subdit: Ex „ eadem ratione, & priusquam culpa aliqua inter „ reprobos, & electos distinguat, nullam quoque a„ pud Deum inter reprobos, & electos, inter Pau„ lum, & Judam distinctionem fuisse, sicque omni„ bus æqualiter salutem optasse. Si enim ideò non „ distinguit Deus inter Judæum, & Græcum, inter „ Barbarum, & Scytham, quia non minus Græci, „ quàm Judæi, nec minus Barbari, quàm Scythæ „ Dominus est. Ergò nec in illo prædestinationis ne„ gotio, quantum in se est, inter Cain, & Abel, „ inter Paulum, & Judam distinxit Deus, sed „ omnibus æqualiter salutem voluit, quia non minus

„minus Caini, quam Abelis, nec minus Judæ, „quàm Abelis, nec minus Judæ, quàm Pauli Do- „minus, & Creator est; nec minus unus, quàm „alter ad ejus imaginem conditus, imò, & re- „demptus. Quantum ergò ex parte Dei est, non est „Barbarus, non est Scytha, non est reprobus, non „est damnatus, sed omnes filii, omnes dilecti, omnes „chari, solâ culpâ inter malos bonosque, inter ele- „lectos rejectosque distinguente.

In secunda propositione ex pag. 67. hæc annectenda sunt imediatè illi adhærentia: Cur verò non „det alia, quibus prævidet, salvatum iri? quia id „tam non convenit veritati, ordinique, ac legibus „gratiæ à se præscriptis, quàm non convenit uni- „verso æstatem esse, nisi sole Cancrum obtinente.„. „sicut ergò non ideò oportuit mutare leges natu- „ræ, quia tu illi subjici recusas, ita non oportuit „mutare ordinem gratiæ. Totam hanc doctrinam „ipse Augustinus paucis quidem, sed clarissimis „verbis insinuat lib. 1. de nat. & grat. c. 17. Hoc uti- „que agit Deus, ut sanet omnia, sed agit judicio suo, „nec ordinem accipit ab ægroto. Ecce concedit „Augustinus, velle Deum omnes salvos esse, sed „non eodem ordine, iisdemque remediis, nec ex „voto, arbitrioque hominis, sed suo.

Ad tertiam propositionem ex pag. 109. hæc subjungenda sunt proximè sequentia: Absolutè ta- „men dicendum est, majorem Deum prædestina- „torum, quàm reproborùm curam gerere, eos- „que longè teneriùs, ardentiusque amare, tum „quia prædestinatis si non semper, aut plures, aut „majores, eas tamen gratias confert, quibus præ-

vidët

„ videt assensuros, quæque omnibus spectatis ad „ consequendum ultimum finem aptiores dici pos- „ sunt, tum quia prædestinatos prævidet spe, a- „ more, observantia mandatorum, & finali per- „ severantia mandatorum, & finali perseverantia „ sibi inseparabiles, æternumque conjunctos fore.

Quarta propositio ità jacet ut citata, pag 111. Ista „ sacræ scripturæ testimonia, quibus non omnes, „ sed aliqui tantùm, hoc est, prædestinati dicuntur „ Filio à Patre dati Joan. 6. & 16. & non posse rapi „ de manu filij Joan. 10. omnia fieri propter ele- „ ctos 2. ad Timoth. 2. 10. certissima quoque es- „ se, citraque dubium, nec pugnare cum volunta- „ te omnes salvandi, quamquam enim Deus, quan- „ tum ex se est, & voluntate antecedente per cer- „ ta, & destinata media voluerit, & paraverit om- „ nibus vitam æternam; quia tamen prævidit, non „ omnes sed aliquos tantum iis bene usuros, ideò „ istis tantùm re ipsa vitam æternam dare propo- „ suit, de istis ergò intelligenda sunt omnia, quæ „ citatis locis habentur.

Quinta propositio ex eadem pagina lin. 15. de- sumpta continet verba, quæ ipsemet Author tan- quam sibi ab adversario objecta adducit, nimirum: „ At; inquies, si Deus reprobos æquè ac præde- „ stinatos salvari vult, sequitur, quantum ex „ parte Dei est, non fuisse prædestinatos majori, „ magisque speciali beneficio affectos. Hîc quæ- so, humanissimus, & cordatus Lector reflectat, quo audaciæ devenerit Censor, ut obtrudere non erubuerit pro sententia, & dictis Authoris verba contra ejusdem scriptoris thesim objecta,

quæ pluribus in locis etiam à nobis modò allegatis, & in ipſamet pag. 111. extantibus immediatè antea ad eadem accuſata adeò dilucidè, & perſpicuè fuerunt à Sfondrato everſa, ut ipſemet ſupervacaneum exiſtimarit, eis directè illic reſpondere, ne toties actum ageret.

Si iſtæ omnes propoſitiones cum omnibus verbis im̃ediatè antecedentibus, & conſequentibus attendantur, ut hic à nobis fideliter poſitæ ſunt, quemadmodùm certè conſiderari debent, ſtatim corruunt omnes argutiæ Cenſoris, ut conſideranti patet. Authorem namque ibi loqui dumtaxat de voluntate Dei antecedente compertiſſimum eſt ex ejuſdem verbis hîc deſcriptis, & rurſus elucet ex aliis, quæ habet pagina proximè præcedenti 110.
„ Veriſſimè dicitur, ait, non omnes voluntate
„ conſequente prædeſtinatos, electoſque ad vitam
„ æternam eſſe, ſed eos tantùm, qui mediis à Deo
„ præſcriptis uſuri erant. Sic ad Epheſ. 1. Omnes
„ Epheſios (intor quos multi utique reprobi)
„ prædeſtinatos, & electos vocat *voluntate utiquè*
„ *antecedente*, quantumque erat ex parte, & in-
„ tentione Dei, naturaque ipſius fidei, & gratiæ,
„ quæ quoddam ſemen eſt æternæ gloriæ &c.

N O T A.

HÆc doctrina eſt contra Apoſtolum dicentem: quis te diſcernit, quid habes, quod non accepiſti? *1. ad Corinth. v. 7.*

DIS-

DISPUNCTIO.

IN dispunctione notæ contra 24. propositionem produximus duplicem luculentissimam explicationem illius Paulini effati à Cardinali Sfondrato traditam pag. 113. & 114. qua nihil catholicæ fidei accommodatius, nihil in gratiæ commendationem magnificentius excogitari poterat, ut videre est in dispunctione insinuatâ.

NOTA.

ITem præfata sententia est adversùs hæc ejusdem Apostoli verba: non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, *ad Rom. 9. v. 16.* *nec non contra hæc verba Christi ad suos discipulos*: non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut fructum afferatis, & fructus vester maneat.

DISPUNCTIO.

NEque illum Apostoli textum in materia prædestinationis palmarem Sfondratus inexplicatum reliquit: Observes semper, inquit Cardinalis pag. 41. etiam ipsum velle, ipsumque accipere, & hominis esse, & Dei, sed Dei magis, quàm hominis, sicut sanari & laborantis est, & medentis, sed medentiis magis, quàm laborantis. Imò secùs ac in ægroto illud ipsum, quod diximus hominis esse, illud inquam, velle, & accipere, totum quoque à Deo, & à gratia est, quæ

quæ pluribus in locis etiam à nobis modò allegatis, & in ipsamet pag. 111. extantibus immediatè antea ad eadem accusata adeò dilucidè, & perspicuè fuerunt à Sfondrato eversa, ut ipsemet supervacaneum existimarit, eis directè illic respondere, ne toties actum ageret.

Si istæ omnes propositiones cum omnibus verbis im̃ediatè antecedentibus, & consequentibus attendantur, ut hic à nobis fideliter positæ sunt, quemadmodùm certè considerari debent, statim corruunt omnes argutiæ Censoris, ut consideranti patet. Authorem namque ibi loqui dumtaxat de voluntate Dei antecedente compertissimum est ex ejusdem verbis hîc descriptis, & rursus elucet ex aliis, quæ habet pagina proximè præcedenti 110.
„ Verissimè dicitur, ait, non omnes voluntate
„ consequente prædestinatos, electosque ad vitam
„ æternam esse, sed eos tantùm, qui mediis à Deo
„ præscriptis usuri erant. Sic ad Ephes. 1. Omnes
„ Ephesios (intor quos multi utique reprobi)
„ prædestinatos, & electos vocat *voluntate utiquè*
„ *antecedente*, quantumque erat ex parte, & in-
„ tentione Dei, naturaque ipsius fidei, & gratiæ,
„ quæ quoddam semen est æternæ gloriæ &c.

N O T A.

H*Æc doctrina est contra Apostolum dicentem*: quis te discernit, quid habes, quod non accepisti? *I. ad Corinth. v. 7.*

DIS-

DISPUNCTIO.

IN disputatione notæ contra 24. propositionem produximus duplicem luculentissimam explicationem illius Paulini effati à Cardinali Sfondrato traditam pag. 113. & 114. qua nihil catholicæ fidei accommodatius, nihil in gratiæ commendationem magnificentius excogitari poterat, ut videre est in dispunctione insinuatâ.

NOTA.

ITem præfata sententia est adversùs hæc ejusdem Apostoli verba: non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, *ad Rom. 9. v. 16. nec non contra hæc verba Christi ad suos discipulos*: non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut fructum afferatis, & fructus vester maneat.

DISPUNCTIO.

NEque illum Apostoli textum in materia prædestinationis palmarem Sfondratus inexplicatum reliquit: Observes semper, inquit Cardinalis pag. 41. etiam ipsum velle, ipsumque accipere, & hominis esse, & Dei, sed Dei magis, quàm hominis, sicut sanari & laborantis est, & medentis, sed medentiis magis, quàm laborantis. Imò secùs ac in ægroto illud ipsum, quod diximus hominis esse, illud inquam, velle, & accipere, totum quoque à Deo, & à gratia est, quæ

„ si non esset, homo nec vellet, nec acciperet, sed „ repugnaret. Unde optimè Apostolus dixit: Non „ est volentis, neque currentis, sed miserentis „ Dei; vult homo, & currit, sed hoc ipsum vel- „ le, & currere hominis est, & Dei; hominis „ quidem, quia homo est, qui currit, non Deus; „ homo est, qui consentit, non Deus, sed hoc „ ipsum & currere, & consentire magis est Dei, „ quia non curreret, nec consentiret homo, nisi „ Deo per gratiam miserente. Videas rursùs Sfondratum pag. 75. & seq. eadem verba Apostoli latè exponentem.

Confirmare hæc libet duplici testimonio, altero Cornelii Mussi Episcopi Bitontini in cap 9. epist. ad Rom. super hæc verba Apostoli: *Si quis emundaverit se*; altero Henrici Gandavensis cognomento Doctoris solemnis quodlib. 8. quæst. 2. „ O inimici liberi arbitrii, ubi estis? inquit Mus- „ sus; supra dixit Paulus: Nihil facit homo. Hic „ dicit: Totum facit homo Glossatè. Respondete. „ Si nihil operatur homo, cur dicit: *Si quis emun-* „ *daverit se?* si totum agit homo, cur dicit 1. ad „ Cor. 12. *Non est volentis, neque currentis, sed mi-* „ *serentis est Dei? Deus operatur omnia in omnibus.* Si „ totum agit homo, non est locus gratiæ. Si ni- „ hil agit, non est locus meritis. Si totum agit ho- „ mo, cur oramus? Si nihil agit homo, cur præ- „ miamur? Si totum agit homo, Dei favor su- „ perfluit, si nihil agit homo, perit libertas. Non „ secum pugnat Paulus, mihi credite, nec Spi- „ tus sanctus, cujus afflatu hæ proditæ sunt epi- „ stolæ. Utramque igitur partem amplectamur,

& in

„ & inviolabilem ſcripturæ ſacræ majeſtatem agnoſcamus, nodumque genuina interpretatione explicemus. Neque totum agit homo, neque nihil agit homo. Aliquid agit homo, aliquid non agit homo. Primas partes non agit homo, ſecundas agit homo, conſumat Deus, & homo . . . . ſimul itaque coaleſcunt, & ſimul opera bona perficiunt juxta illud, Gratia Dei mecum &c.

Henricus de Gandavo loc. cit. habet: Eſt tamen hîc intelligendum, quod in volente, & currente eſt tria conſiderare, & ipſum actum curſus & volentis, & ipſam gratiam, qua liberum arbitrium fit validum ad efficaciter volendum, & currendum, & ipſam potentiam liberi arbitrii. Et benè verum eſt, quod actus, ſivè operatio ab utroque eſt, ſcilicet à gratia, & à libero arbitrio ſimul, ità quod à neutro eſſet per ſe, & quod plus eſt à gratia quam à libero arbitrio, quia plus virium agendi dat gratia libero arbitrio quam habeat ex ſe, & ſuis naturalibus. Aliquid tamen agit in opere ex ſuis naturalibus, licet non niſi cum gratia, ut licèt ex ſe, & naturalibus ſuis non operetur, ex eis tamen cooperetur, & ſic tam ratione gratiæ omninò, quam ratione operis principaliter benè verum eſt, quod non non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei; ratione tamen liberi arbitrii in cooperando aliquo modo eſt volentis, & currentis, ut ſaltem hoc, ut eſt exiſtens in præſentia Dei ſit ratio electionis æternæ reſpectu electi &c. Nec incidit poſitio hæc in opinionem Pelagiano-

 rum

„ rum, quia non ponitur hoc opus liberi arbitrii , „ quin etiam ponatur gratiæ, qualiter non ponebant Pelagiani. Hæc Henricus.

Propterea meritò Bail lib. de benef. Crucis part. 3. art. 10. conqueſtus erat de Apologiſtis Janſenii: „ nam inquit, inter vitia iſtorum contradictorum „ unum eſt illis valdè proprium, quod inſtar tyro„ num Dialecticæ malè reſumant, & repetant pro„ poſitiones argumentorum, quæ illis objicun„ tur: Etſi enim omnes conveniamus, nihil eſſe „ attribuendum ex actibus *ut oportet* nuncupatis li„ bero arbitrio ſolitariè, & nudè ſpectato, ſed tan„ tùm ut gratia præveniente, aut aliquandò etiam „ juſtificante adjuto, excitato, corroborato. Et„ ſi, inquam, id centies dicamus, & ſcribamus, „ nec ſemel tamen id repetunt, ſed ſemper omit„ tunt. Candidiùs ſanè agebat Calvinus, & ve„ riùs repetebat argumenta Catholicorum lib. 3. „ inſtitution. cap. 15. *At principalem quidem cau„ ſam*, ait, *in gratia eſſe non negant, ſed eo tamen non „ excludi liberum arbitrium*: Proinde idem Bail doctrinam ab Eminentiſſimo Sfondrato hic ſuggeſtam ait eſſe: antiquam doctrinam antiquorum „ Doctorum Pariſienſium, quibus propterea id „ exprobrat Calvinus, à quo vituperari, lau„ dari eſt.

NO-

NOTA.

DEindè si omnibus dantur media, non solum quæ sufficiunt, sed etiam quæ abundent, quid est, cur Psalmista exclamat: non fecit taliter omni nationi, & notus in Judæa Deus? Præterea si vera esset hæc doctrina, orandi studium extingueretur, cum frustrà id petas à Deo, quo jam abundas. Denique vix locus relinqueretur gratiarum actioni, quam esse continuam in christianis præcipit Apostolus, & quæ in singulari, & unico Ecclesiæ sacrificio frequentatur, cum sacerdos ait, gratias agamus Domino Deo nostro, populus autem respondet, dignum est. Si enim Redemptionis Christi fructus promiscuè, & sine delectu omnibus, & singulis hominibus communicatur, non est, cur tantoperè in Domino gloriemur, nos ad fidem vocatos esse, ac singulari nos beneficio, & gratia Dei præventos agnoscamus, quod in sinu Ecclesiæ, & ex parentibus catholicis, non autem inter barbaras nationes, aut ex parentibus hæreticis nasci nos Deus voluerit.

DISPUNCTIO.

AUdiatur, quæso, Enim. Author directè respondens Censori in hæc verba pag. 146. Quis e-
„ nim gratias, & adminicula numeret, quibus Ec-
„ clesia abundat, Christianis partim sanctificandis,
„ partim expiandis, partim in accepta gratia con-
„ servandis, sicque ad æternam vitam promoven-
„ dis? Quot sacramenta, quot libri, quot tem-
„ pla, quot exempla, quot sacrificia, quot concio-

„ nes; quot Catecheſes, quot Sacerdotes, quot
„ Miſſionarii, quot indulgentiæ, quot Collegia
„ utriuſque ſexus vel tuendæ, vel recuperandæ in-
„ nocentiæ, quot Religioſorum cohortes juvandis
„ peccatoribus promptæ? Denique mille modi,
„ mille artes repertæ, quibus & ſanis, & infirmis, &
„ morientibus ſubveniretur tanta copia, tanta va-
„ rietate, tantaque illecebra, & condimento pie-
„ tatis, ut ferè mirum ſit, inter tot præſidia, &
„ blandimenta virtutum perire aliquem poſſe.
„ Heu quot ſunt ad ſalutem viæ, exclamat Chryſo-
„ ſtomus & Auguſtinus &c. & pag. 263. Nihil iſto-
„ rum, inquit, quæ tot millibus aliis contigere,
„ contigit tibi. Tu natus inter Chriſtianos, & fi-
„ deles, cum tot alii inter Barbaros, & infideles
„ . . . . . Taceo tot Sacramenta, tot remedia
„ animæ tuæ procurata, tot voces è cathedra, tot
„ voces è libris, tot voces è cælo miſſas, inſpira-
„ taſque tibi admonendo, eximendoque à pericu-
„ lis. Nonne igitur exhinc jure meritò exclamare
„ poterit Sfondratus cum Regio Vate: *Non fecit ta-*
„ *liter omni nationi, & notus in Iudæa Deus?*

Quomodò autem cum doctrina Emin. Authoris conſiſtat locus gratiarum actioni, quam eſſe continuam in Chriſtianis ex Apoſtolo ſupra indicavit Cenſor, ita præclarè explanat S. Baſilius Magnus in Conſtitutionibus Monaſticis cap. 2. apud Didacum Ruiz diſp. 19. de Voluntate Dei ſect. 6. n. 22. Sivè maturiùs aliquid, inquit S. pater,
„ ſivè ſeriùs conſequimur à Deo, hoc tenere con-
„ ſtanter debemus, ut ipſi gratias agamus quando
„ Dominus quæcunq; facit, ea omnia ſaluti noſtræ

con-

„ consulens facit, tantùmne pusillanimitatis vitio „ à petitione constanti desistamus. Non de his so- „ lum (ait) quæ novimus gratias illi referamus, „ nec enim volentes solum, *verùm invitos quoque* „ *& nolentes beneficiis consuevit afficere.* Quod Pau- „ lus optime noverat, qui semper, & in omnibus „ gratias agere monebat. Quod autem non com- „ muniter (inquit) solùm omnium curam gerit, „ sed seorsùm singulorum, ipsum audias licet di- „ centem. Non est voluntas coram patre meo, qui „ in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis, qui in „ illum credunt: Cupit ipse quidem, & eos qui „ non credunt salvos fieri, mutarique in melius, & „ credere sicut Paulus ait: Qui vult omnes homines „ salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. & „ ipse ad Judæos: Non veni vocare justos, sed pec- „ catores ad pœnitentiam. Et misericordiam volo, „ non sacrificium. At vero si post tantæ curæ, ac „ providentiæ fruitionem voluerint meliores fi- „ eri, veritatemque recognoscere, nec sic quidem „ illos deserit. Sed quoniam æternæ vitæ partici- „ patione ipsi se sua sponte privaverunt &c. Per- spiciat ex hinc Censor, tantum abesse, quod ex doctrina Cardinalis Sfondrati tollatur locus gra- tiarum actioni, ut potius ex sententia ejusdem ju- xta Magnum Basilium servandum unicuique ho- mini sit monitum Apostoli de gratiis semper, & in omnibus Deo agendis, & quò majora, & frequenti- ora sunt gratiæ dona à Deo omnibus hominibus collata, eò intensiores, & copiosiores, atque cre- briores esse debeant gratiarum actiones.

NOTA.

His propositionibus non tam solvitur nodus prædestinationis, quam scinditur. Tota quippè quæstionis difficultas humana potius ratione, quam divina authoritate ita explicatur, ut vix intelligas, quid sit, cur Apostolus dixerit: O homo tu quis es, qui respondeas Deo? *ac deinde exclamarit,* ò altitudo! *ejusmodi explicationes in hac materia jam pridem rejecit Petrus Diaconus lib. de Incarnat. & grat. Christi cap. 7. ubi irridens eos, qui tunc tēporis docebant, prædestinationē fieri ex provisione liberi arbitrii volentis salvari, & reprobationem ex prævisione liberi arbitrii nolentis salvari, utrumque refellit his verbis:* „ *Hæc si ità sunt, ut jactitant, comprehensa sunt ab ipsis inscrutabilia, & incomprehensibilia judicia Dei: Si enim, sicut ipsi volunt, nolentes damnat, salvat autem volentes, nihil est omninò, quod ulteriùs quæratur . . . . . nos autem incomprehensibilia credentes judicia Dei, ex una massa perditionis, alios salvari dicimus bonitate, & gratiâ Dei, alios justo, & occulto Dei judicio derelinqui.*

DISPUNCTIO.

INterminatas evomit captiones, & decipula fraudum Notator in Religiosissimum, & doctissimum Cardinalem Sfondratum contorquens adversùs eum tela à Petro diacono vibrata adversùs illos, qui tunc tēporis docebant prædestinationem fieri prævisione liberi arbitrii volentis salvari. Vide (ità Censorem perstringere videtur Author pag. 166.)

„166.) Quid dixerit Pelagius & consequenter
„quid refutarit Augustinus. Pelagius dixerat,
„ideò hominem salvari, aut non salvari, quia in
„ejus potestate liberoque arbitrio est velle, aut
„nolle, orare, vel non orare, pulsare, vel non
„pulsare &c. Et ideo iis gratiam dari, qui volen-
„do meruere, non dari, qui nolendo demeruerunt,
„quæ planè falsissima sunt, & meritò ab Augustino
„omnibusque Catholicis damnata: nemini enim
„prius merenti gratia datur, cum ipsa sit princi-
„pium meriti, & quampluribus non merentibus
„data fuit, ut in Paulo, Magdalena, Gentilibus,
„aliisque patuit. Ergò ut semel omnia dicamus,
„sciendum est in hac prædestinationis, & gratiæ
„causa neminem cum Augustini sententia pugna-
„nare, nisi eum solum, qui ità defendit gratiam,
„ut neget liberum arbitrium, ità defendit arbi-
„trium, ut neget gratiam, reliqua quæcunque,
„salvâ libertate, & gratia, Deique in omnes
„misericordiâ dicuntur, Augustino paria sunt.
„Ita Augustinus ipse profitetur tractatu 53. in
„capite 12. Joan. ubi: si quis autem istam quæ-
„stionem liquidiùs, & meliùs novit se posse &
„confidit exponere, absit, ut non sim paratior
„discere, quàm docere, tantùm ne audeat quis-
„quam liberum arbitrium sic defendere, ut nobis
„orationem conetur auferre, rursùs ne quisquam
„neget voluntatis arbitrium, ut audeat excusare
„peccatum, sed audiamus Dominum præcipi-
„entem, quid facere debeamus, & adjuvantem,
„ut implere possimus. Mirum ergo fuerit (con-
„cludit Scriptor) aliquos inveniri, qui plura
opinio-

„ opinionibus ſuis tribui velint, quam Auguſtinus „ voluerit ſibi.

Cæterùm ſilentio nequaquam obvolvi debet, quod Ludovicus Bail de benef. Cruc. 3. part. art. 13. adducit argumentum hoc ultimo loco à Cenſore propoſitum, quod ipſe dicit contextum fuiſſe à Janſenii Apologiſtis, ex eo quod hujuſmodi myſterium ſit occultum, incomprehenſibile omninò inſcrutabile, & admirabile; huic autem argumento ipſemet pluribus modis fusè ſatisfacit per totum illum prolixum articulum, qui ſanè dignus eſt, ut integrè perlegatur; ſicut etiam videndus eſt numerus tertius in articulo 13. ubi affert hanc objectionem ab Apologiſta Janſenii allatam, & à Cenſore paulò ſupra attactam, nempè: Infideles, in„ quit, gratiam ſufficientem non habent, quia Ec„ ſia orat pro iis, ut habeant ex lib. 1. de vocatio„ ne Gentium cap. 12. *Non autem Eccleſia oraret, ut haberent, quod jam habent.* Hoc autem ſic diluit „ Bail: Eccleſia orat, ut infideles non ſolùm gra„ tiam ſufficientem habeant, ſed etiam abundan„ tius habeant, & ut effectum ſuum ſortiatur: ſic „ Chriſtus dicit de ſe ipſo, ſe veniſſe, ut vitam ha„ beant, & abundantius habeant.

Quod autem juxta ſententiam Eminen. Authoris locus detur illi exclamationi Paulinæ, patet ex „ pag. 58. In hac Dei voluntate, ait, aliud eſt fa„ cillimum, aliud difficillimum captu. Quis enim „ non facilè capiat, Deum nolle iis ſalutem, qui „ ſalvari nolint? At ex adverſo quis unquam rati„ ones; & cauſas compertas habuit, cur uni, non „ alteri media, & gratias providerit, quibus

effice-

„efficeretur, ut vellet? Planè hæc est altitudo, „quam Paulus expavit, & quam mirari potiùs conveniat, quam metiri. Et anteà pag. 45. dixerat: „Constat Deum justum esse, constat, evangelicam legem observandam, constat, orandum esse, constat esse liberum arbitrium; sed non satis „constat, quomodò ista cum prædestinatione, „Deique voluntate conveniant, nunc ideò negabis quod constat, quia non assequeris, nec „intelligis quod non constat . . . pugnare tibi „cum libertate humana prædestinationis certitudo videtur, nec modum capis; at sufficit christiano, ità Deum revelasse, nec falsa, quia tibi occulta. Videatur specialiter Sfondratus in eadem Apostoli verba: *O altitudo sapientiæ, & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus &c.* in pag. 245.

PROPOSITIO XXXV.

In arbitrio operantium est, ut eligantur, Deo quidem gratiam ad opus conferente, sed homine oblatam acceptante pag. 41. lin. 7.

Falsissima est hominum persuasio non esse amplius in eorum potestate, ut inter electos numerentur; sicut enim cum gratia Dei, quæ nemini volenti deest, in eorum potestate est, ut benè vivant, & in bono perseverent, ità in eorum potestate est, ut ad electos pertineant. pag. 47. lin. 2.

NO-

N O T A.

SI in arbitrio operantium est, ut eligantur, si in eorum potestate est, ut ad electos pertineant, ergò electorum numerus non est ab æterno prædefinitus, sed augeri, vel minui potest, quod est apertè contra Augustinum; ex cujus tamen doctrina Author, se nodum prædestinationis velle dissolvere in ipso titulo libri ostendit; eorum, *inquit S. Doctor*, qui prædestinati sunt in regnum Dei, ità certus est numerus, ut nec addatur eis quisquam, nec minuatur ex eis *lib. de corrept. & grat. cap.* 13. nec est aliquis supra numerum, sed certus est numerus, *tract. 122. in Evangel. Ioan.*

D I S P U N C T I O.

REverâ protulit Eminentissimus Author pagina 111. *certissimum esse, & citra dubium* convenire solis prædestinatis hæc verba Joan. 10. *eos non posse rapi de manu Filii*, atque adeo numerum electorum nec minui, nec augeri posse. Objectio autem Censoris continet communissimam difficultaten ab omnibus Theologis solvendam de concordia libertatis humanæ cum divina scientia, seu de conciliànda divina præscientia cum libertate actuum præscitorum. Deus certè ab æterno præscivit, & etiã prædefiniit, Petrum esse convertendum, nunquid non est in potestate Petri non converti?

Secunda propositio integra non est, addi enim debent hæc verba nimirum. Cum impossibile sit benè viventem, & in bono perseverantem ex ele-

ctis

„ ctis non esse, & ideò monebat Apostolus, *satagite ut per bona opera certam vocationem vestram faciatis.*
Totum hoc spectat ad evertendum illud proloquium paulò post subjunctum : Si prædestinatus sum,
„ quidquid egero, pænitebo tandem, & salutem
„ adipiscar; falsum dicunt; si bene non egeris, non
„ Deum perseveranter oraveris, non christiane vi-
„ xeris, tandem non pænitebis, nec prædestinatus
„ eris. Sicut ex adverso, si benè vixeris, si constan-
„ ter oraveris, tandem perseverabis, erisq; de præ-
„ destinatis. Verbo : *Perditio tua ex te Israel, ex me tantùm auxilium tuum.* Et post adductam sententiam Augustini de natura, & gratia cap. 67. ità cocludit:
„ Ubi iterum vides, totam causam perditionis, non
„ ipsi Deo quasi mederi, ac sanare nolit, sed soli ho-
„ mini adscribi, quòd sanare, & mederi volentem
„ nolit admittere.

Piget à notis & cavillis purgare in hoc libro parænetico, & ad salutem & pœnitentiam hortatorio hujusmodi doctrinam, qua nihil frequentius inculcant in libris asseticis pii Scriptores, in privatis consiliis animarum directores, & in suggestu Concionatores, qui communiter deprædicare non cessant tritum illud, & vulgare effatum: *Si non es prædestinatus, fac, ut prædestineris*, quod, ut observat Claudius Frassen tom. 1. Theolog. sest. tract. 2. disput. 3. art. 2. sect. 1. quæst. 5. videtur desumptum ex S. August. tract. 26. in Joan. Quare illum trahat,
„ & illum non trahat noli velle judicare, si non vis
„ errare, semel accipe, & intellige, nondum trahe-
„ ris, ora ut traharis. Unde idem Doctor Parisiensis subjungit: Quamquam enim electio,
„ & prædestinatio ad gloriam sit æterna ex

parte

„parte Dei, tamen non eſt completa ab æterno; „ſed ut compleatur, requirit conditionem ex „parte noſtri, quam implere vel non implere „eſt in noſtra poteſtate, & proindè etiam eſt „in poteſtate noſtra efficere, ut prædeſtinatio no- „ſtra compleatur. Quem loquendi modum ap- „probat ipſemet Auguſtinus lib. de articulis ſibi „falsò impoſitis 22. (Videas hunc librum S. Proſ- peri citatum à moderno Theologo Pariſienſi ſub nomine *S.* Auguſtini, quod inſcitiæ vertit Sfondrato Cenſor in nota ad 24. propoſitionem.) „Quia præſcinti, inquit, ſunt caſuri, non ſunt præ- „deſtinati; Eſſent autem prædeſtinati, ſi eſſent re- „verſuri, & in ſanctitate, ac veritate manſuri. „Quibus defectum prædeſtinationis videtur refun- „dere in defectum cooperationis, eo, ſcilicèt, mo- „do mox expreſſo. In hanc rem refert etiam Car- dinalis Sfondratus, hanc Sententiam S. Ambroſii in cap. 1. Lucæ pag. 36. *Novit Dominus mutare ſenten- tiam, ſi tu noveris mutare delictum*, & pag. 32. iſtam „aliam S. Auguſtini in pſal. 101. Sanabit te Chri- „ſtus, ſed opus eſt, ut ſanari velis. Sanat om- „nò ille quidem, ſed non ſanat invitum. Quid „enim in te beatius, quam ut tanquam in manu „tua vitam, ſic in voluntate tua habeas ſanita- „tem.

Poſtea etiam in ſententia admittete prædeſtina- tionem ad gloriam ante prævifa merita dici in ali- quo vero ſenſu, prædeſtinationem eſſe in poteſta- te Prædeſtinati ſuppoſitâ divinâ gratiâ, quia quiſque ſitum habet in ſua poteſtate (ut docet Ruiz cum pluribus Theologis ejuſdem ſententiæ

dilp.

disp. 55. de prædestinat. sect. 2. n. 12.) Implere
„ divina præcepta, se disponere ad justificationem,
„ & in gratiâ perseverare, vel hæc omnia præter-
„ mittendo peccare. Nemo enim fuerit prædestina-
„ tus, nisi Deo vocanti consenserit, & nisi posue-
„ rit effectus prædestinationis; Ex Tridentino au-
„ tem sess. 6. cap. 5. & can. 4. est in potestate ho-
„ minis consentire, vel dissentire Deo vocanti,
„ atque in ejus potestate sunt, suppositâ divinâ
„ gratia, plurimi prædestinationis effectus, &
„ præcipuè ipsa perseverantia in gratia, qua posi-
„ tâ ponitur prædestinatio adultorum, & per con-
„ sequens in potestate hominis est, ut sit præ-
„ destinatus, cum quæcunque causa habens
„ in sua potestate rem unam, eo ipso habeat
„ at in sua potestate rem alteram necessariò co-
„ hærentem cum illa. Unde scriptura, & Patres
„ dicunt, æternam vitam esse in nostra potestate,
„ suppositâ divina gratia juxta illud Ecclesiastici 15.
„ Apposui tibi aquam, & ignem, ad quod volueris
„ porrige manum tuam, ante hominem vita, &
„ mors; bonum & malum, quod placuerit ei, da-
bitur illi. Ad rem Anastasius Nicænus quæst. in
scripturam, quæst. 16. Est in nostra potestate, inquit,
„ & libero arbitrio salus nostra & interitus, ut
„ scriptum est, Deus ab initio fecit hominem re-
„ ctum, & reliquit eum in manu consilii sui; & an-
„ te hominem vita & mors. Favet huic modo lo-
„ quendi S. Augustinus lib. de dono perseverantiæ
cap. 22. Fortassis enim, ait, sic prædestinati sunt, ut
„ nostris orationibus concedantur, & accipiant ean-
„ dem gratiam, qua velint, atq; efficiantur electi.

„ parte Dei, tamen non est completa ab æterno; „ sed ut compleatur, requirit conditionem ex „ parte nostri, quam implere vel non implere „ est in nostra potestate, & proindè etiam est „ in potestate nostra efficere, ut prædestinatio no- „ stra compleatur. Quem loquendi modum ap- „ probat ipsemet Augustinus lib. de articulis sibi „ falsò impositis 22. (Videas hunc librum S. Prosperi citatum à moderno Theologo Parisiensi sub nomine *S.* Augustini, quod inscitiæ vertit Sfondrato Censor in nota ad 24. propositionem.) „ Quia præscinti, inquit, sunt casuri, non sunt præ- „ destinati; Essent autem prædestinati, si essent re- „ versuri, & in sanctitate, ac veritate mansuri. „ Quibus defectum prædestinationis videtur refun- „ dere in defectum cooperationis, eo, scilicèt, mo- „ do mox expresso. In hanc rem refert etiam Cardinalis Sfondratus, hanc Sententiam S. Ambrosii in cap. 1. Lucæ pag. 36. *Novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris mutare delictum*, & pag. 32. istam „ aliam S. Augustini in psal. 101. Sanabit te Chri- „ stus, sed opus est, ut sanari velis. Sanat om- „ nò ille quidem, sed non sanat invitum. Quid „ enim in te beatius, quam ut tanquam in manu „ tua vitam, sic in voluntate tua habeas sanita- „ tem.

Postea etiam in sententia admittete prædestinationem ad gloriam ante prævisa merita dici in aliquo vero sensu, prædestinationem esse in potestate Prædestinati supposità divinâ gratiâ, quia quisque situm habet in sua potestate (ut docet Ruiz cum pluribus Theologis ejusdem sententiæ dasp.

disp. 55. de prædestinat. sect. 2. n. 12.) Implere
„ divina præcepta, se disponere ad justificationem,
„ & in gratiâ perseverare, vel hæc omnia præter-
„ mittendo peccare. Nemo enim fuerit prædestina-
„ tus, nisi Deo vocanti consenserit, & nisi posue-
„ rit effectus prædestinationis; Ex Tridentino au-
„ tem sess. 6. cap. 5. & can. 4. est in potestate ho-
„ minis consentire, vel dissentire Deo vocanti,
„ atque in ejus potestate sunt, supposità divinâ
„ gratia, plurimi prædestinationis effectus, &
„ præcipuè ipsa perseverantia in gratia, qua posi-
„ tâ ponitur prædestinatio adultorum, & per con-
„ sequens in potestate hominis est, ut sit præ-
„ destinatus, cum quæcunque causa habens
„ in sua potestate rem unam, eo ipso habeat
„ at in sua potestate rem alteram necessariò co-
„ hærentem cum illa. Unde scriptura, & Patres
„ dicunt, æternam vitam esse in nostra potestate,
„ supposità divina gratia juxta illud Ecclesiastici 15.
„ Apposui tibi aquam, & ignem, ad quod volueris
„ porrige manum tuam, ante hominem vita, &
„ mors; bonum & malum, quod placuerit ei, da-
bitur illi. Ad rem Anastasius Nicænus quæst. in
scripturam, quæst. 16. Est in nostra potestate, inquit,
„ & libero arbitrio salus nostra & interitus, ut
„ scriptum est, Deus ab initio fecit hominem re-
„ ctum, & reliquit eum in manu consilii sui; & an-
„ te hominem vita & mors. Favet huic modo lo-
„ quendi S. Augustinus lib. de dono perseverantiæ
cap. 22. Fortassis enim, ait, sic prædestinati sunt, ut
„ nostris orationibus concedantur, & accipiant ean-
„ dem gratiam, quà velint, atq; efficiantur electi.

Quamvis autem numerum electorum secundum Deum, & rei veritatem, nec augeri, nec minui possit, cum hoc tamen benè stat, eum posse augeri, & minui secundùm præsentem justitiam, seù secundùm nos, advertendo juxta mentem D. Thomæ 1. part. quæst. 24. art. 3. in corpore, & quæst. 6. de veritate, art. 3. ad 5. & D. Bonaventuræ in compendio Theologicæ veritatis part. 1. cap. 30. ordinationem ad gloriam non quidem secundùm Deum, & rei veritatem, sed secundùm nos, & humanam opinionem, atque secundùm præsentem justitiam esse ordinationem ad gloriam, quatenùs nobis incipit innotescere, seù quatenùs nos ipsam dari opinamur, & quam habet quilibet justus, utpotè qui eo ipso, quod est in gratia, est dignus gloria, habet jus ad gloriam, & ordinatur ad ipsam, non quidem secundum rem simpliciter, & finaliter, quod fit ex divina prædestinatione præparante gratiam finalem in ordine ad gloriam, sed secudùm quid, & secundùm præsentem justitiam, & sic numerus pôtest de facto variari, augeri, & minui, quatenus de facto aliqui à statu gratiæ ad statum culpæ deficiunt, & à statu culpæ ad statum gloriæ resurgunt. Secundùm hanc explicationem facillimè intelliguntur plura loca scripturæ. Sic Deuteronomii 1. dicitur: *Dominus addat ad hunc numerum multa millia*, ubi gloss. ordinaria interpretatur de numero prædestinatorum; illud psalm. 39. *multiplicati sunt super numerum.* ubi Augustinus exponit de numero prædestinatorum, illa oratio Ecclesiæ ad Deum in Canone Missæ, *ut in electorum suorum jubeat nos grege numerari,*

tari: atque illud lib. 6. Hypognosticon circa finem: ,,Pro invicem oremus, & in conspectu Dei nos humiliemus, ipsius erit potestatis judicium in nobis debitum mutare damnationis, & gratiam ,, prædestinationis indebitam prærogare. Succinit Venerabilis Alexander à S. Francisco in schola virtutum cap. 8. Si nescis, ait, an sis de numero electorum, potes petere à Deo, ut in ,, ipsorum numerum adscribaris, & infallibiliter ,, scriptus eris, si petes perseveranter, sicut docet ,, Ecclesia nos petere in Canone &c.

NOTA.

Immò id unum fuit ex iis, quæ in Augustino potissimum reprehendebant Semipelagiani, ut patet ex epistolis Prosperi, & Hilarii quæ illi occasio fuit componendi libros de prædestinatione sanctorum, & dono perseverantiæ, ubi fusè hanc materiam tractat, & Semipelagianorum objectionibus respondet. Isti autem sunt præcipui libri Augustini, quos Hormisda Pontifex consulendos ait, ut cognosci possit, quid de gratia, & libero arbitrio, Romana, hoc est, Catholica sequatur, & asseveret Ecclesia, *atque in iisdem maximè proponuntur ea dogmata, quæ tutissima, & inconcussa declaravit Alexander VII. summus Pontifex, & quæ nuper adhuc B. D. Noster Innocentius XII. laudavit & commendavit in Brevi ad facultatem Theologicam Lovaniensem.*

DISPUNCTIO.

EMinentiſs. Cardinalis de Lauræa opuſculo de prædeſtinatione capite 18. numero 307. ſcribit, „illud quidem impugnaſſe Maſſilienſes, non quia „ipſi negarent, prædeſtinatorum numerum cer„tum, & prædefinitum eſſe, ſed negabant in ſen„ſu Auguſtini defendi poſſe, qui ante præviſio„nem meritorum docuerat factam prædeſtinatio„nem, ipſi verò qui docebant factam eſſe ex me„ritorum præviſione, cum in eo caſu liberi arbi„trii uſus concurreret, non agnoſcebant eam „repugnantiam, quam in ſententia Auguſtini „agnoſcere dicebant; Semipelagiani autem, ut „idem doctiſſimus Cardinalis docet cap. 9. num. „199. loquebantur de meritis ſic eliciendis ab „adultis, ut ſuppoſitâ vocatione ad fidem, aſſen„ſus primus ad eam ſit ex puris naturæ viribus, „cæteri autem ſequentes actus tam credendi, „quam ſperandi, diligendi, ac pœnitendi &c. „ſint faciendi cum auxilis divinæ gratiæ. Ex his præciſis motivis, admonet idem Purpuratus Theologus loco primo cit. num. 300. inductum fuiſſe Sanctum Auguſtinum ad ſcribendum præclaros illos libros de corrept. & gratia, & de dono perſeverantiæ.

De peccatis Ignorantiæ Ignorantia DEI, *Peccato Philosophico, & salute Gentilium Philosophorum,*

PROPOSITIO XXXVI.

Sicut nullum peccatum eſt non contra rationem, ita nullum non contrà conſcientiam, quæ nihil aliud eſt, quam ratio practica dictans in particulari, quod non liceat, liceatque: & quemadmodùm omne peccatum eſt contrà conſcientiam, & tamen aliqui, magnique peccatores vix eâ percelluntur, non quod non pulſet, & moneat, ſed quia confeſtim animum ad alia, & placentia convertunt; pagina 161. linea 12.

NOTA.

APertè his verbis Author aſſerit, nullum eſſe peccatum, niſi ſit contra conſcientiam, hoc eſt niſi hîc, & nunc peccanti conſcientia dictet, malum eſſe quod agit, &c.

DISPUNCTIO.

HÆc cenſura afficit omnes Theologos, qui duplicem moralitatis regulam communiter aſſignant, aliam primam objectivam, & fundamentalem, quam dicunt eſſe legem æternam etiam relu-

centem in dictaminibus practicis naturaliter cognitis ab omnibus ratione utentibus, aliam formalem, & proximam, seu homogeneam, quæ est recta ratio, dictamen conscientiæ, judicium practicum, Syllogismus practicus &c. Primam & objectivam actuum moralium regulam non uno tantùm in loco disertè explanat Sfondratus: Peccatum „ moris, inquit pag. 84. nihil aliud est quàm error, „ & defectus contra voluntatem divinam, hoc est, „ contra primam, supremamq; regulam honestatis. „ Item paulò anteà dixerat: non potest malum, nec „ peccatum esse, quod divinæ voluntati, hoc est, „ quod primæ regulæ bonitatis, & honestatis re„ spondet. Rursùs pag. 150. Nulla natio est tam bar„ bara, tamq; ab humanis moribus aliena, cui De„ us sui notitiam tanquam primā regulam, primum„ que principium omnis moralis, & honestæ actio„ nis seù naturæ, seù gratiæ, instinctu non indiderit.

Regulam verò proximam, formalem, & homogeneam actuum moralium ponit Author in propositione à Censore notata, in qua continetur communis doctrina Theologorum. Scholæ Theologicæ Princeps Thomas Aquinas 1. 2. quæst. 71. art. 6. in C. ait: Habet actus humanus quòd sit malus ex „ eo, quòd caret debita commensuratione; omnis „ autem commensuratio cujuscunque rei attendi„ tur per comparationem ad aliquam regulam, à „ qua si divertat, incommensurata erit. Regula „ autem voluntatis humanæ est duplex, una pro„ pinqua, & homogenea, scilicet, ipsa humana „ ratio; alia verò est prima regula, scilicet, lex exter„ na, quæ est quasi ratio Dei. Ex hinc Theologi Sal-

man-

manticenses tract. 3. de vitiis, & peccatis disp. 7. dub. 1. §. 2. num. 5. fusè, lateque probant propositionem delatam Cardinalis Sfondrati, & denuò allegant Doctorem Angelicum in pluribus aliis locis, & præsertim ubi docet, dari in nobis legem naturalem ex impressione legis æternæ, quia datur prædictum dictamen ostendens, quid sit bonum, & quid sit malum, quid faciendum, vel non faciendum, uti etiam tradit Gonetus disput. 1. de vitiis, & peccatis art. 1. §. 1.

Mastrius de Meldula in 2. sent. disput 5. de actibus humanis quæst. 4. n 159. adducens Scotum; S. Bonaventuram, & innumeros recentiores scribit, quod: bonitas actus moralis consistit in tali conformitate ad talem rationem secundùm „omnia, quæ ipsa dictat adesse debere; malitia „verò in deformitate, vel recessu à tali regula. Et „antea quæst. 1. art. 1. n. 11. docuerat, quod pro„xima & intrinseca regula actionum no„strarum duplex est, una primaria, quæ dicitur „Synderesis; alia secundaria velùt ab ea depen„dens, quæ dicitur conscientia à Scot. 2. dist. 39. „& est actualius, & particularius dictamen, & per „utramque harum regularum nobis proponitur, „& explicatur, seu dictatur lex extrinseca, per „primam in universali, per secundam verò in „particulari, prima dicitur Synderesis, secunda „conscientia; & jure quidem, quia illa est prima„ria, & infallibilis regula, à qua secundaria depen„det, quæ dicitur judicium practicum.

De Sorbona testis sit Philippus Gamachæus illius Doctor, & Regius Theologiæ Professor in 1. 2.

D. Thomæ quæst. 19. cap. 2. ubi ponit hanc assertionem, quam ait esse D. *Thomæ*, *& certissimam*, nempè *bonitas*, *& malitia actus interioris pendent à judicio practico*, *& dictamine nostræ rationis*. Et paulò infra affirmat idem esse intellectum practicum, propriam conscientiam, & dictamen rationis; *conscientia autem aliud non est*, *inquit*, *quàm scientia applicata in particulari ad nostros actus*, *ut docet* D. *Thomas* 1. *parte quæst.* 79. *art.* 13. Pro moderna Universitate Theologica Parisiensi fideijussor sit ejusdem Doctor Claudius Frassen tom. 2. Theologiæ Scoti tract. 4. disp. 2. quæst. 2. n. 4. ubi tra- „dit: Quod dictamen conscientiæ est proxima „regula actionum humanarum, cui conformari „debent, ut sint honestæ, & licitæ (& infra) & „quod ei opponitur, annexam habet malitiam „moralem. Pro Societate Jesu præsto sit Martinus de Esparza lib. 3. de actibus humanis quæst. 22. art. 3. qui statuit hanc thesim: Judicium istius mo- „di practicum, seù dictamen ultimum conscientiæ est proxima, & immediata regula morum! Explicat art. 2. præced. illud ultimum dictamen conscientiæ prævium, quod definit cum Magistro his „verbis: Dictamen conscientiæ prævium defini- „tur cum Magistro, D. Thoma, & aliis com- „muniter judicium practicum de aliquo hîc, & „nunc benè vel male faciendo. Dicitur hîc, & „nunc ad amplectendum omnes circumstantias, „quæ cognoscuntur inesse actioni immediate exe- „cutioni mandandæ, quia indepédenter ab earum „propositione non convenit cognitioni ratio re- „gulæ. Dicitur benè, vel malè de bonitate, & mali-

tia

„ litia simpliciter, & absolutè talibus respectu o-
„ perantis, quæ scilicèt, ipsum operantem faciunt
„ bonum, vel malum simpliciter in ordine ad finem
„ ultimum, relatè ad quem dicitur bonus, vel ma-
„ lus homo.

Advertat modò Censor, quod ipse accusans allegatam propositionem Sfondrati nigro theta notat communem Theologorum doctrinam. Quod si ipse occurrat, Theologos non posse simul, & ubiq; omnia dicere, sed cum ex professo agant de peccatis, alibi admittere peccata ignorantiæ. Quid mihi respondendum erit pro Cardinali Sfondrato, qui nullam in hoc suo opere instituit quæstionem de peccatis, aut actibus humanis, sed solùm obiter; & mere per transcursum posuit pauca illa verba; hoc est, occasione objectionis sibi præstructæ, cui reddit duplicem doctissimam responsionem omninò videndam, ibiq; interserit verba à Censore notata, eo quidem fine, ut præripiat peccantibus excusationem de ignorantia, & defectu remorsus conscientiæ.

NOTA.

Hoc si semel admittatur, non amplius loquendum de peccatis ignorantiæ, in quibus homines non solùm se male agere ignorant; sed sæpe cæcitate mentis legem Dei violando rectè se agere existiment. Hæc autem fuit hæresis Pelagianorum, qui ajebant oblivionem & ignorantiam non subiacere peccato, *quæ primum damnata est in Synodo Dispolitana ac deindè in Conciliis Aphricanis, & à S. Augustino pluribus locis confutatur. Fuit etiam postea error Petri Abaelardi, quem S. Bernardus epist. 77. ad*

ad Hugonem S. Victoris adductu variis scripturæ textibus, refellit his verbis : Is forsitan, qui asserit, non posse peccari per ignorantiam, nunquam pro ignorantiis suis de-„ precatur, sed potius Prophetam irridet deprecantem, „ & dicentem, delicta juventutis meæ, & ignorantias „ meas ne memineris Domine, si peccatum ignorantia nul-„ lum est, non enim peccavit Saulus, qui persecutus est „ Ecclesiam Dei, quoniam quidem ignorans hæc fecit, „ manens in incredulitate . . . . si, inquam, ignoran-„ tiâ nunquam peccatur, quid ergò causamur adversus „ occisores Apostolorum, quandoquidem, non solùm ma-„ lum esse nescierunt interficere illos, sed insuper quoque „ id faciendo arbitrati sunt, obsequium se præstare Deo, „ sed & frustra in Cruce Salvator pro suis orabat Cruci-„ fixoribus, quippè nescientibus, ipso teste, quid face-„ rent, & ità nequaquàm peccantibus. De his ignorantiæ peccatis generaliter pronuntiat S. Augustinus epist. 134. „ Si quis bonum putaverit esse, quod malum est, hoc pu-„ tando utique peccat, & ea sunt omnia peccata igno-„ rantiæ; quando quisque benè fieri putat, quod malè „ fit.

DISPUNCTIO.

NIhil validius, nihil disertius impedit Cardinalis Author in loco à Censore notato, quàm hoc consectarium ab ipso obtrusum : Negari non „ potest, inquit inibi Scriptor, etiam in obstinatis-„ simis peccatoribus conscientiæ voces, metus-„ que nunquam extingui. & post relata aliqua sacrarum paginarum oracula, sic concludit : Er-„ gò quæ de conscientia opponebantur, sen-

ten-

„ tentiæ nostræ suffragantur potius, quam noce-„ ant, cum constet, nullos esse peccatores tam im-„ probos, quibus à peccato coercendis Deus con-„ scientiâ velut domestico tortore non utatur; tor-„ quere verò, ut vel abstineant, vel emendent, „ adeoque semper verum esse, quod scribit Augu-„ stinus, nullam esse animam, quamvis perversam, „ quæ tamen ullo modo ratiocinari possit, in cujus „ conscientia non loquatur Deus. Alludit Author ad id, quod ipsemet dixerat pag. 153. ubi attulit eandem authoritatem, & à pag. 147. usque ad 155. ex sacra, profanaque eruditione ac solidis rationibus demonstrat, neminem rationis compotem quantumvis rudem, & barbarum posse invicibiliter ignorare Deum sub quolibet conceptu seu termino convertibili cum Deo.

Hæresim verò illam Pelagianorum in Synodo Diospolitana damnatam objecit etiam Jansenius Iprensis apud P. Gonetum dissert. Theologica de opinionum probabilitate art. 7. §. 3. cui doctissimè ipse respondet, quod: cum S. Augustinus aliiq; Pa-„ tres ignorantiam, & quod ex illa fit peccatum esse „ ajunt, de ignorantia vincibili loquuntur, & de „ ipsa pariter debet intelligi definitio Palæstinæ „ Synodi damnantis propositionem Cælestii, ut pa-„ tet ex S. Augustino lib. de gestis Pelagii cap. 18. „ ubi hanc Cælestij propositionem recitasset: *oblivi-„ onem, & ignorantiam non subjacere peccato, quoniam „ non secundùm voluntatem eveniunt, sed secundum ne-„ cessitatem* ad eam confutandam, sivè ex sua, „ sivè ex Palæstinorum Episcoporum sententia hæc „ subdit, *cum David dicat, delicta juventutis meæ, & ignorantiæ*

„*ignorantiæ ne memineris, cum in lege sacrificia pro* „*ignorantia, sicut pro peccato offerantur.* Et lib. 3. de lib. arbit. cap. 18. & lib. 1. retract. cap. 9. utitur his verbis Apostoli: *Misericordiam consecutus sum,* „*quia ignorans feci*, ut quædam esse ignorantiæ pec-„cata confirmet. At in illis omnibus locis fit men-„tio de ignorãtia vincibili, præsertim in ultimo; un-„de D. Thomas 1. 2. quæst. 86. art. 4. ignoran-„tiam, quæ indirectè voluntaria est, atque adeò „vincibilis, peccatum extenuare indè probat, „quod Apostolus dicat: *Misericordiam consecutus* „*sum, quia ignorans feci.* Quem S. Doctoris locum „ita Conradus illustra. *Patet quod verbum Apostoli* „*intelligitur de ignorantia, quæ fuit causa peccati, non* „*tamen fuit invincibilis, sed vincibilis.* Ergo D. Au-„gustinus, & Patres Palæstinæ Synodi non lo-„quuntur de ignorantia invincibili, sed vincibili, „&c. Nec obstant ea posteriora verba damnatæ „propositionis, quæ ignorantiam vincibilem vi-„deantur excludere; nam his verbis excluditur „quidem illa ignorantia, cujus voluntas ipsa cau-„sa est, quæque affectata, seu directè voluntaria „appellatur, quia secundum voluntatem eve-„nit, voluntate, nimirum illam procuran-„te, & affectante, at non ea, quæ ex volunta-„te originem non trahit, quæquè idcircò tantùm „indirectè volita nuncupatur, quod voluntas ad „eam depellendam non adhibeat diligentiam o-„nem, quam potest, & debet. Vel etiam dici „potest, ignorantiam illam esse necessitatis, & non „voluntatis respectu naturæ nudæ, & viribus „gratiæ destitutæ, non verò respectu naturæ ad ordi-

„ ordinem supernaturalem elevatæ, nam respectu
„ illius talis ignorantia non est necessitatis, sed vo-
„ luntatis, negligentis postulare à Deo lumen, &
„ auxilium supernaturale ad eam vincendam, ac
„ depellendam.

Abaelardus autem, ut in Thesibus Theologicis de peccatis ignorantiæ editis Lovanii, & Præside Gummaro Huygens Lyrano (cujus nomen Censori minimè suspectum, aut ingratum fore reor) defensus in collegio Adriani sexti Pontificis die 18. Martii 1683. conclusione 2. docetur: Non
„ minus consequenter, quam erroneè dixit, *con-*
„ *cupiscentiâ, & ignorantiâ nullum peccatum committi,*
„ consequenter etiam, & erroneè dixit, *bujusmo-*
„ *di non esse peccatum, sed naturam.* item *quod ab A-*
„ *damo non trahamus originalis peccati culpam.* Et in quarta conclusione scribitur: Quod Abaelardus
„ dixerit *concupiscentiâ, & ignorantiâ nullum pecca-*
„ *tum committi*, quodque illi doctrinæ subjunxe-
„ rit, *bujusmodi non esse peccatum*, sed naturam;
„ indicare videtur, ideò Abaelardum in hanc hæ-
„ resim esse prolapsum, quia concupiscentiam pu-
„ tavit esse *naturam*, errore non absimili, quo Cæ-
„ lestius, & post hunc Pelagius censuerit, oblivi-
„ onem, & ignorantiam non subjacere peccato:
„ *quoniam non secundùm voluntatem*, ut ajebant, *sed se-*
„ *dùm necessitatem eveniunt.* Etenim si ignorantia,
„ idem est de concupiscentia, non eveniat, ut
„ Cælestius dicebat *secundùm voluntatem, sed secun-*
„ *dùm necessitatem*, vel ut Abaelardus, sit ipsa *na-*
„ *tura*; quidquid secundùm ignorantiam, & con-
„ cupiscentiam fit, secundùm Authorem naturæ.

sive

„ sivè secundum inclinationem ab eo inditam fit ;
„ adeoque non fit contrà, sed secundum ejus le-
„ gem æternam, sivè secundum ipsum Deum, qui
„ ipse est ista lex æterna . . . . . proinde legi-
„ timâ consequentiâ suum errorem, vel hæresim,
„ quod non dentur peccata *ignorantiæ*, tam Cæle-
„ stius; quàm Abaelardus deduxerunt ex suis fal-
„ sis principiis, quibus asserebant; Cælestius qui-
„ dem *ignorantiam, & oblivionem non secundùm vo-*
„ *luntatem, sed secundùm necessitatem evenire*; Aba-
„ elardus verò; *concupiscentiam & ignorantiam esse*
„ *naturam*.

Ast Cardinalis Author principia prorsus op-posita erroneis illis documentis Cælestii, & Abaelardi astruxit, non solum enim ex peccato Adæ nos jacturam fecisse donorum summæ tranquillitatis animæ, perfectissimæ Dei cognitionis, parisque cognitioni amoris, summæ felicitatis, & suavitatis operandi honesta, & ad malum inclinatos fuisse ob appetitus cum ratione certamen, indigentiam alieni & extranei boni, perversos, & inclitos mores, ignorantiam, cupiditatem; & difficultatem honesti disertè scripsit pagina 123. sed etiam pluribus in locis proximè indicandis dilucidè professus est, dari non posse in homine rationis compote ignorantiam invincibilem Dei, & juris naturæ, & pagina 159. in aliquibus Peccatorum nomine necessitatis peccandi intelligi vel magnam difficultatem, vel necessitatem hypotheticam, non absolutam: Si enim, inquit, mediis, quæ Deus præscripsit vincendis tentationibus uti nolis, non orare, non sa-

cra-

„ cramentis uti, non verbum Dei audire, non oc-
„ casionibus abstinere, quis neget te necessariò
„ peccaturum? at necessitas ista, cum libera sit,
„ & vinci possit, à peccato non excusat. Eodem
„ modo respondendum testimoniis Augustini, quæ
„ Jansenius agglomorat libro 3. de gratia Christi.
„ Ut taceam Augustinum contra Pelagium loqui
„ de necessitate naturæ, quatenus gratiâ caret,
„ sic enim fatemur, necessario peccaturum, sed
„ negamus gratiam abesse saltem incompletam,
„ & remotam, qua majorem, & proximam conse-
„ qui possit.

Erroribus igitur Pelagii recensitis à S. Augustino, & Abaelardi descriptis à S. Bernardo in locis à Censore adductis è diametro opponitur Cardinalis Sfondrati doctrina, ut abunde declaratum est. Unde S. Bernardus in eadem epistola 77. à Censore allegata exponit hæc verba Christi Domini Johan. 15. *Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent*, ait, *si locutus fuisset, sed non eis, inobedientiæ culpam ignorantia excusaret.* Item *multa scienda nesciuntur, aut sciendi incuriâ aut discendi desidiâ, aut verecundiâ inquirendi, & quidem ejusmodi ignorantia non habet excusationem.* Alios tandem cavillos quoad errores Pelagii in hac materia ignorantiæ à magno Augustino rejectos reperiet Lector apud eundem P. Gonetum in loco jam citato.

NOTA.

Tandem materiam de peccatis ignorantia, cùm quis falsam conscientiam sequitur, latè tractat S. Thomas 12. quæstione 76. art. 2. 3. & seqq. item v. 2. quæst. 19. art. 4. 5. 6. 1. 2. quæst. 94. art. 6. allata Authoris propositioni contrariam planè doctrinam tradens, quibus addenda, quæ habet quodlibeto 8. art. 13. ubi generali-„ ter ait: illud quod agitur contrà legem (æternam) sem-„ per est malum, nec excusatur per hoc, quod est secundum conscientiam.

DISPUNCTIO.

AD textum D. Thomæ in nota productum ità respondet P. Gonetus in eadem dissertatione Theologica de opinionum probabilitate art. 7. §. „ 4. Illud quod est contrà legem semper esse malum, nec excusari per hoc, quod est secundùm „ conscientiam erroneam errore crasso, & affecta„ to, qui non excusat à peccato, bene tamen ex„ cusare à peccato id, quod est secundum consci„ entiam errantem errore invincibili, & inculpa„ bili, quem à peccato eximere docet S. Doctor in „ pluribus locis, etiam in illo articulo 13. quolibeto 8. Sfondratus autem expressè negat, dari posse in quopiam rationis compote ignorantiam invincibilem juris naturæ. En ipsius verba pag. 148. Sicut „ ex illo principio omnibus naturaliter impresso „ vitam conservandā esse, nemo non intelligit, esse „ comedendum, esse bibendum, manum apponen„ dam, & perdendam esse, ferro capiti imminente,

idque

„idque citra diſcurſum, nulloque magiſtro, ita „ex illa primaque regula omnium honeſtarum „actionum, quam natura nullum non docuit, „videlicet, *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, „nemo non agnoſcit parentes, & Magiſtratus „obſervandos, homicidia ſine juſta cauſa, fur„ta, adulteria vitanda, quæ ſi contra naturæ „ac rationis imperium fiant, etiam nullo teſte, „nulloque vindice, mox apud Barbaros quo„que conſcientiæ flagella, timores, occultique „carnifices, *nullum enim ſcelus*, inquit Seneca „epiſt. 98. *licet illud fortuna exornet muneribus ſuis*, „*impunitum eſt, quoniam ſceleris in ſcelere ſuppli*„*cium eſt*; & ſicut inter tot hominum millia „nemo fuit, qui totam vitam dormiendo ege„rit, nunquam experrectus, ita multòque mi„nus repertus aliquis, qui Deum, & ad ſa„lutem neceſſaria ſemper ignoraverit; hoc enim „eſt animæ ignorantia, quod corpori ſomnus, „nec hic eſſe perpetuus, nec illa poteſt. Idem „argumentum eloquentiſſimè digerit Eminent. „Author pagin. 151. Videat hîc Cenſor tantùm abeſſe, quod Sfondratus excuſet peccata ignorantiæ, ut potiùs diſertè demonſtret, ignorantiam juris naturæ non poſſe eſſe in rationis compote, niſi ex pluribus capitibus vincibilem, craſſam, & affectatam, adeòque eam à peccato excuſare non poſſe.

PROPOSITIO XXXVII.

Cum peccatum ſit eſſentialiter offenſio, & injuria Dei, ſublata Dei cognitione, neceſſariò ſequitur, nec injuriam, nec peccatum, nec æternam pœnam eſſe; pag. 152. lin. 33.

NOTA

HÆc propoſitio damnatum ab Alexandro VIII. Summo Pontifice phiſophici peccati errorem videtur revocare, vel etiam pejus aliquid philoſophiſmo docere, quamvis enim primò doceat Author, neminem etiam inter Barbaros Deum invincibiliter, & citra culpam ignorare, poſtea tamen haud ægrè ſupponit id conjungere poſſe, ut patet ex verbis in ſequenti duplici propoſitione mox referendis, & certè ſi per ignorantiam invincibilem, & citra culpam illa intelligatur, *quæ hic & nunc viâ ordinariâ ob magiſtrorum, & cujuſcumque alterius humani adjutorij defectum, removeri non poteſt, ut multi hodie Theologi intelligunt, vix negari poteſt ejuſmodi ignorantiam dari in quibuſdam barbaris, ſi non per longum vitæ tempus, ſaltem aliquanto tempore, poſtquam ad uſum rationis pervenerunt.*

DIS-

DISPUNCTIO.

IN omne latus se vertit Censor, ut famosissimum hac tempestate crimen peccati philosophici piissimo, ac Sapientissimo Cardinali per incredibile nefas inferat, & immani accusatione unico verbo confecta Purpuratum Patrem etiam vulgi sannis, & ludibrio exponat, sed prorsùs frustra, & infeliciter minimè ratus, Eminen. Scriptorem per doctrinam ibi traditam funditùs extirpasse peccatum philosophicum, & ad ejus radices securim apposuisse. Hoc ùt sub ipsos Lectoris oculos palpandum subjiciam, nonnulla ad hujus notæ dispunctionem præmittenda sunt.

In primis damnatio peccati philosophici per Alexandrum Papam Octavum recolendæ memoriæ his verbis in ejus decreto concepta est: Peccatum „philosophicum seu morale est actus humanus dis„conveniens naturæ rationali, & rectæ rationi. „Theologicum verò, & mortale est transgressio „libera divinæ legis. Philosophicum quantumvis „grave in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo a„ctu non cogitat, est grave peccatum, sed non est „offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens „amicitiam Dei, neque æternâ pœnâ dignum. Expendat hìc Lector verba illa, *qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat*, quibus non importatur ignorantia invincibilis de Deo, sed universaliter, & indefinitè quælibet ignorantia, & incogitantia actualis de Deo. Inter articulos, quos facultas Lovaniensis Innocentio Papæ XI. san. mem. obtulit ju-

lit judicandos, legebatur quidem etiam iste: *Peccatum mortale contrahere nequit Deum ejusque omnem legem invincibiliter ignorans*, sed hujusmodi propositio illæsa dimissa fuit, quinimò ab Alexandro Octavo damnata fuit hæc propositio, quæ est 2. inter 31. confixas: *Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hac in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa non excusat à peccato formali.* Similiter sunt peculiariter attendendæ illæ duæ voces positæ in explicatione peccati philosophici, *disconveniens naturæ rationali, seu rectæ rationi*, quibus licet non significetur Deus sub conceptu proprio distincto, & clarè cognito, venit tamen ipse Deus confusè, & in communi cognitus sub conceptibus rectæ rationis, legis, ac dictaminis, cui summè est parendum, qui conceptus, seu termini sunt convertibiles cum Deo, ut docetur communiter à Theologis.

Deinde sedulò observandum est, Eminentiss. Authorem pluribus in locis præsertim à pag. 147. usque ad 157. omnigena eruditione demonstrasse, à nemine rationis compote posse invincibiliter ignorari Deum, & media ad illum perveniendi; omnibus hominibus Angelum tutelarem datum minimè cessaturum ea suggerere, sine quibus illi salvi esse non possunt, ipsumque Conditorem ut in aliis rebus, ita in hac quoque tam necessaria defectum naturæ suppleturum, nullum in Europa, nullum in Asia, nullum in Aphrica, Americaque hominem esse, qui viso pulcherrimo hoc Mundi opere non quodam naturali instinctu ad Opificem cognoscendum, amandum, colendumque moveatur. His veritatibus efficacissi-

mè

mè demonstratis describit Sfondratus hæc verba „pag. 152. Refert quidem Molina, sibi à multis „narratum, Brasiliæ incolas, priusquam à Lusitanis „docerentur, nullum Deum cognovisse, *sed a-* „*liud est Deum ignorare, aliud invincibiliter citraq; cul-* „*pam ignorare*; at ita Barbaros ignorare quis Mo- „linæ narravit? deinde cùm Deus nulli creaturæ „vires, & facultates negaverit, quibus finem pro- „prium consequeretur, ut supra ostendimus, quis „credat, id soli homini negasse omniũ sublunarium „creaturarum nobilissimæ? At demus ita igno- „rasse, id quoque magna beneficii, & gratiæ „pars fuit: Cùm enim peccatum sit essentialiter „offensio, & injuria Dei, sublata Dei cogni- „tione, necessariò sequitur, nec injuriam, nec „peccatum, nec æternam pœnam esse. Ergò „cum hac ignorantia impeccabiles redderentur, „alioquin certissimò peccaturi, si agnoscerent, se- „quitur, hoc ipsum beneficium esse juxta illud A- „postoli: *Melius erat illis non cognoscere viam justitiæ,* „*quàm post agnitionem retrorsùm converti ab eo, quod* „*illis traditum est, sancto mandato*; 2. Petri 2. ergo „sive Barbari agnoscant, sicque invocare illum, „& salutem consequi possint, sive penitùs ignorent, „& ideò nec possint peccare, semper verum erit, „ne illis quidem misericordiam deesse.

Præterea Eminentiss. Author pag. 155. in hæc ver- „ba scribit: Omnes fidei articulos invincibiliter i- „gnorari prorsùs posse, ac præsertim illum de exi- „stentia, cultuque alicujus Dei, planè negamus, „cum sine hac cognitione nihil homini supersit, „quo finem suum, ad quem conditus est, valeat

adipisci. Et pag. 109. Omnibus hominibus etiam „incultissimus, ac plane barbaris auxilium gratiæ „datur, quo legem naturalem observent. Item pag. „191. Lumen ipsum rationis omnibus mortalibus „natura impressum, & species ipsa mundi omnium- „que creaturarum hanc Dei cognitionem nulli non inspirat. Pariter in dispunctione notæ proximè superioris adduximus plura loca scriptoris, quibus dilucidè ostendit, in nemine rationis compote dari posse ignorantiam invincibilem juris naturæ.

Quare hypothesis ab Eminentiss. Scriptore permissa est secundùm ejus doctrinam impossibilis, illam tamen non debet Censor pro suo libito comminisci, sed eam ut à Scriptore permissam assumere debet: ipsa autem est de ignorantia invincibili Dei *penitùs*, seu *prorsùs*, id est, sub quocumque conceptu, seu termino convertibili cum Deo, puta, sub conceptu finis, dictaminis, cui summè est parendum, legis æternæ, seu judicij practici prohibentis, suadentis, præcipientis. Hujusmodi autem ignorantia est omninò incompossibilis cum quocunque peccato, seu theologico, seu philosophico, quod à Sfondrato definitur *essentialiter offensio & injuria Dei.* Siquidem, ut docet Gonetus disp. 1. „de peccat. art. 2. Licet Philosophi morales non „considerent peccatum formaliter, & explicitè, „ut est offensa Dei, sub qua ratione illud consi- „derant Theologi, virtualiter tamen, & impli- „citè illud sub ratione offensæ contemplantur, „quatenùs illud inspiciunt, seu considerant ut „contrarium dictamini rectæ rationis, quod est

lex

„lex ipſa naturalis à Deo, & lege æterna derivata, „& mentibus hominum impreſſa. Non poteſt ergo dari actus moraliter honeſtus, vel inhoneſtus ſine cognitione, qua Deus cognoſcatur ſub aliquo ex prædictis conceptibus cum Deo convertibilibus; proinde cum nullo ex his modis ſecundum Sfondratum cognoſceretur in ea hypotheſi Deus ab illo Barbaro, jam iſte nullum omninò peccatum committeret. Undè idem P. Gonetus in diſſertatione Theologica de opinionum probabilitate ex Patribus, & rationibus fusè probat art. 7. §. 1. ignorantiam invincibilem legis divinæ prorsùs excuſare à quocumque peccato contra ipſam commiſſo adversùs Janſenium, qui lib. 2. de ſtatu naturæ lapſæ cap. 2. arcem ſui erroris, teſte eodem Theologo, conſtituit in negando hoc principio: *Ignorantia invincibilis excuſat à peccato*, quo, ut ipſemet Gonetus ait, Philoſophorum, & Theologorum ſcholæ omnes perſonant, quodque ab Alexandro Octavo in damnatione propoſitionis illi principio contradictoriæ, ut ſupra inſinuavimus, confirmatum eſt. Unde charitatis chriſtianæ zelo rursùs commonefacere compellor Cenſorem, ne aliqui fortè nimis ſuſpicioſi putent, quod immodicus contra Cardinalem Authorem animi ſui æſtus, & affectatum erga partes Janſenii ſtudium in ejus errores ipſum illidant, ac in tranſverſum agant, quandoquidem monente Bernardo ſerm. 9. in Cantica, *præceps affectus nec judicium præſtolatur, nec conſilio temperatur, nec pudore frænatur, nec ratione ſubjicitur.*

Tandem riſu, & commiſeratione digna eſt

argutia in nota Censoris apposita, videlicet, ex eo quod Sfondratus permittit suppositionem impossibilem de ignorantia invincibili Dei in homine sanæ mentis, Notator infert, ipsum haud ægrè supponere, id contingere posse. Theologi igitur in celebri illa controversia, an Spiritus Sanctus distingueretur realiter à Filio, si à Filio non procederet, haud ægrè supponunt, id contingere posse. Contemptus Theologiæ Scholasticæ hujusce farinæ Aristarchis congenitus in frigidas istas ineptias eos allidit. Sanè omnes Philosophi, & Theologi communissimè docent, valdè utile, & quandoque necessarium esse argumentari ab impossibili, quando impossibile non involvit contradictoria ex terminis, & non arguitur illatione formali, & per locum intrinsecum, cum tunc ex impossibili non sequatur quodlibet ex contradictoriis, quorum intuitu fit impossibilis suppositio; Unde in scholis Philosophiæ, & Theologiæ creberrimæ, & usitatissimæ sũt hujusmodi argumentationes ab impossibili; sic indicatam controversiæ de distinctione reali Spiritus Sancti à Filio, si à Filio non procederet, utilitatem, expressis verbis, & in terminis tradunt Scotus in 1. dist. 12. quæst. 2. §. contram istam petitionem, Vasquez 1. part. disput. 147. c. 1. n. 1. Lugus lib. 2. disp. 17. c. 3. n. 2. Arriaga disp. 53. sect. 4. subsect. 1. &c. Cæterique Theologi, dum eam quæstionem accuratè agitant, utique proficuè illam agitari supponunt.

NO.

NOTA.

Authornullum omninò peccatum in ejusmodi hominibus agnoscit, sed eos etiam furando, adulterando, occidendo impeccabiles fore pronunciat, quod non dicunt peccati philosophici defensores, qui in eis saltem peccatum philosophicum agnoscunt.

DISPUNCTIO.

CErte in hypothesi impossibili à Sfondrato producta, nimirum, si quis invincibiliter prorsùs ignoraret Deum sub quocumque conceptu, iste nullum omninò peccatum neque theologicum, neque philosophicum perpetraret, ut communiter tradunt Theologi: Sic Carmelitæ excalceati Salmanticenses tract. 13. de vitiis, & peccatis disp. 7. dub. 1. §. 2. docent, quod Si quis invincibiliter existimans non esse illicitum mentiri ad tuendam proximi vitam, aut furari ad tribuendam eleemosynam, mentiatur, vel furetur, non peccat, non ob aliud, nisi quia in hoc casu nullum est dictamen rationis prohibens hujusmodi actus. Contensonus dissertat, 5. de actib. humanis cap. 1. specul. 3. tradit: Quod si per impossibile non esset Deus, nec lex æterna, vel in se, vel participata in dictamine rationis, tunc non daretur peccatum mortale, sicut non datur in Brutis. Mastrius de Meldula in 2. disp. 6. de peccatis art. 3. nu. 93. addit hanc rationem: Quia in eo casu quicumque superior invincibiliter ignoraretur, omnisque

„ejus lex à dictamine rationis proponenda, adeo-
„que planè nihil posset committi contra rationem,
„quia tunc ipsa nec dirigeret, nec obligaret, cum
„vim dirigendi. & obligandi totaliter à lege æterna
„habeat, sed in eo casu omnis actus esset indiffe-
„rens, & ut talis apprehenderetur à ratione, ideò
„que in genere moris nullum esset peccatum. Syl-
„vester Maurus tract. 4. de actibus humanis, quæst.
„25. advertit; Dictamen conscientiæ, seu rationis
„non esse quidem legem, esse tamen intimationem
„quandam privatam, & ultimam, per quam uni-
„cuique intimatur lex æterna, cui summè est paren-
„dum; Undè si Deus non esset etiam sub conce-
„ptu legis ac dictaminis æterni obligantis v. g. ad
„non occidendum Patrem, & Matrem, nulla esset
„obligatio non occidendi Patrem, & Matrem, a-
„deòque cum peccatum debeat esse contra ali-
„quam obligationem, occidere Patrem, & Matrem
„nullum esset peccatum mortale, & sic non esset
„magis peccatum occidere Patrem, & Ma-
„trem, quam occidere pulicem, vel gallum gal-
linaceum.

Assignarat hujus doctrinæ rationem idem Theologus quæst. 24. præcedenti fundatam in authoritate Augustini lib. 2. contra Faustum cap. 27. peccatum definientis, *dictum, factum, concupitum contra legem æternam*, & exindè deducit essentiam peccati, seu actus inhonesti consistere in hoc, ut sit contra legem æternam, quam num. 13. consistere asserit in veritatibus practicis semper & necessariò existentibus, hoc est, in dictaminibus præceptivis, prohibitivis, suasivis, aut permissivis quarundam actio-

actionum, quæ nobis innotescunt per lumen rationis, quod est quædam participatio luminis divini, & ideò ratio vocatur lumen divinum, & lex æterna ab Apostolo dicitur scripta in cordibus nostris, ut habet S. Thomas 1. 2. quæst. 91. art. 2. in corp. sic S. Augustinus lib. 2. de peccat. meritis, & remissione cap. 16. dicit; *neque peccatum erit, si quid erit, si non divinitùs jubeatur, ut non sit*, adeòque existimat eo ipso, quod aliquid non sit contra legem æternam, non esse peccatum. Item S. Ambrosius lib. de Paradiso cap. 8. ait: *quid aliud est peccatum, nisi divinæ legis transgressio?* quod videtur desumptum ab Apostolo ad Rom. 4. *Vbi non est lex, nec prævaricatio.* & cap. 7. *peccatum nõn cognovi, nisi per legem, nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces.* proindè peccatum non potest cognosci, nisi per legem, sicque essentia, & conceptus formalis peccati consistit in hoc, ut sit transgressio legis, & non potest cognosci, concupiscentiam esse peccatum, nisi cognoscatur lex illam prohibens, & dicens *non concupisces*, & idcircò repugnat, ut cogitemus, inhonestum esse Deum contemnere, absque eo quod cogitemus, dari aliquod dictamen hoc prohibens, quod dictamen de facto est ipsa lex Dei æterna. Unde quæst. 25. citata concludit idem Maurus, quod qui committunt furta, homicidia &c. peccant, quia cognoscunt, se facere contra aliquam regulam, seu dictamen, cui summè parendum est, obligans ad hæc non facienda, quod dictamen est Deus, & per consequens cognoscunt Deum sub conceptu legis, cui summè est parendum, licet non cognoscant Deum sub aliis conceptibus.

Quo-

Quocirca Contenſonus loco nuper laudato ſcri-
„bit: Peccato eſſentialem eſſe rationem injuriæ
„Dei ut primi, & ſupremi Legislatoris: omnis
„quippè peccator ſciens tranſgreditur legem natu-
„ralem, quæ eſt emanatio æternæ, nec deeſt illi ſuf-
„ficiens notitia: ſicut enim natura ita ſentit Crea-
„torem, ut illum non poſſit invincibiliter ignorare,
„ita lex naturalis percipit æternam, cui veluti clien-
„telæ jure obſtringitur: cujus argumentum eſt, quod
„ſcienter peccans percipit ſe reum pœna à ſupre-
„mo Judice, quem proptereа timet, infligendâ.
„Idque Philoſophi ratione duce noverant; Plato e-
„nim, teſte Auguſtino lib. 8. de Trinit. cap. 10.
„& 14. dicebat, in rebus humanis nihil eſſe Deo
„virtute gratius, nihil vitio, & peccato ingra-
„tius. (Et paulò infra reflectit) Quod lex æter-
„na, ſeu ſupremi Domini, & Legislatoris jus
„eſt fons legum omnium, quæ ab ipſo velut à So-
„le radii continuò exoriuntur. *Lex tua*, ajebat S. Au-
„guſtinus lib. 2. confeſſ. c. 4. *Domine in cordibus homi-
„num ſcripta eſt, quam nec ulla unquam delet aut delebit
„iniquitas.* Eam Deus indelebilibus exaravit cha-
„racteribus, nec tam inſcripta eſt, quàm innata, &
„profluo quodam naturæ fonte in ſingulis expreſſa.
Quamvis autem Contenſonus conſtanter hanc ſen-
tentiam tueatur; nihilominùs in diſſert. 6. de proba-
bilitatis commento cap. 1. ſpeculat. 1. quæſito 5.
„Certum eſſe tradit, ſi daretur invincibilis igno-
„rantia juris naturalis, homines à peccato ex-
„cuſatum iri, & actus ex illa admiſſos omni
„culpa vacaturos. Suffragantur Carmelitæ Sal-
manticenſes de vitiis, & peccatis tract. 13. diſp.
7. dub.

7. dub. 1. §. 1. asserentes: peccatum non aliundè, & „quasi per accidens, sed secundùm se, & ex pro„pria sua ratione esse contra Deum, ac offen„sam ipsius, & hoc, ajunt, esse adeò commune, „ut supervacaneum sit aliquem in particulari pro „eo recensere, & desumi ex sacra scriptura, in qua „passim peccata dicuntur offensiones, injustitiæ, „injuriæ Dei &c. Undè non potest aliquis pecca„re, qui non eo ipso saltem in actu exercito co„gnoscat, esse aliquem superiorem legitimè præ„cipientem per legem, cui obedire tenetur, in „quo virtualiter ad minus, & implicitè cognoscit „Deum Legislatorem, & scit, vel scire potest, „se violando legem facere contra ipsum, & eum „offendere.

Optimam quoque hujus veritatis rationem adducit Gonetus loc. cit. ex eo, quia nihil potestatem non peccandi longiùs removet, quàm ignorantia invincibilis divinæ legis, cum illa cognitionem necessariam ad vitandam culpam tollat, & mentem, quæ voluntati ad agendum facem præferre debebat, omninò excæcet; est autem tritum, & commune philosophiæ moralis principium, *nemo peccat in eo quod vitare non potest*, quod D. Augustinus in lib. 2. de duabus animabus cap. 11. usque adeò esse notum, & per se manifestum asserit, ut non solùm à nemine ignoretur, sed & insuper à toto genere humano cantetur, & declaretur: *Nonne ista cantant*, ut nos etiam alio in loco retulimus, *& in montibus Pastores, & in theatris Poetæ, & indocti in circulis, & docti in bibliothecis, & Magistri in Scholis, & Antistites in sacris locis, & in Orbe terrarum genus humanum?*

Ex

Ex hinc dignoſcat Cenſor, Emin. Authorem in propoſitione accuſata optimè ratiocinatum fuiſſe; & ex hoc antecedenti: *peccatum eſt eſſentialiter offenſio, & injuria Dei*, formaliſſime intuliſſe, quod ſublata Dei cognitione (quam ipſe accipit de cognitione Dei ſub quocumque conceptu, ſeu termino convertibili cum Deo) neceſſariò ſequitur, nec injuriam, nec peccatum ſeu theologicum, ſeu philoſophicum, nec æternam pœnam eſſe. Undè Eminen. Sfortia Pallavicinus lib. 7. de Virtute, & Sacramento Pœnitentiæ cap. 10. profundiſſimè docet, quod „Nunquam apud Patres, & Scholaſticos nominatur peccatum morale (datur enim etiam peccatum purè phyſicum) vel culpa, quæ non ſit offenſa Dei &c. Nos verò, ait, in lib. de actibus humanis cap. 13. & 14. oſtendimus, in omni peccato, atque actu morali includi cognitionem Dei ſub aliquo conceptu, vel primæ regulæ, vel ſummi boni, vel ultimi finis &c. idque confirmavimus multis apertiſque D. Thomæ teſtimoniis, quibus addi poſſunt alia infraſcripta, ut ex omnibus pateat, quàm evidenter, & quàm conſtanter S. Thomas hanc ſententiam vel tradiderit, vel ſuppoſuerit. Et cum allegarit Doctorem Angelicum in 4. diſt. 7. quæſt. 3. art. 2. quæſtione 3. in corp. „lib. 3. cont. Gentes c. 109. in 4. diſt. 16. quæſt. 3. art. „1. q. unic. p. 1. 3. part. quæſt. 87. art. 1. in corp. quæſt. „13. de verit. art. 7. in corp. & præcipuè 1. 2. quæſt. 88. „art. 6. pergit: Neque obſtat, S. Thomam alicubi diſtinguere peccatum; quatenus conſideratur à Theologis, hoc eſt, prout adverſatur Deo, & quatenus conſideratur à Philoſophis, hoc

„hoc eſt, prout adverſatur rationi. Non enim per „hoc S. Thomas diſtinguit in peccato duas mali- „tias: quippe ratio non eſt prima regula, per oppo- „ſitionē cū qua deſumatur malitia, ſed eſt index ali- „cujus malitiæ antecedentis, quæ ſit in peccato per „oppoſitionem ad aliā regulam objectivā, quæ re i- „pſa eſt Deus, & ideò 1. 2. quæſt. 71. art. 6. ait, „jus naturale primò quidem contineri in lege æ- „terna, quam ait eſſe rationem, & volunta- „tem Dei; ſecundariò autem in judicatorio ratio- „nis humanæ. Quocirca illa diſtinctio, quæ ob- „jiciebatur, habet hunc ſenſum, quod Theologi „conſiderant explicitè peccatum, quatenùs eſt con- „tra Deum; Philoſophi verò quatenùs eſt contra „dictamen aliquod objectivum confusè cognitum „à noſtra ratione, quod dictamen, licet re ipſa ſit „ratio, & voluntas Dei, hoc eſt, lex æterna, Phi- „loſophi tamen id explicite, & ſub talibus prædi- „catis non cognoſcunt: Quæ D. Thomæ ſententia „clarius etiam eluceſcit ex iis, quæ docet q. 2. de „peccatis art. 4. in corp. ubi quærens, utrum om- „nis actus humanus ſit indifferens, hæc habet: „*Loquimur nunc de actibus humanis ſecundùm id, „quod eſt proprium hominis, in quantum eſt homo; „hæc autem eſt ratio: undè bonum, & malum in acti- „bus humanis conſideratur ſecundùm quod actus concor- „dat rationi informatæ lege divina, vel naturaliter, „vel per doctrinam, vel per infuſionem.* En quomo- „do non agnoſcit rationem ut menſuram ullius „bonitatatis, & malitiæ in actibus humanis qua- „tenùs humanis, niſi prout eſt informata lege „divina, vel per ipſam cognitionem natura-

lem

„lem, quæ oſtendat illam confusè, vel per doctri-„nam, qua cognoſcatur magis diſtinctè, vel per fi-„dem infuſam, per quam cognoſcatur ipſa lex ſu-„pernaturalis Dei. Et tamen hîc S. Thomas non lo-„quitur de peccato ſub nomine peccati, ſed de a-„ctu bono, & malo in ratione actus humani, quaſi „voluiſſet Adverſariis omne effugium præcludere. „Et porrò remanente Deo penitus ignoto non ſo-„lùm ſub conceptu expreſſa per hoc nomen *Deus*, „ſed ſub quocumque alio conceptu, qui cum „Deo realiter identificetur, non cognoſcitur ulla „obligatio præferendi bonum alienum bono pro-„prio, aut præferendi bonum proprium majus bo-„no proprio minori, ex quarum obligationum vio-„latione oritur inhoneſtas.

Accedat Cardinali Pallavicino alterum præful-gidiſſimum Vaticanæ Purpuræ Decus Eminentiſſ. Cardinalis de Auguirre, qui tom. 1. Theologiæ S. Anſelmi, Tract. 1. diſp. 5. ſect. 5. cum oſtendiſſet num. 1. ex D. Thoma: Credere Deum eſſe præam-„bulum ad obſervantiam mandatorum Dei, quia „antequam quis ſe ſubdat legi, debet neceſſariò „cognoſcere, à quo legislatore dimanet talis lex, „& per conſequens ad obligationem legis naturalis „neceſſariò ſupponi notitiam Dei Legislatoris aut „formalem, aut ſaltem interpretativam in debito proximo. Eãdem veritatem ſic ſtrenuè corroborat: „Si enim, inquit, poteſt homo in ſylvis educa-„tus, & lege naturali adſtrictus pati ignorationem „Dei invincibilem, poterit quoque cùm eadem „ignorantia committere aliquod peccatum gra-„ve, ſeu lethale contra legem naturalem, qua

obli-

,,obligatur circa agenda quicumque rationis parti-
,,ceps est. Consequens autem videtur absurdum;
,,quia impossibile est peccatum grave, seu
,,lethale, quod non sit offensa Dei, nequit
,,autem esse offensa Dei, invincibiliter ig-
,,norati. Quis enim offendere dicatur, quem
,,prorsus ignorat? Non ergo homo in sylvis nutri-
,,tus pati potest invincibilem Dei ignorantiam.
,,Quod si dicas, in eo statu nullum peccatum fore
,,grave theologicè loquendo, sed ad summum
,,philosophicè. contra est; Quia si in eo statu, re-
,,luctante rationis dictamine, committeret scelera
,,aliquot ex genere suo gravissima, V.G. contra na-
,,turam, aut etiam occideret se ipsum, procul dubio
,,graviter peccaret, mereretur q; pœnam æternam
,,damni, & sensus, quod sine culpa gravi, & lethali
,,theologice, & simpliciter dicta esse nullatenus
,,potest. Aqui nec ejusmodi culpa esse potest sine
,,gravi offensione Dei, neq; hæc cum invincibili Dei
,,ignorantia cohærere valet. Ergo homo in sylvis
,,nutritus, & obstrictus lege naturali circa bonum,
,,& malum non potest pati invincibilem Dei igno-
,,rationem. Et post allatam aliam ejusdem argu-
menti confirmationem ita concludit eximius
,,Theologus: Ne igitur hæc, & alia ejusmodi absur-
,,da sequantur, neganda est omni homini ratione
,,prædito, & in sylvis nutrito invincibilis ignoran-
,,tia existentiæ Dei Legislatoris, & finis naturalis.

Ut igitur tollatur de medio peccatum philoso-
phicum ab Alexandro Octavo damnatum, præci-
danturque alia absurda ex hucusque dictis, & ex ul-
timis verbis Cardinalis de Aguirre emergentia, ne-

ganda est possibilis homini ratione prædito invincibilis ignorantia Dei legislatoris, & finis naturalis; Atqui Cardinalis Sfondratus hujusmodi ignorantiam validissimè per plures paginas demonstravit impossibilem in homine rationis compote, ut ex ejusdem verbis ostendimus: ergò Sfondratus exterminavit peccatum philosophicum, & alia absurda exindè profecta.

Quæso Censor attentè advertat, ab eodem Alexandro Octavo eadem Apostolica authoritate, eodem judicio supremo infallibili, irretractabili, & irreformabili, & sub iisdem omninò pœnis damnatum esse tum peccatum philosophicum juxta ejus decretum supra descriptum, tum inter 31. propositiones ab eodem confixas hanc propositionem nu. 2. *Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa, non excusat à peccato formali.* Cardinalis Author luce meridiana clarius se à sententia in peccatum philosophicum lata liberat; illa namque ut jam demonstratum est, procedit universaliter, & indefinitè de quacumque ignorantia, incogitantia, & inadvertentia etiam actuali, comprehendente quoque ignorantiam vincibilem, & culpatam, quæ procul dubio actum pravum ex ea subsecutum non excusat à culpa, & pœna æterna; Cardinalis Sfondratus autem expressissime, & conceptissimis terminis loquitur de ignorantia invincibili Dei sub quocumque conceptu, ac proinde ejus doctrina toto cœlo distat à peccato philosophico per summum Pontificem proscripto, cum ignorantia invincibilis ab omnibus Theologis (exceptis Jansenio, ejusque

que asseclis) rectè appelletur & verè sit antecedens, justa, & inculpata. At Censor videat, quomodo ipse evadat damnationem Authoritate Apostolica fulguritam adversus eam 2. propositionem ex 31. proscriptis. Quamobrem quæro à Censore, utrum ipse hominem operantem ex ignorantia invincibili Dei sub quocumque conceptu excusaret à peccato formali? si asserit; fore illum excusandum, retorquetur in ipsum censura adversus Sfondratum inflicta; si negat, eum excusandum; jam fœde se ipsum involvit sententiâ ab Alexandro Octavo pronuntiatâ contra illam secundam propositionem, sicque utrolibet modo suo se gladio jugulat. Hæ sunt angustiæ, in quas sese conjiciunt, & à se ipsis propelluntur, qui sola contradicendi libidine scribunt, nec veritatem suis legibus quærunt.

N O T A.

DEinde loquendo etiam in hypothesi; quod ejusmodi ignorantia Dei sit impossibilis, nullus hactenus inter Doctores peccati philosophici repertus est, qui hanc Dei ignorantiam, si dari posset, pro beneficio, & gratia habendam docuerit, atque hoc nomine Deum ejusmodi hominibus propitium fore dixerit. Patet itaque, Authorem in hac materia aliquid docere, quod ipsâ peccati philosophici doctrinâ à Summo Pontifice damnata deterius sit.

DISPUNCTIO.

HUjuſcemodi etiam technis, & ambagibus, quæ in duabus notis proximè ſequentibus obtruduntur, quamprimum ſatisfiet. Interim Cenſorem mihi alloqui fas ſit his verbis S. Auguſtini lib. 4. oper. imperf. contra Julianum cap. 119. *Inaniter omninò laboraſti, ut ad iſtam concluſionem falſam, & ridiculam* (de peccato philoſophico) *longis, tortuoſis, fallacibus, & fugacibus anfractibus pervenires.*

PROPOSITIO XXXVIII.

Demus, Braſiliæ populos Deum ita (invincibiliter) ignoraſſe, id quoque magna beneficii, & gratiæ pars fuit. pag. 152. lin. 32.

PROPOSITIO XXXIX.

Cum (Barbari) hac (Dei) ignorantia impeccabiles redderentur, alioquin certiſſimò peccaturi, ſi agnoſcerent, ſequitur, hoc ipſum beneficium eſſe. ibid. lin. 36.

Ergò ſivè Barbari agnoſcant (Deum) ſicque invocare illum, & ſalutem conſequi poſſint, ſive penitus ignorent, & ideò nec poſſint peccare, ſemper verum erit, ne illis quidem miſericordiam deeſſe.

NO-

NOTA.

„ *Accedentem ad Deum credere oportet, quia est, &*
„ *inquirentibus se remunerator sit, sine hac fide impossibile est placere Deo, Heb. 11. v. 16. absit ergò, ut ea ignorantia, qua impedit, ne quis Deo placere possit, dicatur magnum Dei beneficium, & gratia; sed dicatur potius, quemadmodum revera est, & hactenùs ab omnibus Theologis dicta fuit, pœna peccati gravissima.*

DISPUNCTIO.

Sederat Censori consilium in quadraginta propositiones libri Eminent. Sfondrati censorium stigma vibrandi; ac proindè præfata verba Authoris, quamvis eodem spectent, eundemque sensum reddant, nihilominus effingere debebant duas propositiones, ut quadragenarii numeri mysterium unà cum sequenti propositione absolveretur. Unicus, & integer contextus illius geminæ propositionis, ut verè, ac genuinè jacet in loc. cit. fuit à nobis fideliter exscriptus in dispunctione notæ proximè superioris, ubi apparet, eas propositiones esse conditionales, atque adeò ex Dialecticorum regulis illas nihil ponere in esse & ulterius easdem esse in materia impossibili, cùm Author enucleatè ostenderit, neminem sanæ mentis posse invincibiliter ignorare Deum penitùs.

Quare ante omnia animadvertendum est, utramque præjactam propositionem procedere de bar-

baris reprobis omninò rudibus, & ignaris nostræ religionis, ac longissimè semotis à quacumque regione christiana, & commoditate veræ fidei suscipiendæ. Dum ergo Censor relinquit statum descriptum hypothesis ab Authore factæ, in quo solùm sensu eæ propositiones accipiendæ sunt, hominemque considerat in complexo aliarum circumstantiarum, extra lineas vagatur, & aerem verberat. Est sanè majus, & absque ulla comparatione excellentius Dei beneficium, quod ille homo, & quilibet alius à Deo illuminetur luce veræ religionis, ut salutem consequi possit, quàm quod ipse relinquatur in tenebris illius extremæ ignorantiæ, quamvis cum impotenria peccandi. Quapropter verè protulit Author pag. 130. quod gratia supernaturalis rationem maximi beneficii habet, & quod beneficium non est, quod nemo optare, nemo petere, & à quo nemo sperare æternam salutem potest; proinde non est ullum bonum, imò potius est ingens malum, quod homo constitutus sit in extrema illa ignorantia procul à jubare veræ religionis. Undè iterum monemus, quod in præsenti non consideratur iste status absolutè, & simpliciter, sed comparative ad hominem reprobum positum in talibus circumstantiis, in quibus certò commissurus sit plurima peccata lethalia, nisi adesset illa ignorantia invincibilis de Deo, & lege æterna, cum qua ignorantia ille homo ab iis peccatis præservaretur, præservationem verò à peccato esse Dei beneficium probavimus in responsione ad notas in 6. 7. & 8. propositionem ad plura tradidimus, quæ optimè conducere possunt ad dispungendam præsentem Censoris notam.

Nulla

Nulla verò est repugnantia, quod aliquid sit pœna peccati originalis, & tamen sit magnum Dei beneficium, imò hoc de facto in prædestinatis contingere indubitatum est. Etenim est de fide sanctum in Concil. Trident. sess. 5. decreto de peccato originali, mortē corporis esse effectum, & pœnam peccati originalis, & etiam fidei dogma est, perseverantiam finalem esse magnum Dei donum, ut nuncupatur ab eodem Tridentino sess. 6. de justificatione can. 16. atque adeò mortem quamvis immaturam in statu gratiæ sanctificantis esse maximum Dei beneficium. Unde opportune docet Eminen. ac profundissimus Theologus Sfortia Pallavicinus lib. 7. de virtute, & sacramento Pœnitentiæ cap. 9. „n. 113. Duo requiri ad hoc, ut aliquid dicatur gra„tia, & beneficium Dei, alterum est, ut sit vel u„tile, vel minus noxium, quàm aliquid aliud, quod „Deus posset hic, & nunc justè permittere, ac subin„de permissio peccati levis excludentis hìc, & „nunc peccatum grave oppositum potest esse be„neficium Dei: alterum est, ut intendatur propter „hoc ipsum, nempè, quatenus impeditivum mali „majoris. Et propter defectum secundæ conditio„nis nullum peccatum formale est gratia, quia „non potest intendi. Sic in nostro casu illa ignorantia invincibilis de Deo habet utramque conditionem; Priorem quidem, nam posset Deus justè permittere in illo homine lapsum in peccatum lethale dignum pœnâ æternâ damni, & sensus, quod esset nocentius saluti, quàm ex natura sua sit illa ignorantia invincibilis, qua posita nullum peccatum committi posset Item habet posteriorem

rem conditionem, quia ex mente Authoris ea ignorantia à Deo intenderetur ad ostendendam quoque suam misericordiam erga illum hominem impediendo peccatum actuale, quod procul dubio est malum omnium maximum, & ut præclarè scribit idem Eminen. Sfondratus pag. 84. Est infinita Dei „injuria, quippè infinitæ majestati facta, immò „tanta, ut si Deus naturæ mortalis esset, eum „dolore, & morte conficeret, ideoque nullo bono „creato compensari potest.

Hinc Julius Cæsar Recupitus in Collegio Neapolitano Societatis Jesu per plures annos generalis studiorum Præfectus tom. 2. Theologiæ Urbano VIII. Pontifici maximo dicatæ lib. 3. quæst. 14. „cap. 1. n. 2. scribit: Providentiam Dei erga reprobos etiam exerceri in hoc, ut pauciora, & minora „peccata committant, & sic minoris pœnæ debi„tum contrahant. Unde contrahitur iis sæpissime „tempus vitæ, ut cum non vivant nisi ad flagitia, „quantum de vita detrahitur, tantùndem detraha„tur de culpis, atque adeò de reatu pœnæ. Ideò di„citur psal. 54. *Viri sanguinum, & dolosi non dimidia„bunt dies suos*, id est, non pervenient ad medieta„tem dierum suorum, & psal. 77. *defecerunt in vanita„te dies eorum, & anni eorum cum festinatione.* Isti ef„fectus divinæ providentiæ circa reprobos dicun„tur etiam effectus reprobationis, prout hæc se„cundùm rationem genericam est pars providen„tiæ versans circa media ad salutem. Johannes Lorinus commentat. in cap. 8. Ecclesiastis vers. 12. istud subtiliter vidit, & compendio exposuit. *Misericorditer agitur*, inquit, *cum*

peccatore reprobo, cùm citò hinc eripitur, ne magis peccando majorem sibi reatum comparet. Unde ut scribit Ludovicus Bail. in lib. de benefic. Crucis part. 3. art. 4. Per gratiam prævenientem, quamvis homo non justificetur, & perseveret, multa tamen gravissima peccata evitantur à reprobis: quare mitiùs in inferno habebunt ob plura peccata non admissa per virtutem illius, ut si non à toto, à tanto liberentur tormento, ad quæ dum non attendunt Dogmatistæ isti (Bajani, & Janseniani) Christum charitate spoliant, minusque sitientem salutis hominum exhibent, quàm sint plerique homines, quos charitas urget ad desiderandam, & procurandam pro viribus salutem omnium. Ludovicus de Ponte celeberrimus vitæ spiritualis magister in volumine inscripto *Dux spiritualis*, tract. 2. cap. 5. §. 3. tradit: Quod occulto divinæ justitiæ ordine evenit, ut aliquis peccator primis vitæ suæ annis, & cum paucis peccatis, & fortè unico solo impleat destinatam mensuram, & qui vix dum vivere inceperat in mundo, repentè transferatur ad infernum. Sicut miserandus ille puer quinquennis, de quo refert S. Gregorius lib. 4. dialog. car. 18. quod blasphemans in ulnis sui parentis, raptus fuerit à dæmonibus ad infernum, eò quòd tantùm haberet usum rationis, ut cognosceret, se male facere blasphemando . . . . Et quamvis in hoc casu emineat magis divina justitia, admixta tamen est ei misericordia, quæ prævenit peccata juvenis, ut leviores ferret pœnas in inferno.

Cornelius Mussus Episcopus Bitontinus morum

puritate, & doctrinæ fama præclarissimus concione pro feria quinta diei trigesimæ in Quadragesima limatè versat locum hunc Lucæ 7. *Ibat Jesus in civitatem, quæ vocatur Naim &c.* Optemus optemus,
„inquit citò mori, si erimus boni, tuti erimus de
„præmio, sin mali de minori pœna. Non est tam ju-
„stitia (ô sapientes) quam misericordia accelerare
„mortem etiam malis, dicente Davide psal. 54. *Vi-*
„*ri sanguinum non dimidiabunt dies suos*, ne diutius
„viventes in deteriora labantur, & postea acriùs
„puniantur. Quis nostrum norit, quod usus non
„fuerit hac misericordia Christus cum hoc adolescentulo
„centulo filio viduæ in Civitate Naim, ne, aut eva-
„deret malus, aut saltem ne pejor fieret? Insipientes
„matres, quæ lugent mortem filiorum in eorum a-
„dolescentia. Flete, flete mulieres peccata, quæ i-
„psos ducunt ad mortem, gratias agite Domino,
„qui ob minorem eorum, & vestrûm pœnam, per-
„misit in illos citò falcem immitti à morte, quam
„vos vocatis tam atrocem, & est tam pia. Agnosci-
„te, agnoscite misericordiam Dei, nec conqueri-
„mini, sed consolamini &c. Non cognoverat hæc
„vidua ingentem Dei misericordiam in immatura
filii morte &c. Opportune S. Augustinus tract. 73. in Johannem pronunciavit: *Malè usurus eo, quod vult accipere, Deo potius miserante non accipit.* Hac eadem ratione scriba, qui Matth. 8. dicebat: *Magister sequar te quocunque ieris*, repulsam est passus, *quia talis Magister erat*, ut observat idem Augustinus sermon. 7. de verbis Domini secundùm Matth. initio, *qui futura prævideret, intelligimus, istum hominem, si sequeretur Christum, sua quæsitu-*
rum,

rum, non quæ Jesu Christi. Unde ipse Doctor gratiæ Christi lib. 2. Confess. cap. 7. sic Dominum affatur: Gratiæ tuæ, Domine, deputo, & misericordiæ tuæ, & quæcunque non feci mala. Quid enim non facere potui, qui etiam gratuitum facinus amavi? & omnia mihi dimissa esse fateor, & quæ mea sponte feci mala, & quæ te duce non feci. . . . Qui enim vocatus à te secutus est vocem tuam, & vitavit ea, quæ me de me ipso recordantem, & fatentem legit, non me derideat ab eo medico ægrum sanari, à quo sibi præstitum est ut non ægrotaret, vel potius ut minus ægrotaret. Et ideò te tantundem, imò verò amplius diligat, quia per quem me videt tantis peccatorum meorum languoribus exui, per eum se videt tantis peccatorum languoribus non implicari. S. Augustinum in eodem argumento versantem inducit Bail part. 3. de benefic. Crucis art. 7. Quot peccata, ait, avertit Christus à reprobis? Qui enim hæc gratiæ Christi non deputat, Augustinum negavit, qui hæc gratiæ Christi deputat, nam & scripsit homiliarum 50. hom. ultima: *Nullum est enim peccatum, quod facit homo, quod non faceret homo, si desit Rector, à quo factus est homo.* Hoc docet Albertus Magnus de 4. coævis tom. 19. tract. 4. quæst. 5. 8. particula 2. Deum velle Angelum cooperari ad salutem damnandi, ut pauciora committat peccata.

Eodem collimant verba hæc S. Anastasiæ Martyris in epistola ad S. Chrysogonum: Deprecor, inquit, te ô homo Dei, ut instanter Dominum depreceris, ut aut ad fidem suam, si venturum

prævi-

„prævidet , maritum Publium ſinat vivere , aut
„ſi eum in hac incredulitatis perverſitate ſcit manſurum , jubeat , eum locum dare ſuis cultoribus.
„*Melius eſt enim ſpiritum exhalare* quàm Dei filium denegare &c. Sanctiſſimam hanc Heroinam ea
„verba de Publio in infidelitate deceſſuro locutam
„hoc elogio extollit Didacus Ruiz diſp. 65. de
„ſcientia Dei ſect. 12. n. 15. Hæc, ait, invictiſſimam Chriſti martyrem ſcripſiſſe, ſuggerente Spiritu Sancto, par eſt credere: ſiquidem eo tempore pro Chriſti Domini confeſſione patiebatur à
„viro ſuo Publio vexationes morte duriores; nam
„ad ea præſertim tempora refertur promiſſio Chriſti Domini : *Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini , non enim vos eſtis , qui loquimini , ſed Spiritus Patris veſtri , qui loquitur in vobis.*
„Præſertim quoniam tacitè eædem litteræ probantur ab eccleſiaſticis Scriptoribus, veluti ab Anaſtaſio bibliothecario, Suida, & Surio die 25. decembris, nec non ab Adriano in 4. ſentent. de Sacrament. pænitent. quæſt. an homini ſemper maneat
„facultas vere pœnitendi, dùm reſpondet ad 2. Huc
etiam ſpectavit S. Baſilius magnus in Conſtitutionibus Monaſticis cap. 2. cùm dixit: Si enim intellexiſſet Dominus, te, ſi munus celeriter impetraſſes, id nequaquam eſſe amiſſurum, ſine dubio ,
„quæ ejus eſt bonitas, ultro tibi nullo rogatu detuliſſet. Nunc autem tibi proſpiciens hoc facit. Nimirum ſubjungit Ruiz loc. cit. Ne gravius puniaris ob munus facilè obtentum , & negligenter cuſtoditum. Quapropter ſanctus Auguſtinus in pſal. 85. ſcripſit: Quid ſi malè petis à Deo ?

non-

,,nonne Deus erit tibi magis non dando miſericors? Item ſuper ea verba pſal. 54. paulò ante laudata: *Viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos*, commendat Theophilus Raynaudus opuſc. de vitæ, & mortis humanæ terminis punct. 15. num. 10. Euthy-,,mium ratiocinantem. Quod ipſis peccatoribus in ,,malo perſiſtentibus commodum eſt tolli de me-,,dio & impediri, ne plura, & graviora admittant, ,,quibus ad pœnas atrociores in inferno tolerandas ,,per totam æternitatem addicantur. Plauditque Algero lib. 2. de Euchar. cap. 7. in idem conſpiranti, tandemque concludit, quod: Sic intereſt ip-,,ſorum improborum, ac eorum, qui cum illis in-,,timè nexi ſunt, & velut unum cum eis compu-,,tantur, ut vita eorum in longa tempora non pro-,,trahatur, ſed lædatur velut in flore botrus illorum. Denique Alexander à S. Franciſco toties laudatus ſoliloquio 2. ſic religioſiſſimè Dominum affatur: ,,Scio Domine, quia quando vis, in uno momento ,,ex Saulo Paulum facis, ex perſecutore prædica-,,torem: ſi vis permittere me peccare, ut oſtendas ,,deinde in me miſericordiam tuam à peccatis me ,,extrahendo, & peccata ignoſcendo majorem ,,certè bonitatem oſtendes me à peccatis præſer-,,vando. Nonne Domine exiſtimatur totum id mi-,,hi dimiſſum, quod non erit ex tua miſericordia ,,commiſſum?

Tota autem hæc doctrina poteſt etiam concinnè applicari parvulis decedentibus ſine baptiſmo, qui præſervati ſunt à culpa actuali, & gehenna ignis. Quinimmò Emin. Author pagin. 173. affert Patrem Gonetum aſſerentem: Angelos quamvis in infide-

„infidelibus non excitent supernaturales illustra-
„tiones, juvantes ad opera conducentia ad salu-
„tem, juvare tamen ad bona aliqua opera moralia,
„& pauciora committenda peccata,ut minus in in-
„ferno puniantur. Hoc scribit Gonetus disp. 5. de
reprob.art.6.§.2.ubi adducit hæc verba D.Thomæ:
„Angelorum custodiâ præsciti, & infideles juvan-
„tur, quoad hoc, quod ab aliquibus malis re-
„trahuntur, quibus & sibi ipsis, & aliis nocere
„possunt. Item Sfondratus pag. 158. loquens de
peccatoribus pessimis, & obstinatissimis ait;
„quod si Deus eis non daret gratiam, quâ conver-
„ti possint, non eorum conversionem, sed majo-
„rem damnationem vellet, sicque clementius face-
„ret eos post peccatum morte,& inferno confestim
„puniendo, quam illos expectando,nam expectare
„ad pœnitentiam nec tamen vires pænitendi, absti-
„nendique peccatis dare, quid aliud est, quàm non
„ad veniam, sed ad majorem damnationem pænas-
„que differre? Non ergo ad vitam sed ad mortem
„expectat, nec istud clementia, sed severitas
est.

Ex his optime deducitur, quod si illi Brasiliæ Populi jam reprobi, & in circumstantiis supra indicatis possint Deum invincibiliter ignorare, redderentur impotentes peccare, alioquin certissimò peccaturi, si agnoscerent Deum, & propterea hoc ipsum in illis circumstantiis esset procul dubio magna beneficii,& gratiæ pars, nec illis quamvis reprobis misericordia divina deesset. Deus enim potest ex se intendere quidquid non est malum morale formaliter, uti sanè non est illa ignorantia, neque

ut

ut est effectus peccati originalis, neque ut est ignorantia invincibilis de Deo, quæ si daretur tantùm abest, quod esset peccatum, ut potius excusaret à peccato, ut definitum diximus ab Alexandro Octavo.

NOTA.

Absurda, & erronea propositio, ut beneficii, & gratiæ loco habeatur quidquid nos quocumque modo impeccabiles redderet. Hoc si verum esset, omnes optare deberent, ut nunquam in lucem prodiissent, ut semper fatui, & rationis usu expertes remansissent, ut eos Deus non homines, sed bruta, ligna, aut lapides creasset: deinde quis christianus patienter audiat beneficii, ac misericordiæ loco habendum, si quis Deum ignoret, & vivere sinatur sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus? Cum è contra summa sit miseria creaturæ rationalis ad imaginem Dei conditæ proprium Authorem, ac summum suum bonum, atque ultimum finem non agnoscere, atq; adeò non colere.

DISPUNCTIO.

Sed omnia ista terribilia tanquam mera spectra, & puerorum terriculamenta jam evanescunt ex dictis. Ut enim monet Cardinalis Pallavicinus loco „supra laudato: Diligenter distinguenda sunt hæc „duo: esse magnum beneficium, & esse maximum „beneficium ex optabilibus hîc, & nunc, quæ utique non convertuntur. Ut etiam nos prænotavimus. Consimilem illationem suæ sententiæ objectam P. Gonetus dissertatione Theologica

de

de opinionum probabilitate art.7.§.5.propoſuerat, „videlicet: Si opinio probabilis falſa ratione igno- „rantiæ invincibilis à peccato excuſaret,mere opi- „nantium, imò & ignorantium melior eſſet condi- „tio, quam eorum, qui veritatem cognoſcunt. „Reſpondet Gonetus negando ſequelam, quia Si „hic diſcurſus valeret, inquit, pariter ego dicerem, „meliorem eſſe hominis infirmi, quàm ſani condi- „tionem, quia hic tenetur lege jejunii, à qua ille ra- „tione infirmitatis liberatur. Item melior eſſet „hominis dormientis, quàm vigilantis conditio, „aut ebrii, quàm temperantis, quia hic in mul- „tis peccare poteſt, quæ licet ille admittat, non peccat. Sanè Cenſor in ſua nota deſerit hypo- theſim Authoris, & tranſilit ad alios, quoſcum- que homines, gratîſque garrit, quod omnes op- tare deberent, ut eos Deus non homines, ſed bru- ta, ligna, aut lapides creaſſet. Hîc ſane ſaltat ex- tra chorum Notator, qui ne ſibi videatur, etiam in his verbis ceu Apollo ex tripode oracula fun- dens, audiat S.Bernardum ſerm.35. in Cantic. nu. 7. ita explicantem verba iſta Chriſti Domini de Juda proditore: *Melius ei fuerat, ſi natus non fuiſſet homo ille. Non utique (exponit S. Abbas) ſi natus non fuiſſet omninò, ſed ſi natus non fuiſſet homo, ſed v.g. aut pecus, aut alia quæpiam creatura, quæ quoniam judicium non habe- ret, ad judicium non veniret, ac per hoc non ad ſuppli- cium.*

Huc collimat, quòd Johannes Lorinus in cap. 18. Sapientiæ verſ. 2. ſententiosè fatur, videlicet, „quod debemus: Gratias agere non de conceſ- „ſis dumtaxat poſitivis, ut vocant, mune- ribus,

„ribus, verum etiam de damnis, & peccatis, quæ „vitavimus, de occasionibus, & periculis, quæ ef„fugimus. Corpore manens meum beneficium est, „hæreticus, idololatra, homicida, mæchus &c. „meum beneficium est, si hæc ego non sum: dives „etiam, Prælatus, Rex, Sapiens &c. meum benefi„cium est, quoniam ipse ego rebus istis ad peccan„dum fortassis abuterer. Pia, veraque Augustini „Virgines alloquentis cap. 52. de sancta Virginita„te sententia: quidquid mali ipso custodiente non „committitis, tanquã remissum ab illo reputate, ne „modicũ vobis existimãtes dimissum, modicũ di„ligatis, & tundentes pectora Publicanos ruinâ ja„ctantiæ contemnatis. Rursùs conveniens Deum, „ipsum, scio, Domine, ait soliloq; cap. 15. quod nullum peccatũ est, quod unquã fecerit homo, quod nõ „possit facere alter homo, si Creator desit, à quo „factus est homo. Sed quod non facerem, tu fecisti, quod abstinerem, tu jussisti, & quod tibi cre„derem, gratiam tui infudisti. Hoc est gratias agere, quia non lædimur. Ex his dignoscitur, duplex esse beneficii genus, nempè aliud positivum, aliud negativum; per primum bonum aliquod entitativè confertur, per alterum malum certò imminens avertitur.

Quocirca sibi non suadeat Censor, Sfondratum affirmare, eos Barbaros si Dei ignorantia invincibili laborarent, reddi quodammodo impeccabiles, quasi ipsis adveniat aliqua forma cum peccato incompossibilis, puta, unio hypostatica, vel visio beatifica, quandoquidem ex ea ignorantia invincibili tolleretur ab actu libertas indifferentiæ, & ra-

 tio

tio voluntarii, & idcircò nulla perfectio, immò potius maxima imperfectio exindè in illum actum derivaretur, quemadmodum est absolutè maximus defectus hominis mente capti, eum in illo statu amentiæ non posse peccare. Quam appositè verò Cardinalis Sfondratus usurparit in præsenti verba illa Principis Apostolorum epist. 2. c. 2. declarat ipsemet pag. 139. cum S. Thoma 1. 2. quæst. 106. art. 2. „ad 2. his verbis: Si quis post acceptam gratiam „novi testamenti peccaverit, majori pœna dignus „est tanquam majoribus beneficiis ingratus, & auxilio sibi dato non utens: Unde pag. 105. recitat hæc verba S. Bernardi serm. contra ingratos ad rem „præsentem elimatissima: Ingratis misericordiæ res „est, in hac parte subtrahere misericordiam, ne „culpa ex beneficiis crescat, juxta illud Prophetæ: „Misereamur impio, & non discet justitiam. Accinit nobilis sacrarum literarum interpres Johannes Lorinus hîc frequenter laudatus: *Elucet*, inquit in eundem Apostoli Petri locum: *in eo etiam Dei „misericordia, quod non omnibus annuncietur Evange„lium, ne gravius ferant judicium non credentes.* Simi„liter Ruiz tract. 3. de Providentia Dei disp. 16. sect. 1. n. 4. super ista verba Apostoli ad Timoth. 1. „*Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in in„credulitate*, ait: observa dictionem causalem Quia, „& inde ignorantiam, qua ratione culpam exte„nuabat, allegari ut rationem consequendi misericordiam, & veniam. Unde etiam communis, & vulgaris loquendi modus obtinuit, ut aliquod malum minus respectu majoris dicatur bonum, seu gratia: puta, quis enormissimorum criminum reus

à Ju-

à Judice pluribus sævissimis tormentis, tandemque suspendio damnatur, à Principe verò supremo ad triremes dumtaxat destinatur, nonne ab omnibus vulgatur, quod ille facinorosus gratiam, & beneficium à Principe receperit? Ast dices, ærumnosa est triremium catena: Verum quidem, si in se absolutè illa spectetur, at si comparetur ad mortem post atrocissima tormenta, & cruciatus laqueo subeundam, ea rectè, & veraciter gratia nuncupabitur. Planus est hic sermo, plana res, & experimento tritissimo explorata.

PROPOSITIO XXXX.

Justinus Martyr Socratem Philosophum non tantùm salvum, verùm etiam Martyrem esse docet..... & insigniores, & quotquot de Gentilibus cum ratione vixerunt, Christianos appellat; pag. 153. lin. ultim.

Item de Platone alii dicunt; pag. 56. lin. 5. Omnibus hominibus, etiam incultissimis, & planè barbaris, auxilium gratiæ datur, quo legem naturalem observent, qua observatâ, & nisi obicem ponant, Deus curaturus est, ut eis quoque Evangelium innotescat, ut de Sybillis, Cornelio, Eunucho Candacis Reginæ, & Platone Philosopho constat; pag. 169. lin. 35.

NOTA.

HÆc Author ex Iustino refert ea approbando, & confirmando, ut patet ex textu, quibus satis sit opponere, quæ de illis Philosophis passim leguntur, & quæ de iisdem passim communiter censuerunt SS. Patres: de Socrate Tertullianus ait in apologet. cap. 46. Socratis vox „est, si Dæmonium permittat, idem cum aliquid de ve„ritate sapiebat, Aesculapio gallinaceum prosecari jubebat. & paulò infra. Si de pudicitia provocemus, lego par„tem sententiæ Atticæ in Socratem corruptorem adolescentium pronunciatæ. & cap. 36. de eodem Socrate, & Catone notat, quod uxores suas amicis suis communicaverint. Multa similia de Socrate, aliisque insignioribus Philosophis habent Cyprianus, Chrysostomus, Cyrillus, Theodoretus, Augustinus, aliique Patres, de quibus generatim, Lactantius lib. 3. cap. 29. rectè ait; Omnis sapientia hominis in „hoc uno est, ut Deum cognoscat, & colat, hoc est illud, quod „Philosophi omnes totâ vitâ suâ quæsierunt, nec un„quam tamen investigare, comprehendere valuerunt, quia „religionem, aut pravam tenuerunt, aut totam penitùs „sustulerunt.

DISPUNCTIO.

EXtremum fabulæ actum eodem tono ferè semper continuatum, eodem fine coronare debebat Censor, obtrudendo propositionem interpolatam. Neque enim hic instituit Author quæstionem de vita, & moribus, atque salute veterum Gentilium philosophorum, sed aliqua merè recitativè ex probatissimis Scriptorib. refert ad instar aliorum Authorum, qui ad confirmationē, & elucidationem suo-

ſuorum thematum ſimiles narrationes curſim, & per tranſennam attingere ſolent nihil de earum veritate vel falſitate ſolliciti. Sic Emin. Eccleſiaſticorum Annalium Parens Baronius in apparatu cap. „14. narrat. Quod cum cælitùs ad ſalutem utriuſque „populi Judæi, atque Gentilis à Patre Filius mit„tendus eſſet in terram, quo totius humani gene„ris reciperetur conſenſu, conſilium Dei fuit, ut „longe ante ejus adventum tantæ rei Sacramentum „Judæis, atque Gentilibus innoteſceret, illis qui„dem multifariam, quod ait Paulus Hebr. 1. mul„tiſque modis loquens Patribus in Prophetis, hæc „prædixit, ac figuris adumbravit. Gentiles autem, „quod à veritate veri cultus procul abeſſent, nec „facile externæ religionis hominibus admoverent „aures, per ſuos ipſorum Vates de his, quæ ventu„ra erant, voluit præmoneri. Erant hi (Lactant. „lib. 1. c. 6.) Mercurius Triſmegiſtus, Hydaſpes, „atque Sybillæ ſic dictæ à Dei conſiliis denuncian„dis, quaſi θεοβούλαι decem numero, ut ajunt, om„nes Virgines, quibus ob virginitatis inſigne meri„tum divinationem eſſe conceſſam Hieronymus „exiſtimavit, quam, & ob cauſam eas appellare „Patres conſueverunt Propheti ſſas Gentilium, qui„bus & tantum tribuit Heraclitus, Clemens Ale„xandrin. Strom. lib. 1. ut eas non humanitùs, ſed „divinitùs apparuiſſe putarit. Item ad annum Chriſti 52. cap. 4. loquens de peroratione Doctoris gentium in Areopago Athenienſi, & quod à multis traduceretur ceu novorum dæmoniorum annunciator, hæc de Socrate litteris conſigna„vit. De Socrate *conſtat*, accuſatum fuiſſe à Me-

„lito eodem crimine dicente:jura violat Socrates, „quos ex majorum instituto suscepit civitas, Deos „esse negans, alia nova dæmonia inducit, quam ob „causam morte mulctatus est ducentis octoginta, & „unâ sententiis. At Paulus admirabili quadam „circumspectione divino afflatus spiritu causam „egit, nam quoniam sciebat, à multis ar„gui, qui novorum dæmoniorum videretur an„nunciator, eo quod Jesum Christum prædicaret &c.

Similiter Eminen. Bellarminus tom. 1. controver. cap. 3. de Christo ad probandam unitatem numericam Dei in sexta probatione scribit: Patres „docere, Philosophos Gentilium re ipsâ unum „Deum cognovisse, & ea ex parte quasi naturaliter „Christianos fuisse, aitque, hoc patere in primis ex „Justino, qui in libro de Monarchia Dei, & in A„pologia ad Antoninum dicit, Socratem, & Plato„nem fuisse in hac parte Christianos: quod idem asserit scripsisse Athenagoram in Apologia pro christianis, Arnobium lib. 2. & 3. contra Gentes, Tertullianum, Eusebium, Theodoretum, plur esq; alios veteres Patres, & tom. 4. lib. 4. c. 2. de grat. & lib. arbit. confirmat eandem veritatem testimonio S. Justini „martyris: qui, inquit, scribit Socratem, & alios „quosdam Deum verum ita cognovisse, ut ferè Christiani dici potuerint. Expendat candidus Lector hæc utriusque Eminent. ac Sapientissimi Cardinalis dicta, & re ipsa perspiciet, nihil aliud dicere voluisse eorum Collegam Sfondratum. Undè Censor in crimen vocare debebat S. Justinum, cujus tantùm sententiam ibi innuit Author.

De Socrate verò hæc peculiariter ex variis Authoribus notanda ſunt. Caſaubonus heterodoxus Baronio-Maſtix in ſuis exercitationibus cenſoriâ virgula notavit Juſtinum, eo quod in verbis ſupra indicatis ſenſerit, ſolam rationem poſſe hominem ad ſalutem æternam perducere. Hunc errorem citra injuriam affingi non poſſe S. Juſtino probat Natalis Alexander diſſert. 6. in hiſtor. eccleſiaſt. ſæculi ſecundi advertens, rationis nomine S. Juſtinum non intellexiſſe ſolum illud naturæ lumen, quod nobis à ſupremo Conditore Deo inditum eſt, ſed Chriſti, qui ratio eſt, & Verbum Patris, qualemcumque notitiam, & cognitioni congruos mores, ut oſtendit ex eodem loco, & ex Apologia prima deducit, à S. Juſtino non affirmari, Socratem, & alios Philoſophos ſola ratione duce ad ſalutem perveniſſe ſed diſertè aſſeri, eos Chriſtum ex parte dumtaxat, & imperfectè fuiſſe aſſecutos, quatenus ſumma ratio eſt; unum quippè Deum agnovere, & docuere, hocque ex illuſtratione rationis, & Verbi, quod eſt Chriſtus, habuiſſe. Videantur plura de Socrate apud Petrum Danielem Huetium VC. in demonſtratione Evangelica propoſit. 4. ex vetuſtiſſimis Scriptoribus multa colligentem, & apud Dominicum à SS. Trinitate lib. 2. Bibliothec. Theologicæ ſect. 5. cap. 11. & 12. & præcipuè apud Petrum Halloix in annotationibus ad S. Juſtinum cap. 28. ubi interſerit prolixam quæſtionem, *an Socrates eâ de Deo, & Chriſto imbutus fide fuerit, ut ejus ſperari ſalus poſſit*, & pro ſententia affirmativa affert efficacia argumenta, & unà cum Sfondrato concludens in favorem divinæ bonitatis eru-

eruditè, & pluribus modis refellit omnes adversas rationes, adeòque omnes penitùs argutias Censoris.

Enim verò quoad illam Socratis vocem, *si dæmonium permittat*, pravo sensu intellectum à Tertulliano hæc reponit Halloix ex veterũ Gentilium mo-„numentis loc.cit. nimirum: Luce clarius constat, „Socratem, & Platonem, Xenophontem, & Plu-„tarchum & Dionem, Chrysostomum, & Ma-„ximum Tyrium, Apulejum, & omnes denique „antiquos Philosophos per dæmonium Socratis „non intellexisse pravum aliquem dæmonem, sed „bonum Angelum, seu genium bonum, & cum i-„tem ex iis, quæ illi dæmonio attribuuntur, nihil „possit à viro prudente colligi, re attentius exami-„nata atque perpensa, quàm fuisse Angelum bo-„num, tamen Tertullianus, & qui ejus fuerunt ve-„stigia propensius consecuti, pravum fuisse dæmo-„nem tenent. Pariter quia S. Justinus, & Athena-„goras in legatione pro Christianis sub finem, & „Clemens Alexandrinus, qui & Socratici fuerunt, „& olim Gentiles, ac propterea gentilitium Socra-„tis ingenium, & sensum melius, quàm alii callere „potuerunt, ac maximè quod ratio regendi, ac du-„cendi Socratem semper in melius, nunquam in pe-„jus, videatur omninò convincere, Angelum bo-„num fuisse non malum, conabor pro virili hanc „confirmare sententiam.

De S. Justini authoritate nihil hîc necesse esset „quicquam repetere, cum satis clarum sit, eum „non fuisse dicturum de Socrate illa, quæ dixit, „si ipsum à malo gubernatum dæmonio existi-

masset;

„masset; neque item Athenagoras , perindè atque „Justinus , Socratem dixisset eadem de causa , qua „christianos passum , si à malo gubernatum dæmo-„nio existimasset. Clemens Alexandrinus lib. 5. „stromatum, postquam ostendit non prorsus igno-„tos Platoni Angelos tutelares, ita subdit : *Fortassè „autem, & dæmonium Socrati attributum hoc innuebat* ; „scilicet, attribui singulis hominibus Angelos cu-stodes.

„ Refert hæc eadem Eusebius Pamphili lib. 13. „Præparationis Evangelicæ cap. 13. qui etiam aliis „in locis tam in hoc libro , quàm in aliis ejusdem „argumenti stat passim à Socrate. Denique pro hac „opinione videri potest Stephanus Bubalus de An-„gelis quæst. 1. art. 1. difficultate 2. §. 3. ubi pro „illa laudat Ægidium Romanum in 2. dist. 11. q. 1. „art. 2. Thomam ab Argentina eadem dist. q. 1. art. 3. concl. 1. Andream Vectorellum lib. 2. de custodia „ Angelorum , qui expresse docent , Socratis „dæmonium fuisse Angelum bonum, & tutelarem. „Eugubinum quoque lib. 8. de perenni philosophia „ cap. 25. qui eodem propendet. Sed ratio ipsa „quàm maximè videtur idem convincere. Cum e-„nim satis constet , unicuique hominum ali-„quem esse datum ad custodiam bonum Angelum, „qui à malo avertat , ducat ad bonum, quis dubi-„tare potest , quin is , qui utrumque Socrati „præstitit , fuerit Angelus bonus ? Præstitisse „autem affirmant ii , qui id optimè ex omni-„bus cognoscere potuerunt , præcipui, scilicet , „ ejus discipuli. Plato inducens aliquoties „ Socratem de suo dæmonio loquentem , &

„quid sit explicantem, Xenophon lib.1. de memo-„rabilibus Socratis, & Plutarchus in dialogo de „Genio Socratis, quem per formam dialogi con-„scripsit, ubi cum nescio quis vocem illam Socrati „loquentem nihil aliud, quam sternutationem fuis-„se interpretatus esset, pulchrè alius à gravitate, „& virtute Socratis id alienum esse ostendit, „vocem, & genium suum id appellare, quod „tenuis esset sternutatio: nec eum fuisse, So-„cratem, quì tam levis rei momento, vel „ad agendum se applicaret, vel ab agendo desi-steret,

Ad ea verba Socratis prolata de Æsculapio sic „respondet idem Halloix: Haud diffiteor, inquit, „hoc difficile haberi argumentum: tamen re-„sponderi potest: nihil aliud voluisse isto dicto „Socratem, quam docere Critonem, jam bre-„vi se perfectam sanitatem, tam præsenti, scili-„cet, morte, & jam hærente, ut sic dicam, „in labiis anima (lethale enim venenum à le-„gitima missum potestate biberat) consecutu-„rum, & simul speratam, & expectatam bea-„titudinem animæ adepturum. Ejus enim im-„mortalitatem haud satis idem Crito apprehen-„debat. Huic, & paulò ante cùm petiisset à „Socrate, quonam modo vellet sepeliri, respon-„dit ille; *Ut vobis lubet, si tamen me ceperitis, „nec ego vos effugero*; quasi diceret, secundùm „animam æstimare me debetis, non secundùm „corpus: Est enim illa melior pars mei, & „ibi potius dici debet esse Socrates, ubi ejus

anima

„anima erit, quam ubi corpus. Atqui illa „vos effugiet, nec capi poterit, ac proindè „nec ſepeliri: de corpore autem, quidquid „vobis libuerit, facite. Nihil enim mea in- „tereſt. Deindè mox converſus idem Socrates „ad eos, qui cum Critone aderant, & ſubri- „dens: ô Viri, inquit, ego Critoni non per- „ſuadeo, me eſſe hunc Socratem, qui nunc di- „ſputo, & cuncta, quæ dicuntur, diſpono, ſed o- „pinatur, me eſſe illud, quod paulò poſt videbit „cadaver: atque ita interrogat, quonam modo me „ſepelire debeat. Id autem, de quo multum ſermo- „nem feci, (nimirum quando venenum bibero, „non ulterius me apud vos futurum, ſed ad beato- „rum felicitatem *profecturum*) *id, inquam, fru-* „*ſtrà ipſi dixiſſe videor, cùm & vos, & me ipſe conſolarer.* „Hæc ibi & plura Socrates, velut certus de Ani- „mæ ſuæ poſt mortem felicitate. Quam & in- „culcatam eidem Critoni ſymbolicè voluit, cùm „dixit deberi Æſculapio gallum, atque omninò „reddendum. Tunc enim illi tantùm debeba- „tur, cùm eſſet ſalus conſecuta. Hoc autem de ſe „credi certò volebat modò Socrates, nec quicquam „aliud. Non fuiſſet autem ſalus conſecuta, niſi & a- „nima immortalis fuiſſet, & beatitudinis jam par- „ticeps. Favet huic noſtræ ſententiæ, & explica- „tioni Johannes Pierius lib. 24. Hieroglyphico- „rum, ubi de Galli agit ſignificatis. Quare So- „crates moriens, inquit, cùm animi ſui divini- „tatem majoris mundi divinitati ſperaret ſe copu- „laturum, gallum Æſculapio, id eſt, anima- „rum medico jam extra omne morbi diſcrimen

poſitus

„positus debere se dixit. Cùm enim de corpore „migrandum intelligeret, convaluisse prorsus arbi„trabatur. Ut verò interpretantur alii, ea de cau„sa dictum hoc à Socrate, quod lethali eo sumpto „pharmaco, sanitatis beneficium jam sentiret, „cum exiret *à corpore: à quo omnes animi morbi scate„re, pullulareque sentiuntur.* Sic ille, qui deindè ad „refutationem quorundam Latinorum Patrum (hi „enim tam fortè adversi sunt Socrati, quam faven„tes Græci, ut mox patebit) hæc subdit: *Lactantius „Firmianus Septimius Florens in Apologetico, neque non „illi omnes, qui cum Aristotele Platonis verba, non sensa, „cavillis incessunt, hoc dissimilarunt, in quo summa sa„pientiæ veritas delitescebat.* Vide etiam Goro„pium in Hieroglyphicis lib. 6. &c. Antonini „Ricciardi commentaria symbolica in Æscula„pio.

„Quod autem verba Socratis nude spectata pror„sus aliud significarent, & vellent quàm commu„nis hominum sensus, & consuetudo ferat; hoc, „inquam, instigare Lectores debuit ad reconditio„rem aliquem sensum (ut in sacris literis, & in „Ægyptiorum mysteriis solet) requirendum. Quis „enim unquam, nisi vel à periculo mortis libe„ratus, vel è gravi morbo sanitati corporis restitu„tus debere se gallum Æsculapio sensit, aut præse„tulit? Atqui horum nihil in Socrate locum habuit. „Neque enim à periculo mortis liberatus est, ne„que corporis sanitati fuit restitutus. Quid igi„tur sensit, quid per illa verba Socrates voluit? „Nihil sanè aliud, quam id, quod ante dixi, „docere Critonem animæ immortalitatem, &

suam

„ſuam in juſtorum ſedes tranſmigrationem, ubi ab
„omni morbo , & corporis contagio liber foret.
„Quod ſi opponatur , videri ſaltem in iſto facto
„approbaſſe cultum Æſculapii , & hunc pro
„Deo habuiſſe , reſponderi poteſt primò , non
„id viſum iis , qui Socrati de immortalitate di-
„ſputanti tunc aderant: Secundò tametſi daretur
„cultum Æſculapii approbaſſe, & illum pro Deo
„habuiſſe , hoc eſt, pro homine propter beneficia
„curationum , virtutes heroicas in Deos relato
„(nec enim alia de Æſculapio ſenſiſſe exiſtimandus
eſt) tamen cum tali opinione, licet enim in ſe falsâ ,
„habere de uno ſummo Deo veram fidem potuiſſe.
„Atque ut in hoc oſtendendo modum diſputandi
„Socraticum ſequar, viâ procedam uſitatarum ipſi
„interrogationum. Cedo igitur fas ne eſt Chriſtia-
„no, cuipiam Divorum, ſeu Petro, ſeu Paulo, ſeu
„alteri cultum aliquem ſuprema adoratione infe-
„riorem exhibere, quippiam vovere, votum red-
„dere? *Omninò* , inquis , *& fas eſt* , *& bonum eſt.*
„Qua de cauſa amabo? *Quia ſanctè exceſſerunt, & a-*
„*mici Dei ſunt.* Bene habet. De Judæo autem quid
„cenſes? licuit ne illi ante Chriſti legem honorare
„Abrahamum, vota ei facere , cultu ſacro proſe-
„qui? *Minimè dubium eſt*, ais, *quin licuerit* : *eadem e-*
„*nim, quæ in altero* , *aut propè eadem ratio locum habet.*
„Recte dictum. Sed de Gentili homine , qui le-
„gem Moyſis non novit , quid arbitraris ? An
„ne licitum itidem illi fuit , ſi quis celebri vitæ
„ſanctimonia terris exceſſit, & communi ſuæ gen-
„tis exiſtimatione inter ſanctos eſt reputatus
„(qualis ille Job in terra Auſitide , aut Melchi-
ſedech

„sedech in regione Canahan) an licitum, inquam, „fuit tali cuipiam parem quoque superioribus ho„norem deferre ? *Sic videtur.* Et in aliis Gentilium „terris, seu Græcia, seu Italia, seu Gallia, seu qua„cunque alia, si qui perindè sanctis moribus vixisse „crediti sint, ac inter Divos habiti, idque consen„tientibus populorum vocibus, nunquid eadem cir„ca eorum cultum, ac venerationem ratio tenenda „est? an verò discrimen aliquod ponendum. *Simi„lium, ut videtur, similis debet esse ratio*: Siquidem in il„lis par fides, & cognitio, cultusque unius, & veri „Dei fuerit, quàm in superioribus.

„Age, faciamus, ita existimasse populos, & unà „Socratem de Æsculapio, nempè, illum ob singu„larem in Deum fidem, & ob eximiam in mundo „vitam, & ob insignia in curandis gratuitò homi„nibus benefacta, Divorum numero aggregatum „esse, & multis morbo afflictis, post vota nuncupa„ta, subsidio fuisse, ac sanitatem restituisse: an non „potuit Socrates (ut aliud non dicam) saltem abs„que culpa, & Dei injuria venerari, & vota illi „facere, non ut summo Deo, sed ut amico Dei, „& aliquo inferiore cultu post Deum, & majores „Cælites afficere ? *At enim non talis verè fuit Æscula„pius, qualis est à populis existimatus.* Id quidem in„certum est: sed esto. At firma fuit existimatio, „& multis receptarum sanitatum muneribus con„firmata, ac si error fuit, tolerabilis fuit. Nam & „à nonnullis Christianis (ut in vita est S. Mar„tini Turonensis Episcopi) quidam aliquandò „magnis honoribus cultus fuit, quem postea i„dem B. Martinus cælesti revelatione didicit,

non

„non modò non esse sanctum, sed etiam latronem „olim fuisse, & ob sua flagitia morte affectum, cu-„jus proindè altare,& sub eo situm ejus sepulchrum „dimovit. An igitur error ille Christianorum a-„liquid ipsorum fidei obfuit, aut sinceræ in De-„um charitati nocuit? *Nequaquam.* Ita, si So-„crati cætera de uno, & Supremo Deo fides con-„stet (quod supra probatum est) nihil talis error, „seu de Æsculapio, seu de aliis Divis (quos omnes „Deo inferiores ducebat) officere illi debet. Quo „fit, ut argumentum id, quod principale credi-„tum est, ferè pro nihilo ducendum sit. Nam si ex „professione unius veri, & summi Dei, & ex vita „innocenti, & ante Christum christiana, & ex in-„trepida prædicatione, & propugnatione verita-„tis usque ad extremum diem, & in quo plenus fi-„dei,spei bonæ beatam immortalitatem expectātis „expiravit: si ex his, inquam, omnibus, & insu-„per ex eo, quod Angeli sui tutelaris inspiratio-„nibus semper obsecutus sit, indubia ejus fides col-„ligitur; nihil certè potest aliquis in minoris mo-„menti rebus error non voluntarius, homini aliis „integro, & incorrupto, fraudi esse.

Modò descendamus ad partem sententiæ Atticæ in Socratem corruptorem adolescentium pronunciatæ, quam Halloix diluit ibidem his verbis: „Ad Tertulliani authoritatem respondeo, illam „partem sententiæ Atticæ, quam dicit se legere in „Socratem pronunciatam, me quoque legere ab o-„mni populo Attico cum maxima accusatorum in-„famia, & condemnatione revocatam, Nec hoc „solùm, sed etiam ut injustissimè occiso statuam

inno-

,,innocenti, & bene de Rep. merito constitutam.
,,Permirum est autem, vel hoc ignorasse Tertullia-
,,num; vel si scivit, hoc saltem non vidisse, nihil
,,obesse debere alicui latam in se sententiam, cui
,,ex odio, & invidia profectæ non modò om-
,,nis populus maledixit; sed etiam viri longè
,,omnium doctissimi, ac sapientissimi contra-
,,dixerunt. Quis enim dabitur vel Platoni, vel
,,Xenophonti comparandus? Sed audiatur quid
,,de Socratis calumniatoribus tandem factum sit.
,,Plutarchus id eloquetur. Is ergò in tract. de in-
,,vidia, & odio, sic scribit: Eos, quorum ca-
,,lumniis Socrates fuit oppressus, ut extreme ma-
,,los ita oderunt, & adversati sunt cives, ut neque
,,ignem eis accenderent, neque interrogantibus
,,responderent, neque in balneo unà lavarent, sed
,,aquam, qua illi lavissent, eam ut pollutam ju-
,,berent à Ministris effundi: donec illi odium istud
,,non ferentes, se suspenderunt. Quare falsus
,,est Tertullianus, & ex illo alii, quod existima-
,,verint crimen illud, quod Socrati ab inimicis de
,,corruptela juventutis impactum est, ad amores
,,nefarios spectavisse. Id enim prorsus falsum est;
,,& poterat hoc Tertullianus è Platone, & Xeno-
,,phonte, si legere attentius libuisset, addiscere.
,,Nunc igitur, si qui adhuc dubitent, quid sit in
,,accusatione Socratis juventutem corrumpere;
,,discant jam ex ipso Socrate. Nam hic in Apo-
,,logia sua sic accusatorem suum affatur: *Verum*
,,*age, dic nobis*: quomodo me dicis, ô Melite, ju-
,,ventutem corrumpere? An videlicet (quemad-
,,modum in accusatione scripsisti) quod doceam,
non

„ non censendos esse Deos, quos Civitas censet, „ sed alia nova dæmonia? An non dicis me hæc do- „ centem juvenes corrumpere? Omninò sanè, & „ vehementer hoc assero, inquit ille.

„ Ecce igitur ipsummet accusatorem confiten- „ tentem, quid per corruptionem juventutis in- „ telligat. Idem cerni potest tam apud Xenophon- „ tem in libris memorabilium Socratis, quàm a- „ pud Aristophanem in Nubibus, & alios. Nec sa- „ nè hoc etiam tempore magis propriè dici posset „ quis corrumpere juventutem, quàm si de Deo, „ & Religione alia doceret, quam hactenùs Ec- „ clesia docuisset. Simile autem quiddam tunc fie- „ ri à Socrate persuadebatur Atheniensibus.

Socratem verò amicis suis uxores suas communicasse improbabile redditur ex iis, quæ de ejus continentia scribit idem Halloix: At verò, inquit, „ Socratis continentia è multis apud Platonem di- „ alogis notissima est, & ex his verbis Xenophon- „ tis in lib. 4. de factis, & dictis Socratis initio: *Et- „ iam ipsius meminisse absentis, non parum juvabat eos, „ qui soliti erant cum illo versari, & ejus excipere do- „ ctrinam. Nec enim minus proderat jocans, quam seriò „ loquens. Sæpius autem ajebat, se quospiam amare, sed „ manifestum erat, non eos, qui formâ corporis præsta- „ bant, sed quorum animi ad virtutem apti erant, eum a- „ more prosequi.*

Demùm ut ex eodem Clemente ostendam ab „ impuris voluptatibus non abstinuisse modò So- „ cratem, sed etiam alios ab iisdem absterruisse, ita „ ille Sanctus Pater libro Stromatum secundo ferè „ extremo; *Socrates igitur jubet caveri ea, quæ non*

„ *esurientibus persuadent edere, & non sitientibus bibere: item aspectus, & oscula formosorum, tanquam nata venenum immittere Scorpiis, & araneis pernitiosius.*
„ Ampliorem castimoniæ Socratis defensionem si
„ quis requirat, ecce illi ostendo Dionem Chrysostomum in pluribus orationibus præsertim 33. &
„ 41. & Maximum Tyrium itidem in pluribus,
„ sed præcipuè 8. & 9. & Plutarchum in lib. de
„ Genio Socratis. Hæc autem omnia ex Petro Halloix in præsenti congesta (ne Zoilorum sannis obnoxia sint) non quidem approbativè, sed merè recitativè dicta sunt; neque ulla obstricti Censoris argumentatione, neve aliqua compulsi Emin. Authoris defendendi necessitate eadem hùc transtulimus, sed hoc præcisè ex capite illa exscripsimus, ut tandem aliquandò Notator deprehendat; Cardinalem Sfondratum in hoc opere de prædestinatione non nova, non inaudita deprompsisse, quamvis ipsemet Censor etiam in hac ultima Nota sibi minimè dissimilis fuerit, ac in aliis Notis, falsa imponendo Authori.

NOTA.

De Platone, nescio, unde constet, Evangelium seu promissionem Evangelii ei innotuisse, & quo titulo conjungatur Cornelio, & Eunucho Candacis Reginæ, quorum fides in sacris literis commendatur. Sanè cum Augustinus condemnat lib. 8. de civit. Dei cap. 12. quod Idola colonda docuerit, Lactantius lib. 3. cap. 20. quod uxorum communitatem in sua Republica statuerit. Theodoretus serm. 9. de legibus, quod infantium

cædes

cædes parentibus non solùm permiserit, sed certis casibus praceperit.

DISPUNCTIO.

DE Platone videatur laudatus Huetius loc. cit. Porrò illud non alia ratione Eminentiss. Sfondratus attulit, quam ea, qua dixit D. Thomas ab eo adductus pag. 170. quod multis Gentilium facta fuit revelatio de Christo, quod si qui ex Gentilibus salvati fuerint, quibus revelatio non fuit facta, non fuerunt salvati absque fide Mediatoris, quòd Sybilla pronuntiavit quædam de Christo, quòd tempore Constantini Augusti inventum fuerit cadaver hominis cum illa lamina aurea in pectore &c. Unde Ruiz disp. 46. de prædestinat. sect. 8. n. 29. tradit, quòd: Sicut Jobus, & amici mediam inter barbariem ethnicorum agentes „ etiam ante legem Moysis christiano penè more „ vixerunt, sine dubio potuit, & quotidiè potest „ inter alias nationes accidere. Quare Sybillis re„velata fuisse supernaturalia mysteria manifestum „ est omnibus, & quidam in sepulchro reliquit „ scriptum, ex Virgine nasciturum esse Christum „ &c. Quibus testimoniis S. Thomas 2. 2. quæst. „ 17. art. 7. ad 3. probat, multis Gentilium factam „ fuisse revelationem de Christo. Quibus similia „ notat S. Bonaventura in 3. sentent. dist. 25. art. „ 10. quæst. 2. ubi de Gentilibus ait. Indubitan„ter verum est, quod eis præsto erat notitia „ Mediatoris, quanta opportuna erat secundum „ exigentiam temporis, tum ex dictamine na-

„ turæ, tum ex aliena instructione, tùm etiam ex „ Dei inspiratione, qui se offert omnibus, qui „ eum requirunt humiliter. Confirmat idem Ruiz hanc veritatem ex recentibus historiis apud Indos „ prædicantium : qui referunt aliqua vestigia my- „ steriorum supernaturalium, quorum notitia „ quondam pervenerit ad eos, adeòque satis veri- „ simile esse, quosdam olim credidisse, & consecu- „ tos fuisse salutem.

De eodem autem cadavere invento cum illa lamina aurea scribit etiam Jacobus Gaulterius in tabula chronographica, in qua citat Marianum Scotum. Eodem modo Pater Contensonus tom. 4. Theologicæ dissert. 2. de fide cap. *2.* specul. 3. unà cum salute Cornelii, & Eunuchi Reginæ Candacis annectit salutem multorum Gentilium ex ministerio Angelorum veritates divinas illis annuntiantium, & Christi venturi revelationem factam illi homini, cujus cadaver inventum fuit tempore Constantini Augusti cum lamina in pectore &c. Quòd autem istud fuerit cadaver Platonis testatur Genebrardus Archiepiscopus Aquensis ab Authore laudatus, multos ità existimasse. Quare Pater Gonetus in digressione de præcipuis credibilitatis nostræ fidei argumentis §. 8. mirè & impensè commendat hoc dictum Platonis in libro de legibus, quod ait, esse sanè admiratione dignissi- „ mum, nimirum, *Mensura omnium, non homo,* „ *sed Deus est, maximè verò si Deus fiat homo.* Item „ interrogatus Plato quamdiù standum ipsius legi- „ bus foret? respondit, *donec aliquis sacratior ho-* „ *mine in terris appareat, qui fontem omnibus verita-*

„ *tu aperiat, quem denique sequantur omnes.* Dominicus à SS. Trinitate loco supra memorato scribit, quod: Nicetas vetus Gregorii Nazianzeni scholiastes litteris commendavit orat. 2. in Pass. Plato-
„ nem cuidam christiano eum maledicenti noctu
„ apparuisse, eique dixisse, se unà cum antiquis
„ patribus è Limbo fuisse ereptum, & in cælum
„ traductum &c. D. quoque Thomas opusc. 10. lib. 4. c. 14. Platonem sapientissimum omnium
„ vocat, & 22. quæst. 152. art. 2. ad 3. docet so-
„ lum Platonem amore veritatis contemplandæ ab-
„ stinuisse ab omni delectatione venerea.

Ruiz insuper toties commendatus disp. 45. de Trinitate sect. 1. tradit, plures scholasticos concedere, à quibusdam Philosophis gentilibus fuisse cognitum mysterium SS. Trinitatis per doctrinam fidelium, sive lectionem sacræ scripturæ, vel traditionem majorum, aut peculiarem aliquam revelationem, citatque Alensem 1. par. quæst. 2. num. 1. art. 3. Albertum Magnum 1. dist. 3. quæst. 3. S. Bonaventuram eadem dist. art. 2. quæst. 2. Carthu. eadē dist. 3. quæst. 3. Suarez lib. 1. de Trinit. cap. 11. Vasquez disput. 132. De Platone adducit in testes Clementem Alexandrin. lib. 1. Strom. S. Cyrillum Alexandr. lib. 1. contra Julian. S. Augustinum lib. 7. Confess. cap. 9. & lib. 10. de Civit. Dei. c. 23. & 29. & Augustinum Steuchum Eugubinum lib. 2. de perenni Philosophia cap. 7. Videatur Eminentiss. de Lauræa in pluribus capitibus opusculi de gratiis actualibus, & præcipuè cap. 19.

COROLLARIUM.

ULtimo loco diluendam reſervavi grandem dicam à nonnullis Cenſoribus impactam doctrinæ ab Eminentiſſ. Authore traditæ pag. 169. Cum enim ipſe par. 1. §. 2. hujuſmodi aſſertionem poſuerit: Dantur omnibus hominibus ad æternam vitam conſequendam non tantùm neceſſariæ, & qualeſcunque ſed copioſiſſimæ, & abundantes gratiæ, quibus ſi velint, facile commodèq; obtinere illam poſſint. Iſtamque ſuam theſim omni argumentorum genere eruditiſſimè comprobaſſet à pag. 122. uſq; ad pag. 155. deſcendit ad argumenta in contrarium propoſita diſſolvenda, inter quæ hoc num. 19. pag. 169. opponitur. S. Paulus ad Rom. 10. hæc habet: *Omnis quicunq; invocaverit nomen Domini, ſalvus erit, quomodo autem invocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodò credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante?* Quibus verbis inſinuat Apoſtolus, ſalvari neminem poſſe, niſi qui credat, neminem credere, niſi qui Evangelium audiat; atqui certum eſt, quam plurimas nationes fuiſſe, quibus Evangelium annuntiatum fuit, & nondum eſt, illi ergò gratia caruerunt, qua ſalvarentur, nam ſi credere, & ſalvari poterant citra prædicationem, ergò falſa eſt Apoſtoli ratiocinatio.

In hæc verba eidem objectioni reſpondet ibidem Sfondratus. Apoſtolus loquitur de fide explicita in Chriſtum, quam certum eſt, ordinario modo-

„ nisi prædicatione Evangelii haberi non posse.
„ Cæterum sine hac fide explicita in Christum
„ quamplurimos ante illius adventum per solam
„ gratiam, qua legem naturæ observabant, & si
„ eam transgressi erant, de Deo omnium Creato-
„ re, & provisore offenso dolebant, salutem ad-
„ eptos esse, dubium nullum est. Ita enim Aposto-
„ lus testatur ad Hebr. 11. *Accedentem ad Deum opor-*
„ *tet credere, quia est, & quia remunerator est.* Vides,
„ nullam fieri incarnationis mentionem, solam-
„ que ad æternam vitam cognitionem existentis,
„ & providentis Dei sufficere. Post promulgatum
„ verò Evangelium, an fides explicita in Chri-
„ stum *omninò* necessaria sit, disputant Theologi.
„ si tamen admittamus necessariam esse, dicendum
„ est cum Angelico Doctore, omnibus hominibus
„ etiam incultissimis, ac plane barbaris auxilium
„ gratiæ dari, quo legem naturalem observent,
„ qua observata, & nisi obicem ponant, Deum
„ curaturum, ut eis quoquè Evangelium inno-
„ tescat, ut de Sibillis, Cornelio, Eunucho Can-
„ dacis Reginæ, & Platone Philosopho constat.
„ Verba Sancti Doctoris sunt ad Rom. 10. Lect.
„ 2. &c. Et 2. 2. quæstione 2. articulo 7. ad 3.
„ &c.

Reus hic agitur Cardinalis Author, quod sub dubio reliquerit, post Evangelii promulgationem fidem explicitam in Christum esse ad salutem necessariam necessitate medii seu necessitate omnimoda (quam nominatim exprimit Sfondratus per illud verbũ *omninò necessaria*) contra plura novi testa-

menti oracula uti ſunt, iſtud Apoſtoli ad Galatas 2. *Scientes quod non juſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti*, & hoc aliud Joan. 3o. *qui credit in eum non judicatur, qui autem non credit in nomine unigeniti Filii Dei.*

Vaniſſimus autem eſt hic ſcrupulus, & immeritò Author redargutus, qui nullam ibi interſerit quæſtionem, an poſt Evangelii promulgationem fides explicita in Chriſtum ſit omninò neceſſaria, aut medium neceſſarium ad juſtificationem, & ſalutem nihil pro alterutra contradictionis parte definit, & reſolvit, nec minimum verbum in favorem ſententiæ negativæ pronuntiat, nec dubitativè procedit, ſed potius à veritate & falſitate utriuſq; ſententiæ affirmativæ, & negativæ abſtrahit, imò in ſententiam affirmativam propendet, aſſignans reſponſionem, quam Doctores propugnantes omnimodam neceſſitatem fidei explicitæ in Chriſtum ad ſalutem poſt Evangelii promulgationem communiter tradunt cum Præceptore Angelico in locis ab ipſo per extenſum adductis. Quod ſi Sfondratus ſententiæ contrariæ negativæ adhæſiſſet, nullo negotio, & pauciſſimis verbis ab objecta difficultate ſeſe expedire potuiſſet, reponens cum Theologis illius opinionis ſectatoribus, Apoſtolum ibi loqui vel de fide tantùm implicita in Chriſtum, vel de ſolâ neceſſitate præcepti, non de neceſſitate medii ſeu omnimoda; impotentia autem, & ignorantia invincibilis ſicut excuſant ab obligatione præcepti, ita & à neceſſitate ipſius ad ſalutem. Idcircò ex illo textu Apoſtoli ad Rom. 10. iidem Doctores probant ſuam negativam ſententiam

tentiam, ut videre est apud Suarez, Arriagam Cacheranum, & alios inferius citandos.

Sed esto; non solum sub dubio reliquerit, verum etiam positivè, & absolutè negaverit Sfondratus post Evangelii promulgationem fidem explicitam in Christum esse omninò necessariam, ut medium necessarium ad justificationem & salutem, nunquid in læsæ fidei discrimen advocandus, & antè proditæ religionis tribunal sistendus erit? Nemo sanè, qui Theologorum tum antiquorum, tùm neotericorum libros, theses, & scripta vel obiter & perfunctoriè evolverit, deprehendet eam sententiam negativam ullâ Ecclesiæ censura directè aut indirectè confixam, aut apud nullos probatissimos Doctores esse receptam. Pro illa namque stant ex schola D. Thomæ Dominicus Soto in 4. dist. 5. quæst. 2. art. 2. & lib. de not. & grat. 12. Javellus 2. par. Christianæ Philosophiæ tract. 1. cap. 1. Zumel 1. 2. quæst. 89. art. 6. disput. 4. Serra quæst. 2. de Fide art. 7. Vincentius Ferre, quamvis opinioni contrariæ affirmativæ adhæreat, eam tamen sententiam negativam valde probabilem esse contestatur in Tract. de Fide quæst. 9. §. 3. num. 25. ubi pro illa sententia negativa adducuntur Scotus in 3. dist. 25. quæst. 2. Azorius lib. 8. summæ cap. 7. Enriq. lib. 4. de Sacrament. cap. 21. §. 2. Gaspar Hurtado disputat. 8. difficult. 7. Puente Urtado disp. 44. §. 4. Palao tom. 1. tract. 4. disp. 1. quæst. 1. num. 7. Emanuel Sà verbo *fides*, Corduba lib. 2. quæst. 4. proposit. 3. Ex schola Scoti prodeunt pro eadem sententia negativa Andreas Vega lib. 6. in Trident. cap. 2. Michael de Medina

lib. 4. de recta in Deum fide cap. 10. ambo inter Theologos Tridentinæ Synodi cooptati, Aretinus in 3. dist. 25. quæst. 1. art. 8. Poncius in cursu Theologico disputat. 29. quæst. 3. conclus. 5. & num. 16. Mastrius de Meldula tametsi opinionem oppositam affirmativam tueatur in 3. disput. 6. quæst. 16. nihilominus ibi art. 1. num. 410. sententiam negativam valde piam & probabilem esse candidè fatetur. Extra duas celeberrimas illas scholas docent eandem sententiam negativam Suarez disp. 12. de fide sect. 4. Turrianus disp. 26. dub. 4. Arriaga disp. 12. de fide sect. 2. subsect. 1. Herinex disp. 7. quæst. 5. num. 49. Cardinalis de Lugo disput. 12. de fide sect. 4. Madernus quæst. 3. art. 3. Cacheranus tom. 3. Theolog. Assertivæ tract. 6. lib. 1. cap. 5. §. 6. & 7. & plures alii.

Insuper Suarez loc. cit. asserit eandem sententiam negativam esse consentaneam antiquis Theologis Hugoni Victor. lib. 1. de Sacram. par. 10. cap. 6. & 8. Alensi quæst. 65. alias 82. memb. 2. & 3. Albert. in 3. dist. 25. art. 1. & 2. Richard. art. 4. quæst. 2. & ad 3. quæst. 1. & videri sententiam S. Thomæ 3. par. quæst. 69. art. 4. ad 2. neq; aliud sentire Scotum Gabrielem & alios, qui solum loquuntur de necessitate præcepti. Idem testatur Cardinalis de Lugo loc. cit. inquiens, illam sententiam negativam esse communem inter Recentiores Societatis viderique esse D. Thomæ 3. par. quæst. 69. art. 4. ad 2. & deinde observat, plures ex Authoribus pro contraria opinione allegatis non loqui de necessitate medii sed solum de necessitate præcepti, ut bene de Magistro, Scoto, Gabriele, & aliis probatum

batum asserit à Coninch disput. 14. à num. 134. Alii subdit idem Eminen. Theologus, eam modificant, ut Sotus, qui censet, eam necessitatem solùm procedere, quando adest copia Prædicatoris, alioquin posse suppleri per fidem implicitam, quamvis hæc modificatio destruat totam sententiam, cum positâ copiâ prædicatoris, & notitiâ obligationis jam esset ignorantia vincibilis, qua stante non posset homo justificari.

Tametsi verò non nulli ex laudatis Theologis pro parte negativa distinguant inter fidem explicitam in re ipsâ habitam, & inter habitã solùm in voto, & priorem negent, unquã fuisse omninò necessariam, secundam affirment semper requiri, attamen isti Authores, ut solerter expendit Arriaga loc. cit. non differunt à scriptoribus absolutè negantibus eam omnimodam necessitatem: etenim ea necessitas, quam illi Authores addunt de ea fide in voto, à nemine re ipsâ negatur, nam omnes fatentur, fidem sufficientem, & necessariam ad salutem debere esse talem, quæ sit virtute fides Christi Domini, Trinitatis, imò aliorum mysteriorum, quandocunque detur postea sufficiens propositio illorum; hoc autem & nihil aliud ponunt iidem Theologi in eo voto talis fidei, atque adeò solum differunt in modo loquendi ab illis aliis Doctoribus.

Testimoniis verò sacrarum paginarum à contrariis Authoribus contra eandem sententiam negativam allatis, & connexionem fidei explicitæ Christi cum salute insinuantibus idoneã interpretatione occurrunt Theologi sententiæ negativæ

gativæ sectatores docendo, quod ex indicatis authoritatibus aliquæ congruè intelliguntur de necessitate præcepti magnificentius expressa pro Incarnationis, quàm pro aliorum mysteriorum fide, cum post Evangelii promulgationem luculentior propositio Incarnationis, quàm aliorum mysteriorum habeatur; aliquæ important eandem necessitatem in fide Christi, quæ est in fide Dei; ut cum Johan. 14. dicitur: *creditis in Deum, & in me credite*; & hæ dicuntur solum evincere connexionem ordinariam unius fidei cum alia, & continentiam implicitam fidei Christi in fide Dei, aliæ verò si affirmativæ, & positivæ sunt, ut cum Joan. 6. dicitur: *qui credit in me, habet vitam æternam*, intelligi possunt de conducentia, non de necessitate illius fidei ad salutem; si sint negativæ, & exclusivæ, uti sunt geminæ authoritates contrà Eminentiss. Authorem superiùs adductæ, intelligi possunt de fide Jesu Christi non ut objecti, sed ut causæ meritoriæ, ita ut sensus sit, nos non justificari, nisi per fidem, quam habemus ex meritis Christi, seu ex gratia Christi. Profectò fides Christi ut causæ meritoriæ requirebatur quidem in lege scripta, sed necessitate velatâ, & occulta, at in lege nova requiritur necessitate explicata, & manifesta, quia non constabat in lege antiqua sicut constat in nova, Christum esse Redemptorem, & moralem Authorem omnium donorum supernaturalium, proinde scriptura jure in lege nova potius, quam in scripta singillatim tradit nos non salvari sine fide proveniente ex meritis Christi. Quare ad illum locum Apostoli ex epist. ad Galatas reponit Pon-

cius

cius loc. cit. eum intelligi optimè posse de via ordinariâ, & quando potest quis instrui de illa fide, & ad hoc est dispositus. Quoad alterum verò locum ex Joannis 3. occurrit specialiter Arriga loco indicato, subsect. 2. illum intelligi de iis, qui audita propositione ejus mysterii noluerunt credere, nam insinuat ibi Christus, talem judicandum esse eo quod non crediderit, hoc est, quod culpabiliter non crediderit, id autem supponit necessariò eum audivisse tale mysterium, alioquin non potuisset ullam culpam in eo non credendo committere. Neque obstat comparari ibi necessitatem fidei Christi cum necessitate mortis ejusdem, quia ibi fit comparatio, quoad necessitatem alicujus fidei de Deo non verò, quoad fidem explicitam Mediatoris.

Hæc autem præcisè dicta sunt in gratiam Censorum, qui prorsùs gratis, & arbitrariè criminis purè imaginarii Eminen. Authorem insimularunt, & contrà fas in jus vocarunt. Siquidem ipse loc. cit. nullatenùs sese immiscuit his deceptionibus à suo instituto longè alienis de omnimoda necessitate fidei explicitæ in Christum ad justificationem, & salutem post promulgationem Evangelii, sed quæstionis resolutionem suo argumento inopportunam de controversia adhuc ab Ecclesia non definita, & de re merè adiaphora, de qua à Theologis citrà læsæ fidei periculum in utramque partem impunè disputatur, & in medio reliquit.

CON-

CONCLVSIO.

NOTA.

H*Æc sunt, quæ ex præfato libro notanda putavimus.*

DISPUNCTIO.

HÆc sunt (veriùs dixisset Censor) captiosa molimina, hæc technarum, & offuciarum congeries in Cardinalis Sfondrati opus dolosè elaborata. Jure optimo olim S. Prosper fidissimus S. Augustini discipulus conquestus est contra Collatorem c. 1. quosdam opus magni sui Magistri de correptione, & gratia legisse: Ut mensuras sen-
„suum, pondera locutionum, numeros syllaba-
„rum insidiosi scrutatores eventilarent, magnum-
„que se aliquid conficere præsumerent, si Catho-
„lico prædicatori notam erroris effigerent. Hujusmodi quoque subdolis artibus in eundem librum Cardinalis Sfondrati depugnatum est à nonnullis Aristarchis, quibus modicum visum fuit, ei volumini claculò genuinum infixisse, meras tricas, & labyrinthos, inanes geras: & ineptias aggerasse, multiplicis erroris dicam scripsisse, Potentium aures, atque animos callidis præstigiis in sincero zelo contectis præocupasse, atque simpliciorum rudiorumque mentes inanibus rumusculis circumvenisse, ni ad elevandam, ac penitùs obruendam tanti Scriptoris Authoritatem scriptiunculas captionibus, & ambagibus scatentes quaquaversùs

ſpargerent, inhumanè in defunctum deſævirent, atque atrociter inquireret in ipſos verborum hujus libri apices, cum catholica Authoris mens, atque ſaniſſima ſententia ſit ubique apertiſſima, perindè ac ſi aliquis lucere ſolem negaret, nubeculâ tantùm circa illũ exortâ quâvis alias mille radiis ſe prodat.

Jam ab initio præmiſimus, totam operis hujus texturam, omnes, ſingulaſque voluminis iſtius periodos in vindicias divinæ bonitatis, ac miſericordiæ in univerſum humanũ genus effuſiſſimæ à Calvino, & Janſenio proſciſſæ, & penè profligatæ conſpirare, ac proinde conſultiſſimus Author, eam conſcribendi hujus operis viam iniit, quam doctiſſimus Petavius lib. 2. de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 8. ſimilibus in argumentis ſectandam commonſtrat. Solent plerumque, inquit, non ex-
„ terni tantummodò, ſed etiam Chriſtiani Scripto-
„ res rem eandem modò extenuare verbis, modò
„ amplam exagerando facere, dum inſtituto, ar-
„ gumentoque ſerviunt, quod innumeris exem-
„ plis illuſtrari poteſt. Ineſt enim in unaquaque
„ re multiplex ac diverſa ratio, quæ utriuſvis an-
„ ſam, & argumentum præbeat, quod notavit A-
„ riſtoteles in Rethor. lib. 3. cap. 2. Neque ab hoc
„ uſu loquendi ſermo divinus abhorret, velut cum
„ hominis dignitatem aliàs ſic extollit, ut eam An-
„ gelicæ ſupparem faciat pſalm. 8. *Minuiſti eum pau-*
„ *lò minus*, inquit, *ab Angelis*, imò divinæ; ut He-
„ bræi hunc locum interpretantur. Aliàs in infini-
„ tum abjicit, ac deprimit, ut pſalm. 143. *Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei &c. homo vanitati ſimilis factus eſt, &c.* Non arguendus ergò, ſed impenſè

pensè laudandus Sfondratus, quòd Apologiam pro Divina bonitate, ac misericordia contra Calvinum, & Jansenium adornaturus quidquid ad divinæ bonitatis, ac misericordiæ commendationem conducere poterat, locupletissimè congesserit, & magnificentissime extulerit, ac provexerit, non miminora, nec inferiori stylo de divina justitia dicturus, si de ea argumentum capessendum fuisset.

NOTA.

Plurima adhuc in eo libro extant propositiones, quæ minimè probari possunt.

DISPUNCTIO.

O *Sententiam* (liceat mihi hic cum Tertulliano cap. 2. Apologetici exclamare) *necessitate confusam! parcit, & sævit, dissimulat & animadvertit!* Quisquis autem has quadraginta notas Censoris partium affectu liber, & purgato mentis oculo perlustraverit, statim deprehendet, plerasque propositiones Censoris mucrone confossas fuisse detortas, contortas, & in invidiosum sensum coactas; objecta plerumque contra Scriptoris doctrinam absurda consectaria, quæ jam ipse alibi egregiè difflarat, opposita scripturæ, & patrum testimonia, quæ idemmet disertè aliis in locis explanarat; sed hæc omnia dissimulanda erant, apertisque oculis transilienda, ut tam improbè religiosissimo, ac Sapientissimo Cardinali imponeretur, & ut censorius stylus in reconditum arcanum numeri quadrage-

dragenarii propositionum à Censore sibi jam à principio præfixi vibraretur. Deindè ecquis unquam æquitatis, & rectitudinis non omninò oblitus judicabit, quod quotiescunque Scriptor quispiam pro principali suo themate elucidando, & à contrariis impugnationibus vindicando obiter tantùm, & cursim attingit aliud dogma, debeat omnia ad eandem veritatem spectantia in medium proferre, cunctasque oppositiones, quæ adversum illam effingi possunt, dissolvere, alioqui non solum sit in crimen vocandus de illis omissionibus, sed etiam & omissa tanquam negata, & absurda intentata ceu admissa reputanda forent? Nihilominus re verâ hæc tam iniqua, tam absona Notatorem istum exigere vidimus ab Authore, quoties ipse solùm per transennam, vel aliud agens theologicam aliquam veritatem memorat. Imò quod horrendum dictu est, Censor quandoque adversus Emin. Authorem obtrudit verba, quæ ipsemet Sfondratus tanquam ab adversario contra suam doctrinam objecta adduxerat.

NOTA.

Multa alia reprehensione digna occurrunt, sive in locis sacræ scripturæ parùm fideliter laudandis, & novo quodam modo explicandis, atque ad proprios sensus contra Regulam Concilii Tridentini contorquendis, sive in citandis SS. Patrum, præsertim S. Augustini, & S. Thomæ authoritatibus contra verum eorum sensum.

DISPUNCTIO.

Ex utriusque Juris dispositione sancitum manet: *Frustra allegantur, quæ non exhibentur.* Inter quadraginta propositiones nigro calculo notatas pau-

cissimas reperire est, quæ mutilatæ, obtruncatæ, mancæ, interpolatæ, & dimidiatæ non sint; proindè quis cordatus in animum inducet tantam Censoris humanitatem ergà authorem, & tam compertos, tam exploratos, tam perspicuos ejusdem lapsus minimè in aprico collocaret, & gravioris cauterii censura inureret? Profectò *umbrã*, ut cum Tertulliano loquar, *sine lumine colorat*, qui vel unicam propositionem censoria nota dignam ex hoc libro Emin. Sfondrati extundere præsumet. Unde Censori hæc verba S. Augustini lib. de dono perseverantiæ in fine reponam: Qui errare (Cardinalem
„ Sfondratum) existimant, etiam atque etiam di-
„ ligenter quæ sunt dicta considerent, ne fortasse
„ ipsi errent.

N O T A.

N*Onnulla etiam verba interdum supprimuntur, aut truncantur.*

D I S P U N C T I O.

O Lepidum caput! Viden, ut mutato nomine de te fabula narretur! Authoris sententias à te diminutas, & verbis propriis denudatas, jam Lectoris oculis supposuimus; sed hocce Censoris, non Authoris crimen propriâ obstrepente conscientiâ excussum, non accusatione, sed confessione diluendum erat. Porrò Vigilius Diaconus lib. 4. contra Euthychetem decertans pro Sancto Leone magno, cujus scripta Euthychiani Nestorianismo sordere blaterabant, ità in eos invectus est: In
„ honesto utimini officio, ut superiora demendo,
„ & inferiora non addendo, ita media eligatis, ut
„ verba sententiis exuentes de eorum nuditate pro
„ arbitrio laudatis.

NO-

N O T A.

Sivè denique in carpendo obliquè eorundem Patrum, & maximè S. Augustini doctrinam.

DISPUNCTIO.

HOc purum, & putum mendacium jam non semel deteximus, & exsufflavimus: Apage nugas!

N O T A.

CÆterùm dubitari non potest, quin liber tum ob Authoris famam, & dignitatem, tum ob editionem factam in Urbe permissu Sac. Congregationis S. Officii, & cum solitis approbationibus ab omnibus sit cum magna curiositate legendus.

DISPUNCTIO.

CEleberrimo Eminentiss. Authoris nomini ad amussim respondet hoc opus. Censor in se ipsum divinator præsenserat, non minori omnium eruditorum plausu excipiendum hunc librum, quàm quo excepti sunt alii ab Eminen. Scriptore elucubrati, ac proindè ob privata partium studia in cunis ipsis nascens hoc opus præfocare indecoris artibus studuit, sed sparsus per cuniculos pulvis in caput insidiantis exardescet. Velit, nolit Censor, aliis pluribus à Sapientissimo Cardinali editis voluminibus haud quaquam degener est iste fœtus. Pauci autem sunt ex eo genere hominum, qui hausto semel odio quidquid vident, aut intelligunt, ut fabulosa illa Agave, atro, quo imbuti sunt felle illitum statim arbitrantur.

N O T A.

CAtholici quidem, quibus avitæ doctrinæ conservatio cordi est, tam nova, & extraordinaria in eo non sine labore cernent.

DISPUNCTIO.

CAtholici quidem, quibus avitæ doctrinæ conservatio cordi est, in eo libro piissimam eruditionem Sanctorum præsulum Anselmi Cantuariensis, & Francisci Salesij, ac Seraphicarum Virginum Theresiæ, & Magdalenæ de Pazzis intimo devotionis affectu relegent, eaque pietatis effata eodem superno afflante Spiritu suggesta suspicient; iisque religiosissimis sententiis magis, magisque in dies ad salutem proficient, simulque patientiæ ac commiserationis actus exercebunt ergà Censorem, quod eò audaciæ, & præfidentiæ devenerit, ut non erubuerit in deridiculum vertere, ac ludis, & sannis plebis exponere piissimas sententias, & Asetica dogmata ex Sanctissimis Doctoribus excerpta, & in hoc opere Ascetico, & Paranetico inserta, eaque superciliosо fastidio velùt anicularum nænias aspernari. Et sane quem præterit, quàm lata pandatur janua ad omnem priorum voluminum authoritatem infringendam, si eas voces contorqueamus semel, & captivas trahamus ad alienos sensus, & opiniones merè arbitrarias? Si ergò pro libidine confingere, ac procudere Scriptorum sensa licebit, jam nec in SS. Patrum operibus, immò nec in ipsis sacris paginis integrum aliquid, inviolatum, inconcussum, incorruptumque permanebit: Istud autem potissimùm animadvertendum est pro axiomatibus, & affatis spiritualibus, atque asceticis, quæ si eo pietatis sensu, quo ab Authoribus conscripta sunt, & recta intentione accipiantur, nihil illis sanctius, nihil religiosius intelligi poterit; E contra verò si à sensu ab Authore in-

tento divellantur, & cavillis technisque implicentur, nihil illis ineptius, & forsàn nihil in Deum contumeliosius effutiri poterit, ut non operoso molimine convictum dari non potest.

N O T A.

HÆretici verò de oblata sibi ut ipsi quidem putabunt, Ecclesiam Romanam calumniandi occasione latabuntur.

D I S P U N C T I O.

HÆretici sanè sibi modo blandientur, recentissimam sibi oblatam occasionem Ecclesiam Romanam calumniandi, videntes à quibusdam, qui catholico nomine censeri gloriantur, ingenti volumine iterùm editas, & vindicatas propositiones Michaelis Baii à Summis Pontificibus æquissimè, & sanctissimè damnatas, eorumque diplomata, seù Constitutiones, ac Bullas in illorum pravorum dogmatum damnationē jam olim promulgatas, & ab universa Ecclesia receptas, nūc ab hujusce furfuris Scriptoribus in præfato volumine prorsus elisas, insulsis interpretationibus depravatas, ac penitùs evacuatas. E contrario iidem heterodoxi obstupescent, ab aliquibus orthodoxis tam malè habitum Cardinalem Sfondratum, cujus nomen venerandum pariter, ac formidandum erat ipsis hæreticis, quorum plurimi è proximo oculis propriis hauserunt complurium annorum intervallo nostri Authoris innocentissimam vitam, excellentissimam sapientiam, omnesque egregias dotes, ac insignes prærogativas plane dignissimas Viro natalibus clarissimo, morum integritate probatissimo, omnigena eruditione, incomparabilique eloquen-

 tia

tia celeberrimo, rerum agendarum peritia, mira indolis ſuavitate, paratiſſima in omnes beneficentia, Eccleſiaſtico Principatu optimè adminiſtrato, eximiæ doctrinæ, ac religioſiſſimæ pietatis locupletiſſimis monumentis publica luce donatis ubique Chriſtiana in republica præſtantiſſimo, de Romana Eccleſia benemeritiſſimo, Vaticana Purpura meritiſſimè decorato; in Urbe Orbis theatro per paucos menſes aſſidua propemodùm ægritudine tranſactos conſummatæ religionis, ſapientiæ, ac prudentiæ ſpeciminibus editis inclyto, maximo ſui deſiderio relicto, tandemque morte piiſſimè obita glorioſo.

NOTA.

UNiverſi per Orbem chriſtianum diverſo licet animo avidè expectabunt, quid Apoſtolica Sedes de propoſitionibus, & doctrina hujus libri decretura ſit.

DISPUNCTIO.

UNiverſi per Orbem chriſtianum diffuſi tam Catholici, quàm Hæretici, quorum ad aures non abſque ingenti ſcandalo pervenerunt tot dicteria, fallaciæ, præſtigiæ, & aſtus, quibus ab hujuſce tincturæ hypercriticis in S. R. E. Principem, & Apoſtolici Senatus nitidiſſimum ſidus, tam impotenter debacchatum eſt, avidè profectò expectabunt, quid Apoſtolica ſedes in hujuſmodi Detractores dignitatis culmini Apoſtolico proximæ, æquiſſimè, ac pro exemplari caſtigatione decretura ſit, & juſtitiæ zelo ſuccenſi cum S. Bernardo epiſt. 35. exclamabunt: *Quid hoc livoris, imò furoris fuiſſet, opus utile, & laudabile, ubi nihil niſi, quod ſanæ fidei,*

quod

quod doctrinæ saluberrimæ, quod ædificationis spiritualis est, temerario damnare judicio.

Interim me ex christianæ charitatis legibus devinctum agnovi ad duplex Censori monitum suggerendum; alterum est, quod ipsemet sibi prospiciat quoad primam, quartam, quintam ex famosis propositionibus Jansenii Iprensis per Summos Pontifices confixis; istis enim Censorem vehementer propendere loquela ipsius in his notis ab Apologistis Jansenii ferè ex integro expilatis fortè aliquibus suadebit. Alterum verò est, quod suæ conscientiæ consulat Censor, eo quod religioni non sibi duxit Eminentiss. Cardn. Sfondratum ob Apologiam pro unigenito Filio Dei humani generis Vindice, immensaque Dei bonitate, & misericordia ergà humanum genus sapientissimè contra errores Calvini, & Jansenii elucubratam audacter exagitare, plerasque propositiones insidiosè ex ejus libro extractas, atque adulteratas nigerrimo calculo notare, ac præclarissimo ejus nomini gravissimas labes inferre, ac proinde ipse debet huic malo, tantoque scandalo quam ociissimè occurrere, teneturque ex rigoroso æternæ legis præcepto, illius amplissimi S. R. E. Principis famam penè oppressam redintegrare, ac resarcire, atque adeò salutem Palinodiâ redimere, *cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Detractio enim est peccatum furto gravius, cum, teste Scriptura Proverb. 22. *Melius sit nomen bonum, quàm divitiæ multæ.* Juxtà autem Theologorum sententiam crescit detractionis gravitas ex crimine, quod imponitur, ex dignitate personæ, cui detra-

hitur,

hitur, neque minuitur detractionis gravitas, eo quod bono fine fiat. Quare Censor patulis auribus excipiat hæc S. Augustini lib. 3. contra Julianum verba; iisque proficiat: *Si non vis intelligere, aut si te fingis non intelligere, noli obstrepere volentibus, & valentibus intelligere.*

Ergò nodum sanè in scyrpo quæsivit quisquis hac in materia nunc enodi, vel nodulum censorio stigmate inurendum suspicatus est, & propterea modò debet cum Doctore Mellifluo serm. in Nativit. SS. Innocentium, & sermone 1. in Purificat. B. Mariæ *magis sollicitus, & timoratus agere gratias benignissimo, & largissimo Salvatori, qui humanæ salutis occasiones tam copiosa charitate perquirit, ut in his voluntatem & opus, in his sine opere voluntatem, in his etiam sine voluntate opus Salutis invenire lætetur, qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem sui venire, cujus gratia in communi posita est, offertur omnibus, & nemo illius expers, nisi qui renuit.*

FINIS.

